Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/p2grammaticilatini06keil

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. VI

SCRIPTORES ARTIS METRICAE

MARIVS VICTORINVS MAXIMVS VICTORINVS

CAESIVS BASSVS ATILIVS FORTVNATIANVS TERENTIANVS MAVRVS

MARIVS PLOTIVS SACERDOS

RVFINVS

MALLIVS THEODORVS

FRAGMENTA ET EXCERPTA METRICA

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

SCRIPTORES

ARTIS METRICAE

MARIVS VICTORINVS MAXIMVS VICTORINVS

CAESIVS BASSVS ATILIVS FORTVNATIANVS

TERENTIANVS MAVRVS

MARIVS PLOTIVS SACERDOS

RVFINVS

MALLIVS THEODORVS

FRAGMENTA ET EXCERPTA METRICA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

EXEMPLAR ANASTATICE ITERATVM

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

8057

LIPSIAE IN TYPIS B. G. TEVBNERI

GODOFREDO BERNHARDY

COLLEGAE SVO

D.

HENRICVS KEIL

PRAEFATIO

Artis grammaticae Marii Victorini tres supersunt codices nono saeculo, ut videtur, scripti, Palatinus 1753, Valentianus M. 6. 10, Parisinus 7539.

Palatinus codex in membranis formae oblongae scriptus olim monasterii S. Nazarii Laurissensis fuit. nam in vetere codicum Laurissensium indice saeculo decimo scripto, quem post Maium spicileg. Rom. v. V p. 161 sqq. accuratius Wilmannsius mus. Rhen. v. XXIII a. 1868 p. 385 sqq. edidit, descriptus est his verbis apud Wilmannsium p. 390, *ars marii uictorini grammat. et althelmi de regula metrorum et enigmata simphosii in uno cod.* accuratam codicis descriptionem exhibuit Wilmannsius p. 401, qui eum recte, ut videtur, nono saeculo scriptum esse dixit; ipse olim anal. gramm. (Halis a. 1848) p. 20 decimo saeculo librum tribueram; Studemundus initio decimi saeculi eum scriptum esse existimavit. Victorini autem libri f. 1—62 scripti sunt ita (nam quo facilius de condicione operis iudicari possit, inscriptiones et subscriptiones librorum in uno conspectu positas adscribam) ... *S GRAMMATICA MARII VICT.*..... *rtium grammaticarū* sqq. superiore schedae margine corroso complures litterae ex primis versibus perierunt; deinde proxima scheda, quae olim fuit, amissa est. veteri inscriptioni manu recenti superscripta sunt haec, *Victorini de metricis dydascalicis liber I*, quae petita sunt ex subscriptione primi libri f. 23*, *MARII VICTORINI DE METRI | CIS DIDASCALICIS LIB. I. EXPLICIT FELICITER | INCIPIT LIB. II. LEGE FELICITER | DE PROTOTYPIS SPECIEBUS NOUEM.* — f. 34 *DIDASCALICUS PROTOTYPORUM NOUEM | EXPLICIT LIBER SECUNDUS | INCIPIT LIBER TERTIUS | DE CONIUNCTIS INTER SE ET MIXTIS METRIS | PRAGMATICIS FELICITER SCRIPTORI ET LECTORI.* — f. 47* *EPCL LIB. III TILX* | f. 48 *INCIPIT LIBER IIII LEGE FELICITER | DE CONEXIS INTER SE ATQUE INCONEXIS QUAE GREGI ACYNAPTHTA UOCANT PRAGRATICUS* (primum *RRAGRATCUS* scriptum erat). — f. 58* *proferre possemus AELII FESTI | APTHONII V. P. DE METRIS OMNIBUS EX | PLIC̄ LIB. IIII FELICIT̄ UTERE STEPHANE SCRIPTOR & | LECTOR* | f. 59 *INTER initia huius operis id est in prima ode* (p. 174, 1) — f. 61* *habentur itaque apud horatium habita dinumeratione metrorum genera*

PA
6139
.G7
1857

XXI in libris carminum et epodis ODE EST DULCEDINE SONI UERBUM LEXISUE pronuntiata (p. 183, 22) — f. 62 *dicitur colon EXPLICIT* (p. 184, 14) | *incipiunt indicula centonis probae inlustris* | *romanae anicioru̅ mater* — f. 70* *superis concessit ab oris Omnipotens:* Probae cento Vergilianus ‖ f. 71—74* *Ad basilium amicum sergii. Ultimarum syllabarum — dipthongis. final. regul. explicit feliciter amen:* de finalibus metrorum p. 228—242 ‖ f. 75 *incip̄ p̄ quinti papirii ortografia feliciter lectori et scriptori. Iustitia — castius.* maiore parte paginae et duabus proximis vacuis relictis sequuntur haec, f. 76*—109* Aldhelmi ars metrica, f. 110—113 aenigmata Symphosii, f. 113* fragmentum Pompeii de barbarismo (*incipit de vitiis quae fiunt in barbarismo. Sunt aliqua vitia quae uitare debemus — sibilum habet*), f. 114—116 Bonifacii tractatus de caesuris versuum et de metris, f. 116*. 117 versus varii. codicem in Marii Victorini libris cum Putschii editione in meum usum contulit Henricus Brunnius, cuius operam postea Ludovicus Ieepius denuo inspecto et accuratius excusso codice supplevit. praeterea Studemundus quaedam ex primo et secundo libro partim a se partim a Wilmannsio cum Gaisfordii editione collata mecum communicavit. scriptura saepe deletis vel superscriptis litteris vel additis vocabulis, quae omissa erant, correcta est. e quibus cum quaedam ab ipso librario inter scribendum correcta, quaedam alia, sed eiusdem aetatis manu scripta essent, ab iis qui codicem excusserunt certo et consentiente iudicio cognosci non potuit, quid veteri librario, quid correctori, qui eum secutus est, tribuendum esset. diversa autem ab his veteribus correctionibus sunt pauca, quae recenti manu correcta vel in marginibus adscripta sunt. in non nullis locis etiam, in quibus scriptura archetypi, ut videtur, deleta erat vel certo cognosci non poterat, paucarum litterarum spatio vacuo relicto lacuna indicata est. ceterum scriptura valde inaequali usus est librarius, adeo ut modo plures modo pauciores versus in singulis paginis scriberet: nam in aliis duodequadraginta, in aliis quinquaginta tres, in plurimis quidem undequinquaginta versus scripti sunt.

Codex Valentianus in membranis formae quadratae scriptus, 'Liber monasterii sancti Amandi in Pabula ordinis diui benedicti', eadem continet, quae e Palatino codice supra indicavi, primum Marii Victorini libros *INCIP̄ GRAM* | *MATICA MARII VICTORINI* | *DOCTORIS EXIMII* | *Artium grammaticarum* sqq. (*DOCTORIS EXIMII* posteriore manu adscriptum esse visum est Alfredo Holdero, qui quaedam ex hoc codice descripserat) — *dicitur colon* | *DE METRIS EXPL. FELICIT̄* | *UTERE QUI LEGIS,* deinde Probae centonem, libellum de finalibus Sergii nomine inscriptum, Aldhelmi librum. nono saeculo scriptum esse librum iudicavit Bethmannus, qui eum descripsit Archiv f. ältere deutsche Geschichtkunde v. VIII p. 94, et mihi codicem cum Putschii editione conferenti sic videbatur.

Codex Parisinus foliorum octoginta formae quadratae nono saeculo scriptus solum Victorinum continet, | *INCIPIT ARS GRAMMATICA UICTORINI MARI DE ORTOGRA|FIA ET DE METRICA RATIONE Artium grammaticarum — dicitur colon EXPLICIT ARS GRAMMATICA UICTORINI MARI DE ORTOGRAPHIA ET DE METRICA RATIONE.* scriptura codicis valde accurata est vicenis et senis versibus in singulis paginis scriptis. paucis locis singula verba, quae in textu omissa erant, in marginibus eadem manu adscripta, raro etiam posteriore manu superscriptis litteris quaedam correcta sunt. hunc codicem cum exemplari editionis Sanctandreanae a. 1584 collatum habuit Gaisfordius eiusque ab illa editione discrepantiam in margine suae editionis adnotavit. ipse parte primi libri denuo collata scripturam satis accurate ab illo indicatam, pauca eaque fere levioris momenti omissa inveni. non nullis locis obelos in marginibus adpositos esse Gaisfordius indicavit, ut p. 16, 2; 5, quibus ille corruptelam verborum, quae ita notata essent, significari putabat. nimirum quos ille obelos dixit, sunt lineae admodum tenues eodem colore, quo textus verborum scriptus est, exaratae. sed his eam vim tribuendam esse, quam Gaisfordius voluit, parum probabile est.

Praeter hos codices, qui soli integros Marii Victorini libros continent, excerpta orthographica ex primo libro p. 7, 35—26, 13 petita leguntur in quattuor codicibus Vaticanis s. XV, Vat. 1493 *incipiunt fragmenta ex Mario Victorino de orthographia. Nunc res admonuit — torculari . . . finis. Marii Victorini finiunt fragmenta;* Vat. 2725 *Marii Victorini grammatici nobilissimi de orthographia uel analogia lege feliciter Nunc res admonuit — torculari λενοι. quod repertum est ex Mario Victorino de orthographia uel analogia feliciter explicit;* Vat. 2930 *Victorini opusculum. Nunc res admonuit — ληνος*; Urbin. 452 *Marius Victorinus grammaticus de orthographia uel analogia. Nunc res admonuit* — (p. 19, 10) *ut coaequat coemit coequit. finis.* huius generis librum habuit Ioannes Pierius Valerianus, qui in castigationibus in Virgilium a. 1521 primum editis in bucol. 2, 59 fragmenta quaedam Victorini de orthographia sibi dono data esse a Iano Parrhasio scripsit eorumque saepius deinde mentionem fecit. nam ea omnia, quae a Valeriano citata sunt, in his excerptis inveniuntur, neque praeter haec quidquam ex Marii Victorini libris, antequam ederentur, Itali noverunt.

Edita autem est Marii Victorini ars primum e codice Palatino, quo tum, cum Laurissensis erat, Ioannes Sichardus usus est. eo enim auctore primum duo capita ex primo libro deprompta, *Placuit — recipiemus* (p. 32, 18—34, 23) et *Nunc quoniam — torculari* (p. 7, 35—26, 13), una cum tribus libellis, qui postea volgo Maximo Victorino tributi sunt, et cum aliis grammaticis edita sunt Basileae a. 1527.*) de codicibus ab

*) Basileensis editionis titulus hic est: 'Rei grammaticae Rhemnius Palaemon de summa grammatices. Q. Terentius Scaurus de orthographia. Aelius Donatus de bar-

editore adhibitis scripta sunt haec in praefatione Adami Petri ad filium f. 2*, 'De metris uero comicis, quia altissimum uideremus apud grammaticos nostrates silentium, ex Mario Victorino. cuius sunt et alia non indoctiora, quaedam sumus mutuati, quae nobis hoc promptius Sichardus communicauit, ut et me sibi demereretur, et studiis tuis simul consuleret'. deinde Victorini libris haec praemissa est praefatio, 'Lectori. Torsit pro exiguitate sua hic nos Victorinus satis misere, dum nullam de eius aetate atque patria rationem inire possumus certiorem, eoque magis, quod exemplariorum tanta esset inter se dissensio, quorum duo e Laurissa, tertium ex Murbachio nobis Sichardus communicaverat: Sed nos alterum plane coëgit, ut nec eiusdem quidem autoris omnia crederemus, praesertim cum Laurissanum exemplar sua Maximo cuidam Victorino, aliud uero contra Mario asserat, quem constat eruditione celebri Lactantii temporibus Romae, cum alioqui Afer esset, Rhetorica docuisse. Praeterea nec uidebatur simile ueri, toties eundem autorem uersatum esse in eodem argumento, adeoque in speciem puerili. Quamobrem, quae sunt Marii illius reliqua, maiora quidem quam ut nunc edi possint, nec paulo etiam hiis doctiora, statuimus propediem seorsim emittere, ne habeant studiosi literarum ubi officium nostrum iure desiderare possint. Tantum erat optime lector, quod tua interesse duximus. Vale, et nos pro ea, quam bonis autoribus excudendis nauamus, sedulitate candide amplectere'.

Postea Ioachimus Camerarius eiusdem Sichardi opera usus universum opus una cum Eutychis et Servii libris edidit Tubingae a. 1537, cuius editionis titulum posui gramm. lat. v. V p. 442. Victorini codicem a

---

barismo, pedibus, tonis. Servius Honoratus in Aelium Donatum, et de syllabarum quantitate. Marius Victorinus de enuntiatione literarum, orthographia, et metris comicis. Papyrii Praetextati fragmentum de orthographia. Cornelius Fronto de differentiis uocabulorum. Quos iam nunc in lucem protulit Adamus Petrus Basileae, mense Augusto. An. M. D. XXVII. Cum priuilegio Caesareo'. continentur primum haec, f. 3—19 Q. Rhemnii Palaemonis Vicentini ars grammatica. f. 20—30 Q. Terentii Scauri de orthographia ad Theseum. f. 31—44 Aelii Donati barbarismus etc. f. 45—54 Servii Honorati in Aelium Donatum commentarium. f. 55—62 Servii Honorati de ratione ultimarum syllabarum ad Aquilinum Liber (in marg. alias Basilium). Vltimarum syllabarum naturam — exceptis scilicet positione longis aut diphthongis. Finis. deinde Victorini libri post praefationem supra positam exhibiti sunt ita, f. 63*—76 'Marii Victorini Afri viri eruditissimi de re grammatica liber. Ars uniuscuiusque rei est scientia — Ex hiis caeteros animorum motus intelligere possumus. Finis. f. 76—82 Marius Victorinus de carmine heroico. Metrum est rei cuiuscunque mensura — De caeteris uero suo loco exequemur. Marii Victorini Afri de metro hexametro dactylico finis. f. 82*—91 Maximi Victorini de ratione metrorum commentarius. Liquentes autem literae sunt quatuor — longa sunt, ut ultra, una. f. 91*—93* De enuntiatione literarum Victorini Afri. Placuit autem antequam de natura syllabarum — propter peregrina uocabula recipiemus. Finis. f. 94—105* Eiusdem Victorini Afri de Orthographia liber, ex codice Laurissensi. Nunc quoniam res admonuit, non absurdum uidetur — tam in foro, quam in naui et torculari. Victorini Afri Orthographiae finis'. sequuntur deinde Q. Papyrii de orthographia fragmentum et Cornelius Fronto de differentiis vocabulorum.

Sichardo se accepisse scribit in praefatione, 'Quod autem restat pauca de autharibus libellorum istorum uerba faciamus. Primo igitur inuenimus praescriptum nomen Marii Victorini, in codice cuius copiam nobis fecit eximius Iurisc. Ioann. Sichardus, cuius uno quidem in loco tituli mutationem depraehendimus*), eiusmodi tamen quae non deberet in dubium uocare constantem et certam huius nominis autoritatem. Hunc notum est uixisse illis temporibus quibus et Donatus Grammaticam Romae docuit, et a Grammatica ad Rhetoricae artis professionem progressum, in opinione omnium singulari fuisse, et in foro statuam meritum. Idem admodum senex Christianam est pietatem amplexus, quod August. luculente exposuit, ut separatim apponi curauimus'. in iis quae antea iam edita erant Camerarius Basileensi editione usus est, cuius lectionem paucis locis e codice correxit. secunda codicis scheda, quam Basileensis editor decem annis ante legerat, tum iam perierat. quo factum est ut Camerarius non solum ea quae ex hac parte edita nondum erant (p. 6, 10—7, 33) omitteret, sed etiam ea parte, quae est de enuntiatione litterarum p. 32, 18—34, 23, ante commentarium de orthographia p. 7, 34—26, 13, sicut in Basileensi editione factum erat, posita ordinem verborum perturbaret. finem autem Victorini eo loco, ubi in libris manu scriptis nomen Aphthonii subscriptum est p. 173, 31, fecit f. 92 editionis suae, *proferre possimus. finis.* nam indicem metrorum Horatii, qui post illam subscriptionem in codicibus legitur, cum ipsa subscriptione omisit. sed ea quae deinde in fine operis p. 183, 22 sqq. scripta sunt f. 96* editionis suae post Servii libellum de pedibus et accentibus, ut vacuum unius paginae spatium impleret, edidit hoc praemisso titulo, *Ex Aelio Festo Aphthonio de carminis appellationibus. ᾠδή, est dulcedine — comma dicitur colon.*

Camerarii editio expressa est in editione Sanctandreana, 'Mari Victorini, grammatici et rhetoris, de orthographia, et ratione carminum libri IIII. Servi Mari Honorati, de pedibus versuum, accentibus, et quantitate syllab. libri II. Apud Petrum Sanctandreanum, CIↃ. IↃ. LXXXIV.' in qua editione commentarius de ode, quem separatim posuerat Camerarius, non mutato titulo, quem ille fecerat, repetitus, sed magis etiam a Victorino remotus et post alterum libellum Servii de finalibus syllabis positus est. in fine editionis paucae adiectae sunt notae, quas nescio quo iure Gaisfordius Hieronymo Commelino tribuerit. hanc editionem Putschius secutus est, qui commentarium Aphthonii qui dicebatur prorsus omisit, reliqua sic, ut ante eum edita erant, repetivit; paucos tamen locos, ut p. 23, 27, e codice aliquo ab iis quibus nunc utimur non diverso correctos habuit. postremo Gaisfordius Parisino codice, ut supra dixi, usus Marium Victorinum in scriptoribus latinis rei metricae edidit. is multa e codice emendavit, iustum ordinem in initio primi libri restituit et lacunam

*) Ad nomen Aphthonii quarto libro subscriptum haec referenda sunt.

ibi relictam supplevit. ceterum in fine operis nihil mutavit, sed omissis iis quae de metris Horatii scripta sunt p. 174 sqq. commentarium Aphthonii qui dicebatur cum inscriptione, quam fecerat Camerarius, repetivit.

Redeo ad libros manu scriptos, ut qua ratione iis usus sim dicam. ex tribus libris igitur, quibus Victorini artem memoriae proditam esse dixi, Palatino codici, in quo plurima paulo rectius quam in reliquis duobus scripta sunt, primum locum tribui. cum hoc Valentianus eadem fere aetate scriptus ita consentit, ut non videatur dubitari posse quin ex eo ipso, postquam sic, ut nunc eum habemus, ab altero librario correctus erat, descriptus sit. nam non solum illius scriptura cum levissimis vitiis tam accurate expressa est in hoc, ut et in orthographia et in verbis coniungendis vel separandis eadem ratio constanter servata sit, sed nova etiam accesserunt vitia, in quibus librarium vel compendia scripturae, quorum multa saepe repetivit, non recte intellexisse vel iis quae in Palatino codice correcta erant in errorem inductum esse apparet. Parisinum quoque codicem e Palatino descriptum esse contendit Wilmannsius mus. Rhen. v. XXII p. 401. et sane in hoc quoque complura eiusdem generis exempla sunt, in quibus non nulla etiam prorsus eodem modo atque Valentianus scripta praebet. verum tamen neque tam accurate hic Palatini codicis scripturam sequitur quam ille, et quaedam, quae in eo corrupta sunt, recte scripta servavit, quamvis ea et numero pauca et genere exigua sint. accedit quod ipsa scriptura Parisini codicis, nisi fallit memoria, paulo antiquior mihi olim esse videbatur, quam Palatini. quare hunc quidem non ex Palatino codice descriptum, sed utrumque e communi archetypo expressum esse existimavi*).

---

*) Quamquam ea quae de libris manu scriptis dixi paucis exemplis non posse confirmari scio, tamen non nulla, quae maxime huc pertinent, adscribam, in quibus A Palatinum, B Parisinum, V Valentianum codicem significat. in Valentiano igitur codice quo modo iis locis, in quibus Palatini scriptura correcta erat, erratum sit, his probatur exemplis: p. 50, 15 *hoc metro homerus heroum uirtutes est prosecutus* B, *hoc metro* [*homerus*] *horoum uirtutes est prosecutus* A, *hoc metro homerus uirtutes est prosecutus* V ‖ 58, 8 *τριάς*] ΤΡΙ[C]ᾶ A, TRICA B, *trica* V ‖ 86, 34 *aphrodisiacum* B, *aphrodidiacum* A, *aproasiacum* V ‖ 99, 14 *abit auipedis* B, *abit* [*u*]*abipedis* A, *abita ubipedis* V ‖ 123, 12 *anapaestico par ac simile mea*] *anapaesti co.par.ac similem*[*ea*] A, *anapaestico simile mea* B, *anapaesti simile mea* V ‖ 130, 28 *ionica ut est tota caduca* B, *ionica* [*ut est*] *aū tota caduca* A, *ionica ut est caduca* V ‖ 162, 13 *hemistichiorum* B, *hemistici*[*h*]*orum* A, *hemistichorum* V ‖ 181, 31 ΑΠΟΕΛΑ[C]SCONOC A, ΑΠΟΕΛΑCSCONOS V. errorum ex compendiis ortorum haec sunt exempla: p. 20, 12 ξ *et ψ* AB, ξ *et inter* V ‖ 40, 23 *contra* B, ↄ̄ A, *ḡ* V ‖ 40, 29 *uel contra* B, *l'* ↄ̄ A, *l quoque* V ‖ 45, 25 *uel quia* B, *ū quia* A, *u quia* V. ex iis quae in Parisino codice rectius quam in Palatino et Valentiano scripta sunt paulo

Itaque ex Palatino codice (A) et ex Parisino (B) omnem scripturae discrepantiam in adnotatione exhibui; Valentiano in iis locis, ubi Palatini codicis scriptura correcta erat, usus sum, quo certius constaret, quid antiquo tempore vel ab ipso librario vel a vetere correctore mutatum, quid postea additum esset. in quo siquid non addito signo correctoris (a) simpliciter correctum esse in codice dixi, quandoquidem id ab ipso librario factum esse constabat, neque indicavi quid in Valentiano scriptum esset, emendata lectio in hunc recepta est. nam ut veteres correctiones accurate plerumque expressae, ita recentiores et fide antiquitatis destitutae, quas adposito asterisco (a*) notavi, ab eo alienae sunt. praeterea in iis quae in initio primi libri defectu membranarum ex Palatino codice perierunt pro hoc Valentianum usurpavi, eoque adhibito versus paucis litteris in illo mutilatos, si modo de scriptura certo constabat, accurate describere opus non fuit. sed in Palatino quoque et Valentiano codice ea omnia, quae non tam ad diversitatem lectionis quam ad scribendi vel pronuntiandi rationem pertinent, operosa diligentia adscribere inutile esse putavi, praesertim cum librarios neque constantem neque ex antiqua memoria traditam rationem in hoc genere secutos, sed suo arbitrio usos esse viderem. quamquam fuerunt, in primis in ea parte libri, quae in ipsa orthographia versatur, quae subtiliorem curam requirerent. deinde quid in Palatino codice super versus scriptum esset vel quae liturae in continua scriptura apparerent, non pari cura omnibus locis adnotavi: nam maxima eorum

---

graviora sunt haec: nam maior pars ita comparata est, ut coniecturae tribui possit: p. 3, 9 *quicquid* B, *quia* AV || 10, 13 *antiqui pro sed scribebant sedum nostra aetas* B, *antiqui pro sed set scribebant sed cum nostra aetas* AV || 12, 3 *coniunctum* B, *ciocum* AV || 67, 1 *peleus* B, *pcus* A, *pcus* V || 84, 3 *propagari* B, *progari* A, et ut videtur V || 116, 5 *continuum persyllabarum* et in margine *pentasyllabum* B, *continuum per syllabarum* AV || 139, 8 *creterras* B, *ereterras* AV || 169, 21 *Horatiano*] *orationo* B, *placiano* AV. ea quae ad supplendas lacunas in Palatino et Valentiano codice relictas addita vel plenius scripta sunt in Parisino p. 33, 10. 98, 5. 103, 11 coniectura inveniri potuerunt. sed in primis memorabile est, quod in uno loco, qui compluribus verbis omissis in Palatino codice corruptus est, non solum Parisinus, sed etiam Valentianus pleniorem scripturam praebet, p. 116, 28 *cui exametro hanc epodum* (*epodā* V) *subdidit bimarisue corinthi ut diximus e tetrametro compositam* BV, *cui exametro compositam* A. sunt etiam alia exempla, sed leviora, in quibus cum Parisini codicis scriptura Valentianus consentit, p. 82, 14 *a dimetris* A, *a dimetros* BV || 92, 27 *viridis*] *uiri dis* lacuna paucarum litterarum post *uiri* relicta A, *uiriperdis* BV || 160, 90 *hactenus* A, *huc usque hactenus* B, *hususq: actenus* V. ceterum propter summam trium librorum similitudinem et manifestam originis cognationem, cum Parisinus codex paucis locis meliora praebeat quam Palatinus, Valentianus vero ad utriusque fidem supplendam nihil omnino adferat, non multum interest, utrum quis solum Palatinum tamquam fontem reliquorum sequendum, an alteri ex his quoque aliquam auctoritatem tribuendam esse dicat. certius autem tum demum ea de re iudicari poterit, cum Parisinus codex denuo inspectus et accuratius excussus fuerit. cuius rei cum mihi olim spes facta esset, mox, dum editio paratur, publica tempora obstabant.

pars in rebus levissimis neque ulla cura dignis versatur. denique cum in Parisino codice praeter ea quae in prima parte libri ipse contuli Gaisfordii fide utendum esset et quibusdam locis dubitari posset, num recte scriptura codicis ab eo indicata esset, in his eadem ratione, quam in Caesii Bassi et Atilii Fortunatiani libris tenui, usus sum, ut principis editionis lectione indicata discrepantiam codicis non adnotatam esse significarem. Vaticanorum codicum, in quibus excerpta de orthographia scripta esse dixi, copia mihi tum, cum editionem parabam, facta non erat. postea accepi apographum codicis Vaticani 2725, quocum reliqui tres fere consentiunt. ex hoc discrepantiam scripturae in fine voluminis adnotavi. ipsa excerpta ex eodem codice descripta edidi ind. lect. univ. Hal. aest. a. 1874 quamquam autem illa excerpta ex codice aliquo ab iis qui supersunt diverso, cuius apographum habebat Ianus Parrhasius, ducta sunt, tamen, cum et pauca sine certo ordine ex eo deprompta et omnia neglegenter scripta et perturbata sint, raro melioris scripturae vestigia apparebant. ex editionibus Camerarii (ς) et Basileensi (ω), quas nullam auctoritatem ad lectionem constituendam habere apparet, ea quae vel recte in illis emendata erant vel propterea, quod ex his vulgaris scriptura propagata erat, memorabilia esse videbantur adscripta sunt.

Marii Victorini nomen in praescriptione et subscriptione primi libri in tribus codicibus, in fine universi operis p. 184 in uno Parisino legitur. solo Victorini nomine praescripto Rufinus comm. in metr. Terent. p. 556, 22 et 557, 19 duos locos ex secundo libro p. 78, 19 et p. 80, 27 depromptos exhibuit, eodemque modo usus p. 565, 3 Victorinum inter eos qui numeros esse in Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum fabulas voluerunt appellavit. idem nomen restituere non dubitavi in excerptis codicis Sangallensis p. 639, 15, in quibus excerptis complura ex Victorini libris deprompta leguntur. et haec sola exempla sunt, quibus inferioris aetatis grammaticos his libris usi esse reperiuntur. sed diversum ab his codicum et grammaticorum testimoniis est illud, quod in tribus codicibus quarto libro subscriptum est p. 173, 32, *Aelii Festi Aphthonii viri perfectissimi de metris omnibus explicit liber IIII.* hac enim subscriptione, quae olim a Camerario omissa, postea a Gaisfordio primum e Parisino codice prolata est, hoc significari intellexit Bergkius Philol. v. XVI p. 639 sqq., ut quattuor libri qui praecederent non Victorino, sed Aphthonio tribuerentur*).

Itaque cum duorum grammaticorum nomina in uno opere coniuncta sint, primum illud apparet, ea quae post illam subscriptionem in codicibus de metris Horatianis et de ode et colo et commate scripta sunt ab Aphthonio

*) Quae praeterea Bergkius ad hanc sententiam confirmandam attulit, cur improbarem, exposui in commentatione academica Halis a. 1870 edita, quaest. gramm. p. I de Marii Victorini arte grammatica.

aliena esse. deinde non minus certum est ne ea quidem quae ab initio operis usque ad eum locum, in quo post commentarium de syllabis p. 31, 16 lacunam indicavi, leguntur huic auctori tribui posse. nam ut illo loco, quem dixi, ordo disputationis et nexus sententiarum manifesto perturbatus est, ita in reliquis, quae propter illam subscriptionem quarti libri Aphthonio tribuenda sunt, certum scriptoris consilium, quod ipsis librorum inscriptionibus indicatum est, conspicitur. nam duobus prioribus libris, qui didascalici dicuntur, praecepta metricae artis ita exposuit, ut primo libro, qui est de metrica ratione, elementa artis explicaret a litteris, sicut mos grammaticorum fuit, initio facto, secundo novem prototypa metra describeret. his duobus libris deinde item duos, quos pragmaticos esse voluit, addidit, quibus omnia metrorum genera, quae vel inventa a poetis essent vel fingi e prototypis possent, describenda sibi sumpsit. et in tertio quidem libro de coniunctis inter se et mixtis metris primum qua ratione inter se miscerentur metra exposuit, deinde quem ad modum ex duobus metris principalibus, hexametro dactylico et trimetro iambico, reliqua derivarentur explicavit. in quarto libro de conexis inter se atque inconexis, quae Graeci ἀσυνάρτητα vocant, ea metra, quae ex permixtione hexametri dactylici et trimetri iambici orta essent, persecuturus varia versuum genera tractavit et interposita disputatione de origine musicae artis metra Horatii descripsit. ab hoc igitur quattuor librorum argumento longe diversa est prior operis pars, quae ante eum locum, quem dixi, scripta est. nam primum eorum omnium quae ibi tractata sunt nihil proprie ad metricam disciplinam, in qua reliqua versantur, pertinet, sed de definitione artis et de arte grammatica, de voce, de litteris, de orthographia, de syllabis sic, quasi universam artem grammaticam scriptor expositurus esset, disputatum est. deinde in ipso genere disputandi multa apparent scholasticae institutionis vestigia. nam et in initio libri plurima per interrogandi et respondendi formam scripta sunt, et in praeceptis orthographicis crebrae inveniuntur adlocutiones quasi coram discipulis docentis p. 12, 20. 13, 11; 18; 25. 14, 10; 14; 24, 15, 19, 16, 5. 20, 6. 21, 16; 18; 20 sqq. 22, 25, 23, 22, 24, 15, 25, 9; 16. quarum rerum nihil, praeter pauca quidem secundae personae exempla, invenitur in iis quae Aphthonio tribuenda esse dixi. denique commentarii de litteris et syllabis ab Aphthonii quidem disputatione p. 31, 17 sqq., quae tota ad metricas rationes instituta est, prorsus diversi sunt, sed cum Charisio et Diomede, non numquam etiam cum Donato et Dositheo, et haec et ea quae praeterea de arte et de voce in hac parte scripta sunt ita consentiunt, ut grammaticum iisdem auctoribus, quos illi secuti erant, usum esse appareat. commentarius autem de orthographia, quamquam praeter consuetudinem grammaticorum additus et ab antiquo et docto auctore haud dubie petitus est, tamen cum disputatione de litteris, in quibus orthographia versatur, ita coniunctus est, ut dubitari nequeat quin is quoque ab eodem grammatico, qui reliqua quae

hoc loco legimus composuit, collectus et in compendium redactus sit. quare haec omnia Mario Victorino, cuius nomen in codicibus praescriptum est, recte tribuuntur.

Sequuntur Aphthonii libri quattuor continuo argumento, quod supra indicavi, apte inter se conexi, sed a superiore parte diversi. in his tres adhibiti sunt metricae artis auctores, Caesius Bassus, Terentianus Maurus, Iuba. e quibus Caesium quidem Aphthonius non nominavit; sed quid ab eo receperit ex iis maxime intellegitur, quae ex fragmento Caesii Bassi repetita et partim iisdem verbis comprehensa apud eum leguntur, quamvis ea a Terentiano recepta non sint, de versu sotadeo p. 92, 13 Caes. p. 255, 3; de versu archebuleo p. 126, 6 Caes. p. 256, 8; de trimetro iambico claudo p. 136, 19 Caes. p. 257, 7; exempla versus saturnii p. 139, 6 Caes. p. 265, 17. Terentianum semel nominavit p. 83, 27 eaque ei tribuit, quae apud eum non inveniuntur neque sic, ut illo loco relata sunt, ab eo scribi potuerunt. sed multos Terentiani versus tamquam exempla metrorum posuit et praecepta eius de litteris et metris, quorum magnam partem recepit, saepe ita expressit, ut dictionem versibus accommodatam in prosa oratione retineret. quin etiam verbis illius non intellectis quibusdam locis in errorem inductus est, ut p. 33, 20 de enuntiatione litterarum, p. 121, 23 de versibus Pomponii, p. 154, 17 de metro anacreonteo. plurima vero, maxime in primo et in secundo libro, Iubae debuit, quem bis appellavit, p. 88, 4 de antispasto et p. 94, 6 de ionico. nam praeter ea quae nomine Iubae adscripto ab aliis grammaticis citata sunt, de pedibus iambici metri p. 80, 5 a Rufino comm. in metr. Terent. p. 562, 11, de octametro iambico p. 82, 25 ab eodem p. 564, 1, exemplum tetrametri trochaici p. 85, 11 a Mallio Theodoro p. 595, 13, multa apud eum inveniuntur, quae propter consensum eorum grammaticorum, quos illo auctore usos esse constat, ad eundem revocanda sunt. atque etiam ad graecos artis metricae scriptores, Hephaestionem, scholia Hephaestionis, grammaticum Ambrosianum περὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀνομασίας, iste consensus pertinet; cumque illi ab Heliodoro, quem vel maxime e Graecis Iuba secutus erat, multa receperint, sequitur ut quae apud illos ab Heliodoro ducta sunt, apud Aphthonium Iubae vindicentur. praeterea siquis acrius attenderit, non solum doctrinam utriusque metrici plurimis locis expressam, verum etiam ex elocutione, quae in fragmentis Iubae apparet, multa relicta esse inveniet. denique ut recte existimetur, quam multa ab eo Aphthonius receperit, sciendum est Iubam, qui post Terentianum de metris scripsit, libro illius usum esse, quamvis diversam ab eo rationem artis secutus sit. certum eius rei exemplum praebent ea quae hoc auctore apud Marium Victorinum p. 80 de iambico metro scripta sunt, quae cum haud dubie ad Iubam referenda sint, aperte Terentiani praecepta respiciunt. nec minus certum esse puto versus carminis Falisci p. 123, 20 ex Terentiani libro a Iuba receptos esse. idem de duobus versibus

Septimio Sereno adscriptis p. 122, 15 suspicatus sum p. 623, 31. num Caesii quoque librum Iuba adhibuerit, dubitari potest; in iis tamen quae ex hoc deprompta apud Marium Victorinum leguntur sunt quaedam, quae Iuba auctore videntur recepta esse. sed longiore disputatione, quam quae hoc loco institui possit, opus est, ut demonstretur quid uni cuique ex tribus auctoribus, quos dixi, in Aphthonii libris tribuendum sit. interim loci in margine editionis indicati, in quibus eaedem res vel apud Marium Victorinum vel apud alios grammaticos tractatae sunt, ad hanc quaestionem aliquam utilitatem praebebunt, quamquam illi non hoc consilio compositi, sed ad emendationem verborum adiuvandam adscripti sunt, et non nullos locos, quos res exigebat, a me omissos esse video. nunc autem hoc probavisse satis fuit, alios auctores in Aphthonii libris, alios in superiore parte operis adhibitos esse.

Iam si quaerimus, qui factum sit ut cum paucis Marii Victorini commentariis amplissimi libri Aphthonii coniungerentur, hos quidem initio deminutos esse apparet; et fieri potuit ut eadem lacuna, qua pars commentarii de litteris hausta est, plura etiam ex priore parte libri perirent. neque tamen casui et veteri errori tribuendum est, quod duorum grammaticorum commentarii et nomina uno opere coniuncta sunt. nam in iis quae Aphthonii esse dixi unus certe invenitur locus, in quo eorum quae antea scripta erant mentio fiat, p. 35, 21 *positione vero octo modis, ut supra relatum est, fiunt, ex quibus sex videntur aperti, de septimo etiam nunc tractemus.* haec enim ad disputationem de syllabis positione longis p. 27, 1 pertinent, propter quam disputationem hoc loco ex uberiore eiusdem rei expositione pauca excerpta sunt. quod contra ea quae deinde leguntur p. 36, 9. *nunc de communibus plenissime tractemus, unde sumus digressi,* non ad hanc partem, sed ad p. 32, 15 *qua condicione etiam in metris communes syllabas faciunt* referenda sunt. itaque cum ipse Victorinus suis commentariis libros Aphthonii subiecerit, simul hoc intellegitur, eum non integros libros, sicut a grammatico scripti erant, recepisse, sed ita in suum usum convertisse, ut quaedam suo arbitrio mutaret. atque haud scio an eius mutationis indicia in hac condicione librorum, quae nunc est, deprehendantur. nam iustus sententiarum ordo rebus de quibus modo dictum erat repetitis vel verbis non satis apto loco interpositis saepe ita perturbatus est, ut neque ab uno grammatico haec ita, ut nunc leguntur, scribi potuerint, neque omnis illa perturbatio ad vulgares librariorum errores vel ad interpolationem eam, quam omnes grammaticorum libri, dum frequenti usu in scholis inferioris aetatis tractantur, passi sunt, referri queat. in his igitur locis cum Victorinus iis quae ab Aphthonio scripta acceperat alia neglegentius adderet, alia omitteret, minus recte interdum duorum grammaticorum verba videntur coniuncta esse.

Restat extrema pars operis, in qua primum metra omnium carminum Horatii breviter describuntur, deinde, id quod cum hac materia coniunctum

est, de ode et melo et de colo et commate pauca adduntur. quae pars quamquam unius Parisini codicis subscriptione, quae quidem ex primo libri repeti poterat, Victorino tribuitur, in Palatino autem codice sine nomine auctoris scripta est, tamen non dubitavi eam Victorino continuare. nam cum nihil in his insit, quod iure ab illo alienum iudicari debeat, tum ipse quid secutus sit verbis in initio commentarii de metris Horatianis p. 174, 1 positis indicavit. nam quoniam enumeratio omnium carminum vel ab Aphthonio non exhibita vel a Victorino omissa erat, sicut dictum est p. 161, 15, postea hunc defectum ita supplevit, ut singulis metrorum generibus omnia carmina, in quibus ea invenirentur, adponeret. in commentario de ode paucis quae supra p. 54, 2 iam scripta erant repetitis quaedam ex aliis fontibus petita addidit.

Post Marium Victorinum posui quattuor libros minores olim Maximi Victorini nomine inscriptos. de quibus ut rectius, quam adhuc factum est, iudicari possit, memoria manu scriptorum codicum, a quibus edita exemplaria recesserunt, explicanda est accuratius. sed primum de duobus libris de arte grammatica et de metris, deinde de reliquis duobus, quorum ratio ab illis diversa est, dicam. illos igitur in tribus codicibus ita scriptos inveni, ut priore loco liber de arte grammatica praescripto Victorini nomine poneretur eique subiceretur alter qui est de metris. ex quibus ea quae huc pertinent adscribam. codex Reginensis 1587 saec. X *incipit ars Victurini. Ars quid est* — (p. 197, 21) *aut cum correpta uocalis seu sola seu consonanti adiuncta syllabam facit quae partem orationis finiat ut o uirgo noua mi facies — quae omnia in metris obseruanda sunt. De exametro uersu siue heroico. Metrum quid est — exequemur.* commentario de syllabis addita sunt quaedam de syllabis positione longis. eadem, quae in hoc codice inveniuntur, ex vetere codice Iacobi Revii cum editione Putschii collato et maximam partem descripto adferuntur in codice Leidensi Perizoniano 56 Q. codex Neapolitanus IV A 34 saec. XI vel XII a Ianellio catalog. bibl. lat. mus. Borbon. p. 27 ita describitur. 'Victorini libellus de partibus orationis paginas 8 implens: alius vero ab arte grammatica. quam edidit Putschius p. 2450. Titulus in codice nostro *Incipit liber Victorini.* Initium opusculi *Ars quidem uniuscuiusque rei scientia: Artium genera quod sunt quaeres animi tantum poeticae musicae astrologiae grammaticae rhetoricae iuris scientiae.* Eiusdem Victorini libellus de hexametro versu. Initium *Metrum quid est? Rei cuiuscumque mensura. Metrum poeticum quid est? versificandi disciplina cum sillabarum ac temporum ratione in pedibus observata.* Haec praefixa in codice *Explicit liber Victorini de hexametro sive heroico versu*; quae tamen sic emendantur ad oram libri manu etiam vetere: *Explicit liber Victorini de partibus; incipit idem de hexametro sive heroico versu*'. codex Gothanus 117 chart. saec. XV *Incipit liber Victorini. Ars quid*

est — (p. 205, 4) *colligi possunt. Coniunctio simplex ut si et composita ita etsi sed simplex producitur composita cum particula quidem corripitur ut siquidem. Explicit liber Victorini. De exametro siue heroico uersu — exsequeremur.* sequitur deinde libellus de finalibus metrorum cum commentario de caesuris in fine codicis mutilato, *Incipit de finalibus metrorii. Quanquam — ut arma.*

Libellus de arte grammatica legitur in codice Sangallensi 877 nono vel decimo saeculo scripto, f. 1 *In nomine dei summi incipit ars uictorini grammatici. Ars quid est — collegi possunt. finit ars victorini grammatici de analogia ac de cuscionibus* (l. *ac divisionibus*) *aliis deo gratias*; et non addito nomine grammatici in codice Reginensi 251 saec. XI, f. 27 *Artis grammaticae initium. Ars quid est — collegi possunt.* libellus autem de metris et hexametro versu in codice Parisino 7559 saec. X post Phocae artem grammaticam scriptus est ita, *Incipit ars Palamonis de metrica institutione de exametro uersu seu heroico. Metrum quid est — de ceteris uero suo loco. Incipit de cesuris. Cesure uersuum sunt IIII — greci uero quia geminos feriunt trimetros dicunt. finit. explicit liber Palamonis de metrica institutione.* commentario de caesuris addita sunt quaedam de metris (script. lat. rei metr. ed. Gaisf. p. 580—584) ex Isidoro collecta: sequitur deinde Alcuini ars. praeterea maxima pars utriusque libri recepta est in excerpta Audacis grammatici, cum quibus excerptis fere consentiunt pauca, quae e codice Vindobonensi 16, olim Bobiensi, f. 55*—56 in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 199 sqq. edita sunt, *Littera quid est — allec caput* (p. 194, 10—196, 17). *incipit liber Palemonis de arte. Ars quid est — funambuli* (p. 187, 2—15).

Vterque liber in editione Basileensi a. 1527 e codice Murbacensi, quem Ioannes Sichardus praebuerat, primum editus et Marii Victorini nomine inscriptus est, forma tamen ab ea quae in libris manu scriptis habetur valde diversa. nam non solum interrogationibus et responsionibus, quibus grammaticus usus erat, remotis omnia in continuam orationem translata, sed praeterea etiam plurima mutata sunt. neque dubitari potest quin studio editoris, non auctoritati codicis, quo usus erat, haec nova libellorum forma tribuenda sit. Basileensem editionem accurate expressit Putschius, qui primus Maximi Victorini nomen, quo deinde libri vulgo usurpati sunt, praescripsit, inductus fortasse iis quae de duobus nominibus in principe editione scripta sunt, vel ut a Marii Victorini libris hos diversos esse significaret. ceterum in commentario de arte grammatica quaedam e codice aliquo emendata habebat, sed ea paucis locis recepit. Putschii editionem Lindemannus, qui Gothano codice usus hos libros in primo volumine grammaticorum latinorum edidit, ita secutus est, ut non mutata vulgari librorum forma pauca e codice suo corrigeret. mihi ex iis codicibus, quos supra indicavi, in libro de arte grammatica codex Sangallensis ab Hermanno Hageno in meum usum descriptus, in libro

de metris Parisinus codex, quem ipse descripseram, parati fuerunt. ad horum igitur fidem utriusque libri recensionem ita exegi, ut omnem scripturae discrepantiam in adnotatione exhiberem: quamquam in Parisino codice infinita foedissimorum vitiorum multitudo per totum librum indicanda erat. sed ex ipsis vitiis memorabili exemplo cognoscitur ex vetere et bono codice eum descriptum esse, siquidem maxima eorum pars ita comparata est, ut librarium non intellecta vetere scriptura et ratione compendiorum ad haec vitia delapsum esse, interdum etiam propter eandem imprudentiam verba transposuisse appareat. in excerptis Audacis Bernensem et Monacensem codicem adhibui. Bobiensis codicis scripturam Vindobonenses editores praebuerunt. Gothanum a Duebnero cum Putschii editione collatum in schedis Lindemanni habui; integram tamen scripturam codicis recentissimi et non solum erroribus scribentis, sed etiam mutationibus recentium grammaticorum corrupti cum veteribus codicibus adscribere nolui, sed pauca, quae maxime memorabilia videbantur, adnotavi. principis editionis lectionem in iis indicavi, in quibus vel recte aliquid ab editore emendatum erat vel utile esse videbatur scire, quid ex illa olim vulgatum fuisset.

Commentarii de ratione metrorum et de finalibus metrorum inde ab octavo saeculo in multis codicibus scripti sunt, e quibus primum eos quorum fidem in illis recensendis secutus sum ponam, deinde alios, quorum mentio interdum in adnotatione facta est, indicabo additis titulis, qui libris praescripti et subscripti sunt. codex Vindobonensis 16, olim Bobiensis, saec. VIII vel IX f. 44*—47* *Incipit commentum maximini uictorini de ratione metrorum. Liquentes — exerceat. finit. Incipit de finalibus metrorii. Quamquam — patent. explicit feliciter. De caesuris. Caesurae sunt — addita* (p. 240, 9). codex Monacensis 6281, olim Frisingensis 81, saec. X f. 81*—91* *Incipit commentarium maximiani uictorini de ratione metrorum primo de litteris et syllabis. Liquentes — exerceat fin. lib. maximiani gramatici. Quae sint preterea tres primae maximī fugurae dicendi. Magno temperato subtili. Magno id graui accentu. Temperato id circumflexo accentu. Subtili id acuto. Aliter isidorus dicit Dicenda sunt — uehementia* (Isid. orig. II 17). *Metrorsus* (corr. *Metrorius*) *de latinis et in roma fuit et nobilissimo genere* (corr. *nobilissimi generis*) *patre solonio et matre prissionatia. Incipit de finalibus litteris uel syllabis metrorii. Quamquam — an meleboei fin. lib.' metrorii grammatici:* cf. gramm. lat. v. IV p. XLIV. codex Monacensis 19484, olim Tegernseensis 1484, saec. X f. 14—22* *Commentarium maximi victorini de ratione metrorum primo de litteris syllabis incipit. Liquentes — genetiuus* (p. 224, 15). *De uerbis* (p. 225, 1) — *exerceat* (p. 228, 5). *De participiis — ultra una* (p. 224, 16—29). *Quamquam de litteris — ut aio* (p. 230, 6). codex Parisinus 7530 saec. VIII f. 29—31* *De obseruatione ultimae syllabae casu singulari omnium partium orationis ac*

prius de nomine ordine litterarum uocalium obseruato deinde addita consonante. A terminatus (p. 231, 4) — *obseruanda sunt. explicit* (p. 239, 17): cf. gramm. lat. v. IV p. XLI. codex Palatinus 1753, quem supra descripsi, librum de finalibus metrorum praescripto Sergii nomine exhibet.

Ex reliquis codicibus, quos paucis locis commemoravi, utrumque librum continent duo, Parisinus 7491 saec. X *Incipit commentarium maximi uictorini de ratione metrorum. Primo de litteris et de syllabis. Liquentes — exerceat. Incipit metrorius de met̄ ratione. Quamquam — meliboei*, et Parisinus suppl. 69 saec. XI *Commentarium maximi uictorini de ratione metrorum. prima de litteris et syllabis. Liquentes — ultra una. explicit uictorin̄ incipit metrorius maximinum. Quamquam — patent ut euax heu. explicit.* maximam partem libri de finalibus omisso nomine auctoris cum arte Donati confusam habent codex Sangallensis 876 saec. IX et Bernensis 207 saec. IX vel X, e quibus Bernensem Hagenus anecd. Helvet. p. XV accurate descripsit et in hoc libro cum Putschii editione contulit. similiter in Lavantino codice, de quo dixi gramm. lat. v. IV p. XLIX, prior pars huius commentarii in explanationes in Donatum p. 522 recepta est, posterior ib. p. 562. commentarius de caesuris p. 240 nomine Victorini inscriptus legitur in codice Bernensi 338 saec. IX f. 16 post Capri tractatum de verbis dubiis, *De cesuris ratio uictorini. Caesurae sunt — meliboei.*

Sed praeter hos codices quos dixi et alios eiusdem fere aetatis complures, quos praetermisi, magnus numerus est codicum quinto decimo saeculo scriptorum, in quibus plerumque hi duo libri ita scripti sunt, ut priore loco liber de ratione metrorum, posteriore alter de finalibus ponatur, ut in Ambrosiano M 69 *Comentarium maximini uictorini de ratione metrorum prima de litteris et syllabis. Liquentes — uictorinus finit. incipit metrorius maximinus. Quanquam* sqq., et in Vrbinate 1157 *Commentarium Maximi Victurini de ratione metrorum. Liquentes* sqq. *incipit Metrorius Maximinus. Quanquam* sqq.; rarius ita, ut liber de finalibus antecedat eum qui est de ratione metrorum, ut in Vrbinate 452 *Metrorius Maximinus de syllabis. Sed ex uocalibus* sqq. (p. 229, 8) *Maximinus Victorinus de ratione metrorum. Coniunctas* sqq. (p. 218, 4), et in Vaticano 1491 *Metrorius. Quamquam* sqq. *Maximus Victurinus. Liquentes* sqq. quod genus librorum propterea commemoravi, quod his primi editores usi sunt.

Primum autem hi duo libri editi sunt Mediolani a. 1473 hoc titulo, *Commentarium Maximi Victorini de ratione metrorum* et *Metrocius Maximus de litteris et de syllabis*: cf. gramm. lat. v. IV p. XLIV. postea Ianus Parrhasius utrumque Maximi Victorini nomine inscriptum mutato ordine librorum repetivit Mediolani a. 1504 (ib. p. IX). *Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum. Quamquam* sqq., deinde

Maximi Victorini commentarium. Liquentes sqq. nova ratio editione Basileensi a. 1527, quam supra p. IX descripsi, inducta est. in ea enim commentarius de finalibus e codice Palatino, de quo dixi p. VIII, editus et Servii nomine inscriptus est f. 55, deinde post duos Marii Victorini libellos de re grammatica et de carmine heroico Maximi Victorini de ratione metrorum commentarius f. 82. eam in hac quoque parte secutus est Putschius, qui commentarium de finalibus inter Servii libros posuit p. 1799—1800, alterum de ratione metrorum inter Maximi Victorini libros, quos dixerat. post Putschium Lindemannus in primo volumine grammaticorum latinorum librum Maximi Victorini de ratione metrorum cum duobus libris, de quibus antea dictum est, Bobiensi et Gothano codice adhibito edidit. librum autem de finalibus Maius class. auct. v. III p. 504 ea forma, quae in recentibus Italorum codicibus est, edidit hoc titulo, 'Metrorii Maximini de longis et brevibus'. eundem Vindobonenses analectorum grammaticorum editores p. 455 addita discrepantia scripturae codicis Bobiensis et Vindobonensis 3250 quinto decimo saeculo scripti ediderunt. inscriptionem autem libri in Parrhasii editione repertam, 'Maximi Victorini commentarium secundum de finalibus metrorum', receperunt.

In libris diu in scholis grammaticorum tractatis et diverso modo in codicibus scriptis cum certo dici nequeat, quid ex antiquissima memoria traditum, quid postea omissum vel additum vel mutatum sit, id maxime sequendum putavi, ut unius codicis forma, quoad eius fieri posset, exhiberetur. eum volui esse Bobiensem, cuius lectionem in Victorini libro de ratione metrorum schedae Lindemanni paulo accuratius descriptam, quam ab ipso in editione proposita erat, praebuerunt; in libro de finalibus eiusdem libri scriptura in editione Vindobonensi indicata erat. eum igitur in utroque libro ita secutus sum, ut, ubi ab eo discedendum esset, scripturae discrepantiam adscriberem, omissis tamen levissimis quibusdam rebus, quae diligentissime a Vindobonensibus editoribus adnotatae erant. ad hunc in libro de ratione metrorum adsumpsi duos codices Monacenses, quorum alter, qui olim Frisingensis fuit, una cum Bobiensi, quocum plerumque consentit, antiquiorem, verumtamen singulis locis saepe corruptam recensionem praebet, alter olim Tegernseensis, cum aliis locis ab illis recedit, tum commentarios de participiis et de adverbiis transpositos habet et omnino recentiorem recensionem exhibet, quam ipsam et alii libri manu scripti complures et Basileensis editio ex simili codice expressa sequuntur. Monacensium quoque codicum lectionem integram exhibui, quamquam leviores discrepantias, velut mutatum saepissime leviter ordinem verborum, praetermisi. in libro de finalibus praeter Bobiensem scriptura duorum codicum, Palatini et Parisini, indicata est; paucis locis etiam ex reliquis, quos supra indicavi, quaedam addidi. sed in Bobiensi et Palatino codice cum multa posteriore manu adscripta sint, quorum maxima pars non ad corrigendam priorem scripturam pertinet, sed instar scholiorum

adscripta est, ut ea quae a grammatico scripta erant exemplis adpositis illustrarentur vel augerentur, ea quae huc pertinebant a reliqua adnotatione separata per se posui. eius generis additamenta autem cum in aliis codicibus in ordinem verborum reciperentur, magna orta est scripturae diversitas. sed hanc pluribus etiam codicibus adhibitis ante oculos ponere inutile erat, in hoc praesertim libro, qui totus in vilissimo argumento versatur et pauca continet, quae maiore cura digna sint.

Apud grammaticos horum librorum memoria non extat ante Audacem, qui sexto fere saeculo, ut videtur, duos commentarios de arte grammatica et de metris in suum librum, cui titulum fecit *de Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem*, recepit. Audacis libro deinde et Beda et Iulianus Toletanus usi sunt, quorum uterque etiam commentarium de finalibus syllabis non nominato auctore usurpavit. Beda autem de metr. p. 2371 libellum de ratione metrorum p. 218, 23 significans nomen Victorini posuit, *quis enim audiat Victorinum docentem ut scandamus 'ente carina', facientes synalipham in media parte orationis? quod numquam fecere priores.**)

Iam nomen Maximi vel Maximini Victorini (neque enim constat utra forma genuina sit) uni libro de ratione metrorum inscriptum invenitur in codicibus, neque quidquam praeterea de illo memoriae proditum est. nam in reliquis libris nomen grammatici, cui olim tributi sunt, a libris manu scriptis auctoritatem non habet. sed ex his primum libellus de finalibus syllabis hoc nomine editus est a Iano Parrhasio. qui cum in codicibus librum de ratione metrorum ita inscriptum invenisset, *commentarium Maximi Victorini de ratione metrorum primo de litteris et de syllabis*, et ei subiectum hunc *de finalibus Metrorii*, prioris libri inscriptionem ita interpretatus est, ut posteriorem quoque librum eidem auctori, qui priorem scripsisset, tribueret eique titulum faceret *Maximi Victorini Commentarium secundum de finalibus Metrorum.* et recte quidem pro nomine Metrorii, quod per se non minus suspectum est, quam vana commenta de genere grammatici, quae in Frisingensi codice adscripta sunt, restituit *de finalibus metrorum.* sed ut Maximi Victorini nomen ad solum priorem librum pertinet, ita illis quae addita sunt, *primo de litteris et de syllabis*, prima eius libri pars, quae est de litteris liquentibus et

*) Saepius ii qui nono et decimo saeculo de arte grammatica scripserunt his libris usi sunt, quorum testimonia in quaest. gramm. part. II de Maximi Victorini libris de arte grammatica qui feruntur (Halis a. 1871) p. VI exhibui. sed illi plurima non nominatis auctoribus in suos libros transtulerunt. siquid autem adscriptis veterum grammaticorum nominibus ponunt, in libello de arte grammatica nomine utuntur Victorini; commentarium de metris Palaemoni tribuunt, quod ipsum nomen et huic libro in Parisino codice et excerptis de arte grammatica in Bobiensi praescriptum est; cum qui commentarium de ratione metrorum frequentissime ab illis usurpatum scripsit mutato paulum vetere nomine constanter Maximianum appellant.

de syllabis, significatur. non maiorem auctoritatem in libro de finalibus habet nomen Maximini, quod in recentioribus codicibus ex subscriptione praecedentis libri, ut videtur, repetitum et cum corrupto Metrorii nomine coniunctum est. accedit quod multa quae hic leguntur similiter in Servii libro de finalibus ad Aquilinum scripta sunt; neque constat quis primus hoc genus regularum, quod postea diuturno scholarum usu a multis tractatum est, composuerit. omnino autem in huius modi libris, in quibus aut pauca aut nulla antiquioris doctrinae vestigia relicta sunt, de veteribus auctoribus quaerere parum utile et natura sua incertum est. ceterum ne de ratione metrorum quidem integrum veteris grammatici librum relictum esse manifestum est. nam non solum a liquentibus litteris parum apte initium fit, sed in reliquis etiam partibus de mensura syllabarum et de scansione versuum ita disputatur, ut et iusta ratio desideretur, et multa omissa esse appareat. cuius neglegentiae exemplum relictum est p. 219, 23, *quidquid enim in tur syllaba finitur, breve est, ut postea dicemus:* ea enim syllaba in finalibus syllabis verborum omissa est. itaque et haec, quae fidem manu scriptorum librorum secuti Maximo Victorino tribuimus, ex maiore opere excerpta, et regulae finalium syllabarum, quae ab alio auctore compositae erant, propter similitudinem argumenti excerptis Maximi Victorini subiectae sunt.

Minus certum iudicium est de duobus libris de arte grammatica et de metris, qui non solum ita coniuncti in quibusdam codicibus leguntur, ut nomen Victorini, quod priori praescriptum est, ad utrumque pertinere videatur, sed etiam propter similem rationem disserendi et genus dicendi uni auctori haud dubie tribuendi sunt. sed eosdem ex antiquiore libro neglegenter collectos et perturbato ordine verborum depravatos esse apparet. neque ex vetere defectu archetypi vel transpositione membranarum, de qua re olim Spengelius allgem. Schulzeit. a. 1832 p. 285 cogitabat, omnis illa depravatio derivari potest, sed praeter ea quae casu perierunt vel perturbata sunt, uterque liber curam grammatici expertus est, qui ea quae nunc legimus collegit et in hanc formam redegit. de metris quidem veterem auctorem plura scripsisse vel scripturum fuisse, quam nunc supersunt, in fine commentarii de hexametro indicatum est p. 215, 24, *hactenus de hexametro dactylico, de ceteris vero suo loco.* aliam autem recensionem eamque ex parte meliorem habebat Audax. quamquam enim non omnia, quae in eius excerptis addita sunt, ex his commentariis petivit, sed quaedam etiam ex alio fonte duxit, tamen certum est eum et rectius dispositos et non nullis locis pleniores habuisse libros. quare ne haec inter se confunderentur, aptum esse visum est nunc eam formam, quae codicibus tradita est, exhibere; postea ex Audacis excerptis ea quae memoria digna sunt edam. quam fidem autem nomina Scauri et Palladii in praescriptione excerptorum ab Audace posita habeant, non constat. nam Scauri nomen, ut videtur, ad priorem excerptorum partem,

quae ex his commentariis, de quibus nunc dicimus, petita est, pertinere voluit, Palladii ad posteriorem, in qua de tribus partibus orationis, de coniunctione, de praepositione, de interiectione, plurima ex Probi institutis artium collecta sunt. neque maiorem auctoritatem habet nomen Palaemonis a grammaticis saepe usurpatum, quod et commentario de metris inscriptum est in Parisino codice et excerptis de arte grammatica in Bobiensi. restat nomen Victorini, quod in principe editione utrique libro inscriptum et ad Marium Victorinum rhetorem, qui circa annum trecentesimum quinquagesimum vixit, relatum est, eidemque auctori artem maiorem quattuor libris divisam editor tribuerat. ab hac ratione deinde Putschius et Lindemannus et qui hos secuti sunt substituto in minoribus libris Maximi Victorini nomine parum prudenter discesserunt.*) nam a libro quidem de ratione metrorum, in quo solo illud nomen fidem habere supra dixi, horum uterque plane diversus est; sed cum iis quae Marius Victorinus ante Aphthonii libros scripsit multa in minore libro de arte grammatica consentiunt. nam primum de definitione artis et de arte grammatica eadem, a quibus ille exorsus est, in hoc libro praecipiuntur. deinde quae de voce, de litteris, de syllabis scripta sunt, pluribus locis dispersa apud illum inveniuntur p. 4, 13. 5, 14. 23, 14. 26, 15. 29, 27, quamquam in maiore opere doctior de his omnibus disputatio est, et quaedam aliter atque in hoc libello tradita sunt. in reliquis autem partibus grammaticae artis, de quibus in maiore opere Marii Victorini nihil scriptum est, iidem auctores adhibiti sunt, quibus illum in prima parte operis usum esse dixi. nam plurima similiter apud Charisium, Diomedem, Donatum, Dositheum scripta sunt. in commentario de metris pauca inveniri, quae cum Mario Victorino consentiant, mirum non est, quandoquidem ille de metris non sua, sed Aphthonii praecepta posuit. sunt autem fere haec, eaque et vulgaria neque ab omni parte inter se consentientia, de trochaeo in fine hexametri posito p. 208, 26 Mar. Vict. p. 71, 13. 72, 19; de senarii versus appellatione p. 209, 17 Mar. Vict. p. 79, 8. 132, 9; de hexametro dactylico tantum et de modo syllabarum in versu hexametro p. 210, 1

*) Post Lindemanni editionem de Maximo Victorino copiose disputavit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 352. qua disputatione hoc probare studuit, praeter quattuor Marii Victorini libros duos ex minoribus, qui sunt de metris et de ratione metrorum, Victorini rhetori, quem iam C. Marium Maximinum Victorinum dici volebat, tribuendos, tertium vero de arte grammatica a reliquis diversum esse. Osanni sententiam de duobus libris, quos ille Victorino rhetori tribuerat, probavit Merschius Zeitschr. f. Alterthumswiss. a. 1840 p. 115, et cum a commentario de metris alterum de grammatica arte separari non posse intellexisset, hunc quoque ab eodem auctore scriptum esse existimavit. rectius Wentzelius symbol. crit. ad hist. script. rei metr. lat. p. 55 refutata Osanni sententia librum de ratione metrorum a reliquis duobus omnino seiungendum, hos vero ab uno grammatico, quem ille diversum a Mario Victorino esse voluit, scriptos esse demonstravit.

Mar. Vict. p. 70, 20. 72, 12; de priapeo et de pythio metro p. 215, 5 Mar. Vict. p. 151, 1. 50, 19. sed in primis memorabile est quod de sua aetate grammaticus profitetur, cum Lactantium sua memoria de metris scripsisse dicit p. 209, 11, *nostra quoque memoria Lactantius de metris 'pentameter' inquit et 'tetrameter'*. haec enim ad Firmianum Lactantium, quem, antequam christianam fidem profiteretur, non solum rhetoricae et grammaticae operam dedisse, sed etiam de metris scripsisse scimus (Damas. epist. ad Hieronymum, Hieron. op. ed. Vallars. v. I p. 159; Rufin. de metr. Ter. p. 564, 7), satis probabiliter referuntur. aliquot annis autem post Firmianum Lactantium C. Marium Victorinum Romae rhetoricam artem docuisse auctore constat Hieronymo comm. in epist. ad Gal. praef. v. VII p. 367, *non quod ignorem C. Marium Victorinum, qui Romae me puero rhetoricam docuit, edidisse commentarios in apostolum;* id. de vir. illustr. c. 101 vol. II p. 935 *Victorinus natione Afer Romae sub Constantio principe rhetoricam docuit et in extrema senectute Christi se tradens fidei scripsit adversus Arium libros dialectico more valde obscuros,* chron. ad a. 2370 (a. 356 p. Chr.) *Victorinus rhetor et Donatus grammaticus, praeceptor meus, Romae insignes habentur, e quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit.* eundem omnium liberalium doctrinarum peritissimum fuisse scribit Augustinus confess. VIII 2. in grammatica arte eum operam collocavisse memoriae proditum non est; sed ea tum fuit horum studiorum cum rhetoricis societas, ut ne ab his quidem alienus esse posset qui rhetorica arte docenda famam adeptus erat.

C. Mario Victorino rhetori igitur cum propter aetatis significationem in libro de metris inventam Basileensis editor, cuius praefationem supra exhibui, et hunc et coniunctum cum eo de arte grammatica librum vindicavisset, ut eidem auctori quattuor Marii Victorini libri tribuerentur ipsum nomen effecit. de grammaticis autem Victorini studiis, de quibus nimia olim existimatio fuit, rectius iudicabitur, postquam maximam partem eorum, quae in maiore opere de metris scripta sunt, Aphthonio deberi exploratum est. fuit enim ad utilitatem scholarum potius quam ad doctas grammaticorum quaestiones intentus et in componendis vel excerpendis iis quae ab antiquis auctoribus inventa erant nec diligentem nec peritum artis se praebuit. quae ratio non magis in primam partem maioris operis quam in minores de arte grammatica et de metris commentarios cadit, quamvis plura in his quam in maiore opere postea frequenti scholarum usu mutata sint. ac ne illud quidem a more illius aetatis alienum fuit, ut de iisdem rebus bis scriberent grammatici, cum primum ea quae ad institutionem puerorum maxime necessaria esse viderentur componerent, deinde eruditorum utilitati amplioribus libris consulerent. hunc igitur morem ita secutus esse videtur Victorinus, ut primum et de universa arte grammatica breviter scriberet et de metris pauca delibaret, deinde de elementis artis et de orthographia copiosius disputaret et praetermissis

reliquis grammaticae artis partibus omnem metrorum doctrinam Aphthonii libris in suum usum conversis exponeret.

De reliquis libris qui hoc volumine continentur suo loco dictum est. de Terentiano illud unum addendum est, principem editionem, cuius scripturam ex Lachmanni exemplo repetiveram, postea ex bibliotheca gymnasii Ioachimici Berolinensis liberaliter ad me missam et cum nova editione, dum typis describitur, denuo collatam esse. in quo negotio omnia accuratissime a Lachmanno indicata esse inveni. duos autem libros, quos praeter eos quos nunc edidi huic volumini destinaveram, excerpta Audacis et Bedae librum de metris, reposui, ne modum excederet volumen. ii igitur una cum libris grammaticorum de orthographia mox edentur.

Scripsi Halis Saxonum mense Octobri anni MDCCCLXXIII.

INDEX
LIBRORVM QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Marii Victorini ars grammatica . . . . p. 1—184
Victorini ars [Maximi Victorini de re grammatica] . . . p. 186—205
Victorini de metris et de hexametro commentarius [Maximi Victorini de carmine heroico] . . . . p. 206—215
Maximi Victorini de ratione metrorum commentarius . . . p. 216—228
De finalibus metrorum [Metrorii Maximini de longis et brevibus] p. 229—242
Caesii Bassi fragmentum de metris [Atilii Fortunatiani ars] . p. 245—272
Excerpta grammatica. Donatiani fragmentum . . . . p. 273—277
Atilii Fortunatiani ars . . . . p. 278—304
[Caesii Bassi] de metris Horatii. Breviato pedum. De compositionibus . . . . p. 305—312
Terentiani Mauri de litteris de syllabis de metris libri tres . p. 313—413
Marii Plotii Sacerdotis artium grammaticarum libri tres [M. Claudii Sacerdotis artium grammaticarum libri duo. Marii Plotii de metris liber] . . . . p. 415—546
Rufini commentarii de metris comicorum et de numeris oratorum p. 547—578
Malli Theodori liber de metris . . . . p. 579—601
Fragmenta et excerpta metrica
1. [Censorini] fragmenta de musica et de metris . . . p. 605—617
2. Fragmenta Bobiensia de versibus de finalibus syllabis de structuris de metris . . . . p. 617—629
3. Fragmenta Parisina de iambico metro et de rhythmo . p. 629—632
4. Fragmenta Berolinensia et Sangallensia de hexametro et trimetro de speciebus hexametri de scansione heroici versus de iambico trimetro de pentametro de epodo octosyllabo p. 632—641
5. Iulii Severi de pedibus expositio. De caesuris . . . p. 641—645
6. De pedibus . . . . p. 646

TERENTIANI MAVRI

DE LITTERIS DE SYLLABIS DE METRIS

LIBRI TRES

Terentiani libros a. 1493 Bobii inventos et quattuor annis post Mediolani a Georgio Galbiato editos esse supra p. 245 dictum est. eius editionis titulus hic est, TERENTIANVS DE LITTERIS SYLLABIS ET METRIS HORATII. sequuntur duae epistulae, altera publica Ludovici Mariae Sfortiae ducis Mediolanensis, altera editoris ad Iacobum Andream Ferrariensem data, quas propter memoriam codicum Bobiensium hic repetendas curavimus.

Ludovicus Maria Sfortia Anglus, dux Mediolani etc., Papiae Angleriaeque comes, ac Ianuae et Cremonae dominus. In omni genere negotiorum eo magis ingenia acui et operi homines alacrius incumbere certum est quo fructuosiorem suam sibi quisque operam et industriam sentit. haec causa nos mouet ut cum superiori anno, auctore doctissimo quondam uiro, domino Georgio Merula Alexandrino, Georgius Galbiatus eius amanuensis inuenerit atque ex squalore et situ eruerit sex annotatos infra grammaticos, atque eos in presenti in communem studiosorum utilitatem tradere impressurae statuerit ex litteris Longobardis in usitatos caracteres sua manu et uigiliis transcriptos, ad officium nostrum pertinere censuimus cauere ne noua alterius impressura et emulatione meritissimo lucello fraudetur. itaque per has nostras publicas litteras decernimus declaramus statuimus et edicimus ne quis in dominio nostro eiusmodi uolumina separata aut cum aliis operibus commista imprimat uel alibi impressa in dominio nostro uendat aut uenales inducat aut sub quocunque alio titulo importet, sub pena uiginti quinque aureorum camerae nostrae applicandorum pro singulis uoluminibus quae sic contra hanc nostram declarationem impressa importataue inuenientur, |praesentibus annos quinque proxime futuros ualituris. Datae Vigleuani sub fide sigilli nostri, die quinto septembris, anno M.CCC. lxxxx.sexto.

Terentianum de metris et syllabis Horatii
Fortunatianum de carminibus Horatii
Velium Longum de orthographia
Adamantium de orthographia.
Catholica Probi
Cornelii Frontonis elegantias.

B. CALCHVS.

Georgivs galbiatvs pontremvlensis iacobo andreae ferrariensi s. d.

Cvm Bobii in coenobio diui Columbani, iussu eruditissimi Merulae, chronica et Caesarum diplomata euoluerem, ut uberiorem gentis Vicecomitum historiam conscriberet, multa nobilium scriptorum uolumina (reliquiae erant Longobardorum) ex carcere perpetuo et tenebris in lucem eduxi et ad uitam reuocaui atque ex contemptu et fastidio in dignitatem et expectatam cognitionem non sine difficili labore restitui. sed dum mecum miseram horum calamitatem conspicis, et multorum auctorum perniciosam cladem defles, et subinde subdubitas ne iterum hi libri emoriantur, qui aliquando intermortui fuere, Terentianum ex omni numero emittere impressionique tradere constitui. excultum sane opus. miraberis statim in praefatione ingenium doctrinam et facilitatem in carmine. de litteris, syllabis, genere metrorum et permutatione, non prosa oratione, sed numeris tantum, praecepta tradit et exempla. huius Terentiani uersiculum Augustinus in ciuitate dei in laudem Varronis profert, quem eruditum appellat. nihil in hoc genere aut eruditius aut exquisitius Latinis litteris proditum. pereleganter quidem et non illepide docet quemadmodum Catullus in senariolo syllabas permutauerit; quamvis alii aliter interpretati sint. Caeterum ne studiosi lectores in hoc uario carmine ambigui reddantur, longis litteris ea insignire curaui quae hic auctor fulgidula milto notauit: et paucula quedam, quasi rerum indices, ex libro apposui, culpam uero errorum, si qui erunt, non mihi, non denique impressoribus, sed ipsis Longobardis omnem ascribes: hi nanque peruerse litteras et dictiones collocabant, et quod aegrius erat, uerba aliquando intercipiebant. ita cum ex charactere Longobardo in nostrum hos libros traducerem, saepius diuinare oportuit. nunquam tamen ausus sum litteram immutare aut dictionem ex ingenio supponere. malui potius cum Longobardo codice errare quam temerarii nomen subire. Doleo tamen, quanquam adhuc in nostra lingua multa desideramus, siue negligentia et inscitia hominum siue inuidia temporis hoc effecerit, particulam nobis in fine operis ereptam. ita imperfectum et mancum opus consumatissimi undecunque Terentiani habuimus. quod uero nobis superfuit, diligentia et acri iudicio Merulae et nunc nuper Ioannis Placentini peremendatum accipies. uale.

In fine libri subiecta sunt haec, 'Impressum mediolani per magistrum Vldericum scinzenzeler Anno a partu Virginis salutifero .M.CCCC.XCVII. pridie Nonis Frebuarii'. sed in hac editione ea quae nos in tres libros distributa exhibuimus uno opere comprehensa erant titulis quibusdam interpositis vel spatiis singulorum versuum, quibus partes operis distinguerentur, relictis, quae nos, ne quid de fide antiquae distinctionis desideraretur, suis locis in adnotatione subiecta indicavimus. praeterea breves indices earum rerum de quibus agitur in marginibus additi sunt.

Ex hoc igitur exemplari, postquam et Bobiensis codex et apographum a Galbiato factum periit, reliqua omnia, quae postea edita sunt, originem duxerunt. primum autem princeps editio repetita est Venetiis a. 1503, deinde Mediolani a. 1504 una cum aliis grammaticis a Iano Parrhasio editis, de qua editione dictum est gramm. lat. v. IV p. IX. nam Parrhasius quoque praeter pauca, quae in prima parte emendavit, accurate principem editionem repetivit. huius editio mox expressa est in editione Parisina a. 1510. antea tamen Aldus Pius Manutius in grammaticis institutionibus a. 1507 primum editis multos Terentiani versus a se emendatos dederat, de quo instituto in fine operis p. 398 ed. Ven. a. 1575 haec scribit, *Sed iam receptui canamus. Si prius illud monuerimus, multa in his lucubrationibus nostris, quae in Terentiano, et aliis quibusdam adeo mendosa erant, ut uix corrigi posse uiderentur, nos non sine summa difficultate emendasse.* deinde duae secutae sunt editiones, in quibus et Aldi coniecturae receptae et plura, quam olim factum erat, coniecturis editorum mutata sunt, altera Brissaei cum eiusdem commentario edita Parisiis a. 1531, altera Iacobi Micylli Francofurti a. 1532. e quibus Brissaeus multa quidem veterum exemplarium vitia primus correxit, sed idem neque sermonem Terentiani neque rationem metrorum, quibus usus est, intellexit eaque licentia et pravo emendandi studio fuit, ut interpolatum potius quam emendatum scriptorem exhiberet. Micyllus autem, qui illius editionem non noverat, multo prudentius rem gessit. nam non solum aperta vitia scripturae saepe eodem modo atque Brissaeus emendavit, sed etiam occultiora quaedam partim in ipsis versibus partim coniecturis in marginibus additis correxit. praeterea tres libros, qui antea uno opere coniuncti ferebantur, recte distinxit. qua de re in praefatione haec scribit, *At praecipue quidem in partitione operis, aliud quam superiores secuti sumus. Cum enim illi totum opus unum esse, atque cohaerere uoluissent, nos eam partem, in qua de syllabarum ratione agitur, seorsim ab aliis iungendam putauimus, Non quia non idem autoris consilium, aut eadem dictionis qualitas, quae in aliis, hic quoque appareret, sed quod uidebam, non modo huic parti et Prohoemium et Epilogum, secus quam caeteris, autorem addidisse, uerum etiam pleraque illa, quae de literis in prima parte tractata erant, in hac denuo repetita esse. Vt neque cum hac, quia certo ac suo Epilogo clausa erat, sequens coniungi, neque haec cum praecedenti, quoniam tam longa atque noua praefatione ordiretur, apte cohaerere posset.* Micylli editionem uno anno post addito commentario, sed omissis inscriptionibus librorum, quas ille addiderat, repetivit Iacobus Petrecinus Venetiis a. 1533: nam plurima, quae postea Petrecino tributa sunt, non ipse invenerat, sed a Micyllo receperat. similiter Brissaei exemplum descriptum est in editione Sanctandreana una cum Marii Victorini libris et paucis editoris adnotationibus vel aliorum exemplarium lectionibus in fine adiectis edita a. 1584. hanc et Putschius

secutus est et reliqui fere omnes, qui huic scriptori operam dederunt, solam vulgo usurpaverunt. quo factum est ut neglectis prioribus exemplaribus Terentianus Brissaei interpolationibus depravatus diu legeretur. neque Santenius, cuius editio aliquot annis post mortem eius a Lennepio edita est a. 1826, satis paratus ad rem accesserat. nam neque quam fidem exempla olim impressa haberent vel unde incorruptae scripturae memoria petenda esset intellexerat, neque omnino operi satis difficili par erat. plurima autem, quae in amplissimis commentariis de metrica arte disputavit, a re prorsus aliena sunt. quamquam omittendum non est multas Brissaei interpolationes a Santenio remotas et quaedam recte emendata esse. unus Lachmannus, cuius editio prodiit Berolini a. 1836, quid res postularet perspexit. nam cum solam principem editionem, cuius exemplum ex bibliotheca gymnasii Ioachimici Berolinensis acceperat, fontem genuinae lectionis esse vidisset, ad huius fidem textum recensuit, ea quae in vetere exemplari corrupta esse deprehendit emendavit, denique principis editionis scripturam ita repraesentavit, ut, ubicumque vel sua vel aliorum coniectura ab illa recederet, eius discrepantiam in margine accurate indicaret. eodem fere tempore novam editionem paraverat Ahlwardtus, cuius epistula de ea re post mortem eius edita est in Seebodii bibliotheca critica a. 1830 p. 319. schedas autem ab eo relictas acceperat Lindemannus, qui ipse quoque in corpore grammaticorum latinorum Terentianum edere volebat multaque huic operi paraverat, quae cum reliquis Lindemanni schedis ad me delata sunt. sed in his omnibus pauca quae aliquam utilitatem praeberent inveni. postremo Terentianus una cum Hephaestione in altera editione Gaisfordii Oxonii a. 1855 editus est. Gaisfordius autem ipse nihil novi ad emendationem vel interpretationem attulit, sed in priore volumine exemplum Lachmanni paucis locis, in quibus scripturam principis editionis restituit, exceptis descripsit et adnotatione subiecta omnem priorum exemplarium discrepantiam diligenter a se collatam et coniecturas doctorum virorum de singulis versibus prolatas indicavit; in altero volumine integros Brissaei et Petrecini commentarios repetivit.

Ex iis qui praeter editores in emendandis Terentiani versibus operam collocaverunt maxime memorabilis est Ricardus Dawesius, qui in miscellaneis a Burgessio editis de multis locis accurate disputavit et quaedam recte emendavit. sed cum Sanctandreano exemplo interpolationibus Brissaei corrupto uteretur, fieri non potuit quin saepe frustra in emendandis scripturae vitiis laboraret vel a vero aberraret. inutiles plerumque fuerunt coniecturae Hotchkisii, quarum magnum numerum Gaisfordius adscripsit. nam ut huic tribuerem quae ab illo in adnotatione addita H littera posita sunt persuasit coniectura ad v. 1893 prolata *bina tuens* pro *Iane tuens*, quam coniecturam idem Gaisfordius in priore editione Hephaestionis p. 297 (nam in posteriore editione haec omissa sunt) adscripto Hotchkisii nomine exhibuit. pauca emendavit Reinertus in duabus com-

mentationibus de Mauro Terentiano Lemgoviae a. 1797 et de vita Terentiani ib. a. 1808 editis, ex quibus quaedam excerpsit Lindemannus. eidem debeo notitiam paucarum coniecturarum, quas Reizius margini editionis Sanctandreanae adscripserat. nimium Santenius tribuit quibusdam coniecturis Patricii, quas Laguna cum non nullis suis coniecturis ad eum miserat, propterea quod in his veteris codicis a Patricio adhibiti mentionem factam invenerat. neque enim dubitari potest quin ea omnia partim illius coniectura inventa, partim ex antiquis editionibus petita sint.

In nova editione ut pauca emendanda relinquerentur praeclaris Lachmanni studiis effectum est. neque ego denuo edendi Terentiani consilium cepissem, nisi inter reliquos artis metricae scriptores hunc aegre desiderari vidissem. itaque Lachmanni editionem ita secutus sum, ut exceptis non nullis versibus, in quibus ab eius scriptura recedendum esse videbatur, verba sic ut ab illo edita erant repeterem iisque discrepantiam principis editionis a Lachmanno adnotatam adponerem. orthographiam tamen vocabulorum, in quo genere Lachmannus principis editionis scripturam vel in ipsis versibus expresserat vel in adnotatione indicaverat, saepius mutavi neque veteris exemplaris rationem, praesertim cum illa non e codice propagata, sed editoris consilio inita esset, ubique memoriae prodendam esse existimavi. denique ut constaret, a quo quidque emendatum esset, nomina eorum quibus emendata scriptura debetur adscripsi. in quo non nulla, quae in antiquis exemplaribus correcta inveni neque a quo primum ita scripta essent constabat, communi signo ς significavi. ex reliquis editorum vel doctorum virorum coniecturis, quae in textum receptae non sunt, eas quae propter aliquam causam memorabiles esse videbantur commemoravi. nam omnia quae olim sine consilio et ratione in hoc scriptore temptata sunt indicare et operosum et inutile erat. et ex his ipsis quae commemoravi multa omitti poterant, nisi vulgatam olim et multis probatam scripturam novisse saepe utile esset.

De ipsis Terentiani libris pauca dicam. tres igitur libros post Micyllum, cuius verba supra posui, distinxit Lachmannus eosque neque in unius operis continuitatem apte coniunctos neque omni ex parte integros vel ab ipso auctore absolutos esse docuit in praefatione p. VIII sqq. uberius de iisdem disputavit Westphalius in libro de arte metrica v. I p. 139 sqq. horum rationes secutus suum cuique libro vel carmini titulum praescripsi, quamquam titulorum quidem memoriam incertam esse scio.*)

---

*) In principe editione inscriptio universi operis posita est bis, in prima pagina, sicut supra indicavi, *Terentianus de litteris syllabis et metris Horatii*, et post praefationem ante v. 85, *Terentiani Mauri de litteris syllabis et metris ad filium et generum liber*. deinde ante v. 1580 inscriptione *de metris* reliqua pars libri videtur significata esse. nam in prioribus partibus quae praescripta sunt, ad materiem singulis locis tractatam pertinent. sed ex his omnibus quid e codice receptum, quid ab editore additum sit non constat. ipse Terentianus autem de secundo libro haec scribit v. 279,

in primo autem libro, qui sotadeis versibus scriptus est de litteris v. 85—278, unus versus excidit post v. 264, et fortasse Marius Victorinus, qui praescripto titulo de enuntiatione litterarum p. 32, 17 plurima ex hoc libro recepit, de quibusdam litteris, de q v. 206, de m v. 235, de z v. 247, paulo plura quam nunc habemus legit. ceterum omnia et inter se apte cohaerent et addita conclusione v. 274—278 ita absoluta sunt, ut nihil deesse appareat. secundum librum de syllabis partim trochaicis tetrametris partim heroicis versibus scriptum v. 279—1299 a superiore certis indiciis auctor separavit. nam et prologum praeposuit v. 279—341 et epilogum subiecit v. 1283—1299, quibus Bassino filio et Novato genero operam suam commendaret. deinde ipse hanc partem librum dixit v. 1282 et post priorem commentarium de litteris hunc alterum de syllabis se scripsisse significare videtur v. 348. denique quaedam, quae in illo breviter de natura litterarum disputaverat, uberius exposita et partim iisdem verbis repetita tractavit in hoc. iam vero praefatio glyconeis versibus scripta v. 1—84 neque ad tres libros neque ad primum, sed ad solum secundum pertinet. nam huius argumentum indicatur v. 59 sq., *Quid sit littera, quid duae, Iunctae quid sibi syllabae,* et de ratione operis suscepti similiter in hac parte atque in iis quae commentario de syllabis praescripta sunt disseritur. quare Terentianus quidem eam praefationem libro de syllabis destinaverat; sed postquam vel hic cum priore de litteris vel cum utroque tertius propter similitudinem argumenti coniunctus est, illa in initio operis locum obtinuit.

Sequitur tertius liber de metris vario versuum genere scriptus inde a v. 1300, in quo tres versus 1329, 1411, 2393 contra legem trochaici tetrametri in secundo libro v. 308—310 scriptam et diligenter in eodem

---

Syllabas, quae rite metro congruunt heroico, Captus ut meus ferebat, disputatas attuli, et v. 997, *Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quae versibus Scrupulum solent movere, ratio si non cernitur.* et verum est non omnem de syllabis doctrinam consueto grammaticorum more hoc libro tractatam esse, sed natura litterarum et syllabarum exposita accuratius de syllabis heroici versus disputatur. generaliter tamen argumentum libri descriptum est v. 348, *hoc opus de syllabis quod recepi nunc loquendum,* et v. 59, *Quid sit littera, quid duae, Iunctae quid sibi syllabae.* in tertio libro exposita pedum regula de metris se dicturum esse auctor promittit v. 1579; sed eorum metrorum, quibus Horatius usus esset, se in primis rationem habuisse, sicut mos fuit grammaticorum, significat v. 2914 sqq. ex quo loco inscriptio principis editionis peti potuit. e grammaticis, qui postea Terentiani libris usi sunt, Priscianus versibus quibusdam ex tribus libris adlatis hos posuit titulos, l. XIII. p. 10, 25 et 27 *de litteris* v. 183 et 234, l. VII p. 305, 14 *de syllabis* v. 283, de metris Terent. p. 419, 17 *de iambico metro* v. 2228 sqq. praeterea in scholiis ad Stat. Theb. III 479 versus 1886 sqq. citati sunt ita, *Terentianus de metris.* eodem modo adposito versu 85 universum opus indicatum est Serg. explan. in Donat. p. 487, 11 *ut Terentianus metra docens ait.* nam reliqui aut simpliciter nomen grammatici posuerunt aut hoc quoque omisso verba eius expresserunt.

custoditam sine caesura factos esse adnotavit Lachmannus. septem autem versus 1306—1312 e libro de syllabis v. 358 sqq. omisso uno versu 359 repetiti sunt. sed eius libri partem extremam, quae est de metris Horatii in superiore parte libri nondum tractatis, non superesse integram certissime apparet ex his quae illi parti praemissa sunt v. 2913—2919, *Hinc iam cetera metra persequemur, Quae Flaccus varie suis epodis, Nunc unum recinens dato priori, Nunc binos geminis, tribus vel unum, Aut binos varie dedit sonantes, Vt sit tertius atque quartus impar.* nam ex quattuor metrorum generibus, quae his versibus indicata sunt, in iis quae sequuntur unum, quod primo loco positum erat, tractatum est, et ex hoc ipso genere carmen primi libri octavum, de quo Terentianus se tractaturum esse promiserat v. 2535 sqq., omissum est. ex reliquis tribus generibus sapphicum metrum significatum est v. 2917 *tribus vel unum,* alcaicum v. 2918 et 2919 *aut binos varie dedit sonantes, Vt sit tertius atque quartus impar:* nam de his quoque duobus metris antea dictum non est. tertium autem genus his verbis significatum, *nunc binos geminis,* de illo metro intellegendum est, quod ex duobus asclepiadeis versibus, tertio pherecrateo, quarto glyconeo componitur, quale in libri primi carmine quinto invenitur, quamquam de hoc iam dictum est supra v. 2793 sqq. gemini autem versus dicuntur pherecrateus et glyconeus, qui v. 2807 dicti erant commata versus priapei. iam quattuor metra quae dixi, quae sunt in carminibus Horatii I 2, 5, 8, 9, et praeter haec quintum, quod in uno carmine secundi libri duodevicesimo reperitur, ad primum genus Terentiani pertinens, de quo ille dixit v. 2465 sqq., in fragmento Caesii Bassi p. 266 sqq. separatim tractata sunt. Caesii autem exemplum imitatus est Terentianus, cum Horatiana metra anea nondum tractata in fine operis componeret. itaque de duobus quidem metris carminum I 5 et II 18 antea iam a Terentiano, sed aliter atque a Caesio Basso, tractatis num denuo hoc loco dictum fuerit, non plane constat; reliqua tria, choriambicum metrum carminis I 8, sapphicum, alcaicum, quae sola de Horatianis metris restabant, de quibus nihil adhuc dictum erat, haud dubie in fine libri exposita erant. quin etiam Marius Victorinus hanc partem legisse videtur. is enim cum de metris Horatianis p. 160 sqq. Terentianum auctorem secutus sit, videndum est an ea quoque, quae de tribus metris quae dixi habet cum Caesii Bassi praeceptis consentientia, ab illo receperit.

In ipso libro quamquam non nulli versus exciderunt v. 597, 1335, 1837 et fortasse etiam v. 1784 et 2470, tamen eorum locorum nullus est, quem maiore lacuna adfectum esse probabile sit. neque lacunae indicium inesse puto in his quae Servius ad Verg. Aen. VI 792 adscripsit, *c littera pro duplici non nisi in monosyllabis habetur, ut 'hoc erat alma parens', per eorum scilicet privilegium. unde falsum est quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. nam si*

hoc esset, etiam in disyllabis pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. litterae enim naturam servari et in polysyllabis convenit. quae quoniam in iis quae de *hic* pronomine scripta sunt v. 1655 sqq. non extarent, Lachmannus praef. p. IX ex versibus post v. 1335 omissis petita esse coniecit. verum tamen et exemplo a Servio posito usus est Terentianus v. 1667 et de natura c litterae illo loco ea praecepit, quae ille non prorsus accurate locutus ei tribuit. restant duo loci quorum memoria in iis quae nunc legimus non superest, Mar. Victor. p. 83, 27 *quamquam Terentianus, non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, sedulo refragetur: nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimum iambo adsignat* sqq. et Serv. in Verg. Aen. VIII 96 *ostendit adeo perspicuam fuisse naturam fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Troianae naves secabant. Terentianus 'Natura sic est fluminis, Vt obvias imagines Receptet in lucem suam'.* sed ex his illud quod Marius Victorinus dicit, Terentianum in trochaico trimetro acatalecto secundam sedem iambo adsignasse, quo pertineat omnino non intellegitur neque accurate a grammatico videtur relatum esse. nam catalecticum, non acatalectum trimetrum trochaicum e iambico trimetro ductum posuit v. 2419 sqq. neque usquam iambum pro trochaeo positum esse dixit. poterat autem eius opinionis mentionem facere in metro Horatii carminis I 8, ita ut alterum eius metri colon, quod ex tribus choriambis et antibacchio compositum esse voluerunt metrici, e trochaico trimetro derivaret. tres versus a Servio citatos post v. 2451 pro exemplo dimetri iambici positos fuisse coniecit Westphalius l. c. p. 149. quamquam num illi versus ex hoc libro petiti sint et num recte Terentiano tribuantur prorsus incertum est.

Ex duobus Terentiani libris, primo et tertio, Marius Victorinus vel potius Aphthonius, quem ille secutus est, plurima descripsit, quae, sicut reliquorum grammaticorum loci, in margine editionis indicata sunt. secundum autem librum de syllabis a Victorino usurpatum non esse animadvertit Lachmannus. unde conicere possumus eum Terentiani libros nondum eo ordine quo nunc sunt dispositos habuisse. Augustinus quoque, qui semel primo libro, saepius tertio usus est, ex secundo nihil protulit. ex tertio libro petita sunt quae pluribus locis apud Diomedem leguntur. et hi quidem antiquissimi auctores sunt, qui Terentiani mentionem fecerunt. deinde Servius, Cledonius, Consentius, Pompeius, Mallius Theodorus, Rufinus et post hos alii inferioris etiam aetatis grammatici vel ex tribus libris vel ex singulis versus quosdam adscripserunt. Sidonius Apollinaris carm. 9, 261 varietatem metrorum significans de ipso poeta dixit *sed nec centimeter Terentianus.* Priscianus autem tres libros titulis, quos supra p. 320 posui, distinctos legit. postremo is qui explanationes in Donatum in quarto volumine grammaticorum editas scripsit unum Terentiani opus habuit, cum primi libri versum 85 citaret p. 487, 11,

ut Terentianus metra docens ait Elementa, rudes quae pueros docent magistri, et deinde tertii libri versus 1300 sq. et 1580 sq. solo scriptoris nomine adposito p. 520, 5 et p. 523, 33.

De aetate Terentiani cum olim diversissimae sententiae prolatae et inanibus argumentis commendatae essent, quas Santenius in praefatione p. III sqq. collegit, certiora primus Lachmannus praef. p. XI sqq. docuit. nam ante scriptores saeculi quarti, Diomedem, Marium Victorinum, Augustinum, apud nullum, de cuius quidem tempore constat, eius memoria invenitur. inter poetas autem, quorum versus ipse pro exemplis posuit, Annianus fuit aequalis Gellii, qui eum in agro Falisco fundum possedisse scribit l. XX 8. hunc enim quamvis nominatim non appellaverit, tamen certo significavit v. 1816 *atque ille poeta Faliscus.* deinde similes illi et argumento carminum et varietate metrorum poetas, Alfium Avitum v. 2448 et Septimium Serenum v. 2891 et 1973, sua aetate scripsisse indicat eiusdemque generis poetam, sive is Serenus sive Avitus sive alius fuit, novellum dicit v. 2528. praeter quos locos Sereni versus posuit v. 1464 et 2627 et *docta Falisca* eidem Sereno ab aliis grammaticis tributa v. 1998, quae Anniano vindicare studuit L. Muellerus Annian. fragm. post Rutil. Namat. p. 35. similis autem poetae, sed ab illo diversi, versus adscripsit v. 2632. de horum igitur poetarum aetate quamvis nihil memoriae proditum sit, tamen aliquot annis post Annianum, quem imitati esse videntur, eos fuisse probabile est. nullam autem vim in hac quaestione habent versus Petronii Arbitri v. 2489 sqq. positi, quibus commotus Lachmannus, cum Niebuhrii rationes secutus Petronium medio saeculo tertio vixisse poneret, et Terentianum et aequales illi poetas circa finem eiusdem saeculi fuisse pronuntiavit. sed tametsi Petronii quidem aetatem ab his temporibus longe remotam esse satis exploratum est, non minus certum esse puto Terentianum saeculo tertio non fuisse superiorem. nam ut novelli poetae, quorum saepius mentionem fecit, ad hoc tempus iure referuntur, ita neque genus dicendi quo ipse usus est antiquiorem aetatem admittit, et varietas metrorum quae adhibuit tum maxime probata fuit. Maurum se fuisse origine Terentianus profitetur v. 1971, *Maurus item quantos potui cognoscere Graios*, eandemque appellationem in nomine eius posuit Augustinus de utilitate credendi c. 17, *nulla imbutus poetica disciplina Terentianum Maurum sine magistro attingere non auderes: Asper, Cornutus, Donatus et alii innumerabiles requiruntur, ut quivis poeta possit intellegi.*

Ex quibus fontibus praecepta Terentiani ducta sint, hoc loco non quaeram. nam plurima eum Caesio Basso debere demonstravit Lachmannus. quae cur ex eo libro, cuius fragmentum olim Atilii Fortunatiani nomine inscriptum superest, petita esse credam, dixi supra p. 250. exempla autem recentium poetarum se ipsum adposuisse dicit 1973, *Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella: Nam et melius nostri servarunt*

metra minores. neque est cur non reliqua quoque, quae veteris scriptoris praeceptis addita sunt, vel omnia vel plurima ipsi Terentiano potius tribuamus, quam ab alio auctore petita esse credamus. Iubae libros, quibus plurimi qui post illum latine de metrica arte scripserunt usi sunt, eum adhibuisse nullo exemplo probari posse video neque eos tum, cum Terentianus scriberet, editos fuisse puto. apparet autem haec omnia, quae dixi, ad metricam doctrinam in tertio libro expositam pertinere. ea enim quae de litteris et de syllabis in primo et secundo libro praecepta sunt unde petita sint non constat.

TERENTIANI MAVRI PRAEFATIO

p. 2383 P.

Audivi veterem virum
vulgo dicere fabulam
quendam, qui ter Olympia
vicisset Iove praeside,
postquam accedere lividum
virtuti senium videt,
dum victor cluet omnium,
maturasse resolvere
legem pulveris et cibi.
sed ne corpoream repens
labem arcesseret otium,
tale exercitii genus
commentum sibi dixerat,
quod solus gereret domi.
nervis mollibus invicem
iunctis in teretem struem,
ceu Parthus solet aut Scythes
arcus cornibus extimis
levem nectere lineam,
tales assidue ligat,
dum sit funiculi modus,
aptus qui puteo foret.
haustos hinc igitur cados
imis ab tenebris aquae
tam filo tenui trahens,
quod stringi nequeat vola,
nisus undique corporis

M editio princeps Mediolanensis a. 1497

ς veteres editiones post principem factae, e quibus editiones Brissaei a. 1531, Micylli a. 1532, Petrecini a. 1533 plerumque adscriptis nominibus indicatae sunt

TERENTIANI MAVRI PRAEFATIO *M* 6 uirtuti *Parrhasius et Barthius adv. 15, 2* uirtutis *M* 11 accerseret *M* 13 commentus *Parrhasius* 20 tales *Lachmannus* talem *M* talemque *Micyllus* 21 funiculi is modus *Laguna* 25 tam filo *Parrhasius* tantillo *M* 27 nissus *M constanter*

p. 2384 P.

summos in digitos agit;
angustoque tenaculo
donec lubrica sarcina
tanti per spatium cavi
in lucem superam exeat,
alterna vice pollicum
certat vincere ponderis
in praeceps facilem fugam.
nil magnum gerere hunc putes,
et tantum in digitis opus;
cunctis visceribus tamen
occultus trepidat labor,
totum cernere nec palam,
quo totum geritur queas.
caecis flatibus intimi
tenduntur laterum sinus,
et poples tremit et genu,
nec plantae stabiles manent,
nil immune relinquitur,
et parva est via viribus:
mos certaminis et modus,
sudor dum solitus cadat
nulla mole palaestrica.
   Sic nostrum senium quoque,
quia iam dicere grandia
maturum ingenium negat,
nec spirant animas fibrae,
angustam studii viam
et callem tenuem terit,
tantum ne male desidi
suescant ora silentio.
quid sit littera, quid duae,
iunctae quid sibi syllabae,
dumos inter et aspera
scruposis sequimur vadis.
fronte exile negotium
et dignum pueris putes;
adgressis labor arduus
nec tractabile pondus est.
at mens tenditur acrius,

---

31 tanti per *Parrhasius* tantisper *M* 40 motum cernere *Laguna* 41 quod totum *Lachmannus* 43 tunduntur *Hotchkisius* 49 cadit *Brissaeus* 60 iunctae quae sibi syllaba *Laguna*

ne contenta sit obviis,
rimantemve recondita
subtiles fugiant notae,
neu discretio falsa sit
rerum tam gracili modo.
instat callida cautio,
ne sermo ambiguum sonet,
ne priscum nimis aut leve,
vocum ne series hiet,
neu compago fragosa sit,
vel sit quod male luceat;
dum certo gradimur pede,
ipsi ne trepident pedes.
par examinis aestus est,
ceu sublimia disseras:
par est iudicii mora:
pompae gloria vilis est.

80 ne trepident *Lachmannus* neu trepident *M*

DE LITTERIS

p. 2385. 86 P. Elementa, rudes quae pueros docent magistri,
vocalia quaedam memorant, consona quaedam;
haec reddere vocem quoniam valent seorsa,
nullumque sine illis potis est coire verbum:
at consona quae sunt, nisi vocalibus aptes,
pars dimidium vocis opus proferet ex se,
pars muta soni comprimet ora molientum.
illis sonus obscurior impeditiorque
utcumque tamen promitur ore semicluso,
vocalibus atque est minor auctiorque mutis:
his caeca soni vis penitus subest latetque,
ut non labiis hiscere, non sonare lingua,
ullumve meatum queat explicare nisus,
vocalia rictum nisi iuncta disserarint.
res cum tenuis, difficile est probare verbis:
exempla solent sensibus admovere lucem.
B cum volo vel C tibi vel dicere D G,
E, quae sonitum commodat hisce, si negetur,
et labra prementur simul et revincta lingua:
haec vim tacitam sponte sua nimisque mutam
coniuncta potentem sonitus facit latentis,
geminumque refert auribus ex utraque sensum,
si proprietas tradita, si regula nota est.
  Nunc singula quam possideant in ore sedem,
ictusque suos concipiant et unde rumpant,
ut quivero, versu blaterabo sotadeo.
A prima locum littera sic ab ore sumit:
immunia rictu patulo tenere labra

85—145 *Mar. Victor. 32, 18—33, 13* *Serg. explan. in Don. 487, 11* ut Terentianus metra docens ait, Elementa *sqq.* 89—93 *Augustin. de mus. II 21*

---

85 TERENTIANI MAVRI DE LITTERIS SYLLABIS ET METRIS AD FILIVM ET GENERVM LIBER *M* TERENTIANI MAVRI DE LITTERIS CARMEN SOTADAEUM *Micyllus* 107 si— si] sic—sic *coniecit Santenius*

p. 2386 P.

linguamque necesse est ita pendulam reduci,
ut nisus in illam valeat subire vocis
nec partibus ullis aliquos ferire dentes.
E quae sequitur vocula dissona est priori,
quia deprimit altum modico tenore rictum,
et lingua remotos premit hinc et hinc molares.
I porrigit ictum genuinos prope ad ipsos
minimumque renidet supero tenus labello.
O Graiugenum longior altera est figura,
alter sonus est et nota temporum minori,
compendia nostri meliora crediderunt,
vocalibus ut non nisi quinque fungeremur;
productio longis daret ut tempora bina,
correptio plus tempore non valeret uno.
hinc ἦτα minus scribimus, hinc et ω supremum;
una quoniam fas habitum est notare forma,
pro temporibus quae geminum ministret usum.
igitur sonitum reddere cum voles minori,
retrorsus adactam modice teneto linguam,
rictu neque magno sat erit patere labra.
at longior alto tragicum sub oris antro
molita rotundis acuit sonum labellis.
Y quam memorant, vocibus avia est latinis:
vocalibus autem quoniam iugata graecis
in nostra etiam verba dabat frequenter usum,
subiecimus illam, cui nomen U dederunt,
vocale sonantes sibi quae iugaret omnes
et sola sonum redderet ex sua figura;
quam scribere Graius, nisi iungat ου, nequibit.
hanc edere vocem quotiens paramus ore,
nitamur ut U dicere, sic citetur ortus:
productius autem coeuntibus labellis
natura soni pressior altius meabit.
  Hanc et modo quam diximus I simul iugatas
verum est spatium sumere vimque consonantum,
ut quaeque tamen constiterit loco priore.

116—134 *Pompei. 102, 2—18* 135—140 *v. 369—372* 146—181 *v. 520—664 Mar. Victor. 35, 22—36, 6*

---

122 temporum minori *Micyllus* temporum minor *M. an* temporis minoris? 128 fas habitum *Lachmannus* sat habitum *M.* satis habitum *coniecit Santenius* 139 uocale *Micyllus* Vocalem *M* 141 iungat ου *Micyllus* iungat Y *M*: *cf. Mar. Victor. p 33, 13* 148 constiterit *Micyllus* constiterint *M*: *cf. v. 521. 546.*

p. 2387 P.

nec tunc modo cum iungimus hoc valebit ipsas,
sed siqua erit his altera vocalis adhaerens,
vis haec manet illis, quasi cum simul iugantur.
nam si iuga quis nominet, I consona fiet,
U qualis erat permanet in loco sequenti:
et cum iaculum aut dico iecur Iovem iuvencum,
nil ordo secundis tribuit, prior iuvatur.
versa vice si sit prior U, sequatur illa,
cum dico vide, contulit I sonum priori,
ast ipsa manet tempore quo sonabat ante.
vocalibus hoc et reliquis praedita servat,
ut vade veni, vota refer, teneto vultum:
crevisse sonum perspicis et coisse crassum.
unde Aeoliis littera fingitur digammos,
quae de numero sit magis una consonantum,
vocalis in istum mage quam versa sit usum.
sed ut, altera quo differat altera sciamus,
I cum medio nomine sic erit locata,
vocalis ut illam ex latere utroque coartet,
Baiana velut, peior, item Troia vel huius,
ipsa, ut docui, consona fiet a sequenti,
et si brevis est quae posita est loco priore,
longam faciet non minus hanc consona sola,
ceu longa fit olim, quotiens duae sequuntur.
aut si nimium est hoc dare, vocalis ut una
fiat similis tempore consonis duabus,
atque I geminum scribere nos iubent magistri,
I consona fiet simul et sequens priorem,
et quae prior est auxilio posterioris.
hoc U, simili si fuerit loco, nequibit:
cum dico lavor, dico nives pluvia novales,
sola consonans ipsa fit, ut prius notasti:
perstat brevitas, quae fuit ante collocatis.
  Iam cetera non ordine quo solent loquemur,
verum ut cuique est proximitas vocis sonore,

182—248 *Mar. Victor. 33, 14—34, 22* 183 *Prisc. l. XIII p. 10, 25* Terentianus de litteris Verum *sqq.*

---

151 uis haec ς uis hac *M* 152 quis ς qui *M* 159 praedita *Brissaeus* praelata *M* 162 Aeoliis ς aeolis *M* 165 altera quo differat altera *Laguna* altera quo referat alteram *M.* referat *pro* differat *dictum defendit Santenius v. 2117, ubi* sed refert illo *est in M. cf. v. 520* quo differant 167 ex latere *Lachmannus* latere ex *M* 177 et quae prior est *Santenius* Et cum prior est *M* et cui prior est *Lachmannus* quae tum prior est *Micyllus* 179 pluuia *Brissaeus* pluVIam *M* 183 vocis sonore *Marius Victorinus p. 33, 14* loci sonine *M* locis oriri *codices Prisciani l. XIII p. 10, 26*

p. 2387. 88 P.

ne dicta prius me subigat referre rursum
vicinia vocum modico dirempta puncto.
B littera vel P quasi syllabae videntur
iunguntque sonos de gemina sede profectos:
nam muta iubet portio comprimi labella,
vocalis at intus locus exitum ministrat.
compressio porro est in utraque dissonora:
nam prima per oras etiam labella figit,
velut intus agatur sonus; ast altera contra
pellit sonitum de mediis foras labellis.
utrumque latus dentibus applicare linguam
C pressius urget: dein hinc et hinc remittit,
quo vocis adhaerens sonus explicetur ore.
G porro retrorsum coit et sonum prioris
obtusius ipsi prope sufficit palato.
at portio dentes quotiens suprema linguae
pulsaverit imos modiceque curva summos,
tunc D sonitum perficit explicatque vocem
T, qua superis dentibus intima est origo,
summa satis est ad sonitum ferire lingua.
K perspicuum est littera quod vacare possit,
et Q similis. namque eadem vis in utraque est;
quia qui locus est, primitus unde exoritur C,
quascumque deinceps libeat iugare voces,
mutare necesse est sonitum quidem supremum,
refert nihilum, K prior an Q siet an C.
aut G quoque vel C simili parique lege
addi, quasi desit, numero potest priorum.
nulli dubium est faucibus emicet quod ipsis
H littera, sive est nota, quae spiret anhelum.
quin hanc etiam grammatici volunt vacare,
quia non adicit litterulis novum sonorem,
sed graecula quaedam scholicae nitela vocis
vocalibus apte sedet ante posta cunctis,
hastas hederas cum loquor, Hister hospes huius.

204—209 *v. 797—804* 212—221 *v. 784—788*

---

194 linguae *Petrecinus* 195 dein hinc et hinc remittit *Santenius* dehinc et dehinc remittit *M* 206 '*uidendum an aliquid exciderit: Marius Victorinus p. 2455 (p. 33, 30)* nam muta et otiosa parte, qua c incipit, pro qualitate coniunctae sibi uocis supremum exprimit sonum' *Lachmannus* 214 uacare *Parrhasius* uocare *M* 215 adicit ς adiicit *M* sedet anteposta *Petrecinus* sed et ante post a *M*

p. 2388. 89 P.

solas patitur quattuor ante consonantes,
graecis quotiens nominibus latina forma est,
si quando choros Phyllida rhamnos thyma dico.
  Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas
vix lege solutus pote nominare sermo.
has versibus apte quoniam loqui negatur,
instar tituli fulgidula notabo milto:
ut quamque loquemur, datus indicabit ordo,
F L M N R S X.
imum superis dentibus adprimens labellum,
spiramine leni, velut hirta graia vites,
hanc ore sonabis, modo quae locata prima est.
adversa palati supera premendo parte
obstansque sono quem ciet ipsa lingua nitens
validum penitus nescio quid sonare cogit,
quo littera ad aures veniat secunda nostras,
ex ordine fulgens cui dat locum sinopis.
at tertia clauso quasi mugit intus ore.
quartae sonitus figitur usque sub palato,
quo spiritus anceps coeat naris et oris.
vibrat tremulis ictibus aridum sonorem
has quae sequitur littera. mox duae supremae
vicina quidem sibila dentibus repressis
miscere videntur: tamen ictus ut priori
et promptus in ore est agiturque pone dentes,
sic levis et unum ciet auribus susurrum:
mixtura secundae geminum parat sonorem,
quia c simul et quae prior est iugando nisum,
retrorsus adactam solidant premuntque vocem.

222—226 *v. 822—825* 234 *Prisc. l. XIII p. 11, 1*

---

219 solas *Santenius* sola *M* solum *Brissaeus* 221 rhamnos *Micyllus* RHAMNES *M*. rhamnum *infra v. 788* rhombos *Marius Victorinus p. 34, 6* 223 pote nominare sermo *Lachmannus* potest nominare sermo *M* pote nominare sermo est *Santenius* 228 vel ut *h. e.* sive ita ut *Dawesius misc. crit. p. 139* *versibus* 229. 233. 235. 236. 238. 242. 244. 245. 246 *litterae de quibus agitur in M praemissae sunt,* F. hanc, L. quo, M. at, N. quartae, R. uibrat, S. promptus, X. mixtura, S. quia, X. retrorsus

232 quid inire cogit *M* quid cogit inire *Brissaeus* quid tinire cogit *Lachmannus.* 234 ex ordine fulgens cui dat nomen sinopes *Priscianus l. XIII p. 11, 1* fulgens *ex Prisciano Brissaeus* puluis *M* 235 *de* m *littera plura legisse videtur Marius Victorinus p. 34, 12* 238 sonorem] fragorem *Marius Victorinus p. 34, 15*

241 tamen ictus ut prioris Praeruptus in ore est *Hotchkisius:* ita tamen, si prioris ictus pone dentes excitatus ad medium lenis agitetur *Marius Victorinus* 242 et *om. M, add. Lachmannus* pone ꝗ poene *M*

p. 2389 P.

Nil Ausoniis esse opus Y sonare dixi
et ζῆτα supremum, nisi graia verba cogent.
Sed quorsum, ais, hoc discere vel docere refert?
tradunt homines, secta quibus Pythagorea est,
arcana secuti physicis remota causis,
summas numeri non ita litteris valere,
graecus pueros ut docet insonans magister,
cum tollere cunctos iubet altius sinistras,
unum sit ut alpha et duo beta et tria gamma.
diversa volunt, alia docent ordine nullo:
referre putant, quae cui sit sub ore sedes,
ut nos modo temptabimus expedire raptim.
aiunt aliquas faucibus exilire ab imis,
γάμμα ut penitus κάππα sonat, ξῖ simul et χῖ;
ictam gravius vocis opus fingere linguam,
si ζῆτα loquor λάβδαve, νῦ vel hispidum ῥῶ,
et σίγμα, quod istis parili sede vibratur;
dentes sonitum fingere δέλτα ϑῆτα, tum ταῦ;
* * *
itidem parili sede sequi φῖ quoque, tum ψῖ.
hinc et numeri non similes habere summas,
et nomina tradunt ita litteris peracta,
haec ut numeris pluribus, illa sint minutis,
quandoque subibunt dubiae pericla pugnae,
maior numerus qua steterit, favere palmam,
praesagia leti minima patere summa.
sic Patroclon *olim* Hectorea manu perisse,
sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.
haec sunt quoniam viribus altiora nostris,
si tam tenues res tibi sic dissero versu
vitem ut tenebras, quas solet et soluta versu
oratio parvis minus explicare rebus,
sat duco meas hactenus occupasse nugas.

---

247 Nihil *M* dixi] *v. 135. de* z *littera in superioribus dictum non est, et plura hoc loco legisse videtur Marius Victorinus p. 34, 20* 255 ganma *M* 256 diuersa uolunt *Lachmannus* Diuersa ualent *M* diuersa ualere *Micyllus* ordine nullo Referre *sine distinctione M* 258 temptabimus *Lachmannus* temptauimus *M* 260 γάμμ' ut penitus *Micyllus* ταυ ut penitus *M* 262 λάβδαue νῦ *Lachmannus* αλφα ue νυ *M* λαμβδα ue μὺ *Micyllus* βῆτα ue νῦ *Brissaeus* 265 *'ante hunc periit versus, in quo caeterae labiales β π μ' Lachmannus. sine lacuna M* 271 leti ς laeti *M* 272 sic Patroclon olim Hectorea *Brissaeus* Sic Patroclon Hectorea *M* sic et Patroclen Hectorea *Micyllus*

DE SYLLABIS

Syllabas, quae rite metro congruunt heroico,
captus ut meus ferebat, disputatas attuli
versibus, sane modorum quo sonora levitas
addita stili levaret siccioris taedium.
haec prius, Bassine fili et tu gener Novate mi,
perpolite, quam potestis, crebriore limula.
non pater tamquam socerque, sed velut sim extrarius,
intueri vos oportet, an satis sit litteris
singulis discreta recte, quae cui est, nativitas;
syllabarum, quas duabus iungimus vocalibus,
num minus sit scrupulose vis reperta et prodita;
consonans si praelocatur una, quantum differat,
una vocalis duabus praedita est si consonis;
ne parum vel diligenter lucideve expresserim,
quanta sit quae comparatur pedibus hinc diversitas.
sermo si planus pedestri se tenet modestia,
disputandi quem tenorem doctiores imperant;
verba si non appetita nec remota plurimis,
sed fere communis usus et tamen non obvia,
carminis servant honorem, non iacentis cantici
quo supersidens trapeto signa gyris temperat
(sufficit vitare labes et carere sordibus,
pro statu rerum domare lineam fandi parem,
liberam scholae nitore, vatis exutam stola,

---

283 *Prisc. l. VII p. 305, 14* Terentianus de syllabis Haec *sqq.*   299 *Serv. in Verg. georg. II 519*

---

279 *sine inscriptione, sed maiore spatio inter hunc versum et praecedentem relicto M,* TERENTIANI MAVRI DE SYLLABIS CARMEN TROCHAICVM *Micyllus*
283 haec prius tu Bassine *Priscianus l. VII p. 305, 15*   Nouate mi ς Nouatemi *M*
284 qua potestis *Lachmannus*   287 quae cui est *Aldus inst. gramm. p. 379* quae cuique est *M*   299 quos super sides trapeto *codex Vaticanus 3317 Servii in Verg. georg. II 519* quos super insidens trapetos *editiones Servii et codex Parisinus 7959*
301 domare] *'requiritur* tenere' *Lachmannus*

p. 2390. 91 P.

quae tropos omnes relinquat et superba schemata,
neglegens ut semet ipsa laudem ab incultu ferat;
dum tamen rebus minutis, quas pedum liber quoque
vix queat proferre sermo noster offensa sine,
labili versu ministret inretusos exitus,
regulam servans ubique, finis ut quarti pedis
nominis verbive fine comma primum terminet:
hac enim tome probatur metron hoc trochaicum);
hunc modum si competenti pertulit ductu stilus,
sive proviso tenore cessit effectus labor,
acrius vos pendite ista, quam malignis moris est.
hoc domi clausum manebit, nec sinam nosci prius,
scrupulum quam vestra demat hunc mihi sententia,
opera nobis haec inanis anne in usum impensa sit.
sed labor vobis ferendus in legendo est maximus:
non enim cursim aut remisse tam minuta acumina
adsequi quicumque poterit, sed morosa intentio
tam legenti debet esse, quam fuit nobis quoque,
qui laborem provocando, perdomando taedium,
forsitan nec lecta multis e latebris scalpsimus,
ardui laudem expetentes, non favorem ex obviis.
corrigenda siqua sane visa vobis hinc erunt,
non ero stulte repugnans aut amans prave mea,
quin statim culpanda delens praebeam rectis locum.
  Litteris autem latinis, graeca quibus et formula,
quo statim discriminentur, ne sit haesitatio,
indices supra locavi nominum primas notas.
quando graece *γάμμα*, supra sua latinis littera est.
ε vel o graecum putetur ne Latinorum E vel O,
neu vicissim, quae latina, proferas graeco sono,
haec erunt utrimque bina quae parent caliginem,
quia pari forma notantur et soni sunt simplicis:
ceterum *ἦτα* et *ω* latinis a figuris discrepant.
A latine saepe ut *ἄλφα*, saepe *λάβδα* scribitur:
I similiter *ἰῶτα* credi et C potest quod *σίγμα* sit:
versibus sed cum loquamur, quando graeca ponimus,
ἄλφα ἰῶτα λάβδα σίγμα lege metri cogimur

---

304 ipsam *Petrecinus* ipso *Santenius* 305 quas *Brissaeus* quam *M* 307 irretusos *Santenius* in retusos *M* 310 trochaeicum *M* 416 anne *Santenius* an *M* 320 legenti *Dawesius misc. crit. p. 7* legentis *M* 322 neglecta *Hotchkisius* 331 E uel O graecum *Micyllus* C uel O graecum *M* Latinorum *Lachmannus* latinum *M* 335 caeterum *ἦτα* et *ὦ* *Lachmannus* Caeterum *ητα* et Y et *ω* *M* *ἦτα* et Ϋ et *ω* (*om.* caeterum) *Santenius* 386 A latina *Lipsius de recta pronunt. lat. ling. c. 18*

p. 2391 P.

syllabis perscriptitare, non figuris singulis;
nequis hoc culpet, latina si notata non erunt.

Artium parens et altrix graeca diligentia est:
litterarum porro curam nulla gens attentius
repperit, polivit usque finem ad unguis extimum.
quod Latinus aemulando nec satis fidens suis
(exitus nam nostra lingua non capit tam plurimos),
attamen fandi paravit non secundam copiam.
congruens idcirco duxi in hoc opus, de syllabis
quod recepi nunc loquendum, litterarum origines
inde deductas locare, quo probarem planius,
et simul quam multa graecis nostra non respondeant,
quaeque respondent, ab ipsis esse nobis tradita.
artis inde origo manat, lingua non tantum patet.
Ergo graecis esse septem scimus e vocalibus
η et *ω* quae bina pedibus subministrant tempora,
ε et *ο* breves vocari singularis temporis.
ceteras tres, quae supersunt, *διχρόνους* cognominant,
corripi quod saepe eaedem, saepe produci valent:
ἄλφα primum est, inde *ἰῶτα*, tertium quod *υ* vocant.
porro cunctas nostra lingua quinque vocales suas
corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
utitur longis et isdem brevibus aeque fungitur,
nec brevem semper requirit, semper aut quae longa sit,
omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis.
inde multa syllabarum nascitur diversitas,
quia nec illae *δίχρονοι* tres, graeca quas vox nuncupat,
litteris nostris eosdem semper exhibent sonos.
ἄλφα nos A nominamus, *ἰῶτα* sic I dicimus:
tertiam Romana lingua, quam vocant *υ*, non habet.
huius in locum videtur U latina subdita,
quae vicem nobis rependit interim vacantis *υ*,
quando communem Latino reddit et Graeco sonum.
interim vocale et ipsum, sumpta propter quod *fuit*,
non tuendo syllabarum saepe mutat regulam.
scilicet non consonantem quando vocalis ligat,

354—364 *v. 1308 —1313 Pompei. 106, 7* 369-372 *v. 135—140*

ante v. 342 maius spatium relictum est in M 345 suis *Lachmannus* sui *M* 62 et eisdem *M hoc loco*, sed isdem *v. 1310* 373 uocale *Lachmannus* uocalem *M* fuit *om. M, add. Petrecinus*

p. 2392 P.

syllabam sed cum duabus edimus vocalibus,
si prior locetur ipsa, consonans tunc redditur;
porro vocalem secuta vim tenet vocalium
et sonos utrosque iungit; unde diphthongos eas
Graeciae dicunt magistri, quod duae iunctae simul
syllabam sonant in unam vique gemina praeditae
semper effectum duorum temporum custodiunt,
sive producto efferantur sive correpto sono.
fronte quod prima videri forsitan mirum potest,
esse correptam duorum temporum quod dixerim:
sed pedum exequendo formam res erit probabilis.
non minus namque et latinas saepe correpto sono
promimus, quamquam duabus editas vocalibus,
quae pedibus aeque ministrant bina et ipsae tempora.
Planius quo fiat istud, ante diphthongos loquar,
graeca lingua quas frequenter quasque raro interserat:
ita patebit nostra graecis cum sonis diversitas.
ἄλφα et *ε* et *ο* priores *ἰῶτα* diphthongos creat,
αι et *ει* et *οι* parentur ut duabus litteris:
sic et *υ* sequens easdem reddit *αυ* et *ευ* et *ου*.
ἰῶτα tantum et *υ* videmus subditas vocalibus:
his enim solis duabus quinque praeponi solent,
quando et *ἄλφα*, quod videtur dichronon, praeponitur.
neutra porro de duabus ante tres istas data,
ἄλφα et *ε* et *ο*, valebit esse diphthongi soni,
syllabam nec edet unam, sed duae voces erunt.
esse diphthongos et alias rariores diximus,
υ sibi tantum iugantes, *ἰῶτα* quis non subditur,
ωὑτός ut tradunt magistri: sic et *ηὔδα* copulant.
esse sed longas utrasque litteras primas palam est,
nec fuit longis iuganda vel brevis vocalium
syllaba, ut diphthongos ulla temporum fieret trium.
non ita est, nec prima longis *υ* dedit nativitas
utriusque, verum origo iure diphthongos fuit;
tempore instanti quod *αὐδᾷ*, *ηὔδα* infecto facit:
sic *ὁ αὐτός* separatim, *ωὑτός* immixtum sonat.
ergo diphthongo creata *υ* sibi adnexam tenent,
det licet longam priorem flexa declinatio
vel duas partes in unam contrahat confusio.
quin et *υ* loco priore, *ἰῶτα* si subiunxeris,

---

406 uel breui *edidit Lachmannus*, et ex breui *coniecit idem* 410 infecto facit *Lachmannus* perfecto facit *M*

effici diphthongon unam posse nec plures reor;
υἷες ut dicunt *Ἀχαιῶν*, *γυῖα* *μυῖα* et talia.
Porro diphthongos Latini quattuor fixas habent:
quattor ideo separavi, quinta quod sit rarior,
ex quibus statim videbis non, ut in graecis sonis
ἰῶτα subiungi necesse est, alteram vel *υ* dari,
semper I vel U latinas posse subdi ceteris.
ἄλφα semper atque *ἰῶτα* quem parant Graecis sonum,
A et E nobis ministrant: sic enim nos scribimus.
οι similiter OE, et E fit, *ἰῶτα* quod graecum fuit,
AU et EU cum copulamus, U secundam iungimus,
in vicem graecae quod *υ haec* subdita *est* vocalis U.
graeca diphthongos sed *ου in* litteris nostris vacat,
sola vocalis quod U *iam* complet hunc satis sonum.
ε, deinde *ἰῶτα*, graeca quod diphthongos *ει* sonat,
non erit semper necesse copulatas scribere,
seu latina seu iugetur graeca longa syllaba,
ἰῶτα solum quod videmus saepe produci vel I.
Ἴλιον nam sic iubemur scribere et producere;
dico sive fido, longae sunt priores syllabae:
nec tamen nos E necesse est posta *et* I subnectere.
nec potest diphthongus aliter e duabus litteris
ista componi, nisi ante principali in corpore
E subesse ratio monstret atque origo nominis.
Δεῖμος inde sic notamus, quia *δέος* deprenditur,
inde *Μήδειαν*que oportet scribere isdem litteris,
quia *δέος* non minus et istic, ut videre propalam est,
ipsa demonstrat subesse compositio nominis.
scribimus si quando *νῖκος*, *ἰῶτα* solum sufficit,

---

417 *υἷες* ut dicunt *Ἀχαιῶν, γυῖα μυῖα Lachmannus* *υιες* ut dicunt *αηλογγυια μυια M υἷες* ut dicunt Achaei, *γυῖα μυῖα Taylorus lect. Lys. p. 333 ed. Reisk. coll. v. 458. 482 658* 419 Quattuor ideo *M* quattuor eo *Lachmannus* 425 *OI* similiter OE *Santenius OI* similiter O *M: cf. v. 499* 427 graece *M* *ῦ* haec subdita est *Lachmannus* Y subdita (*om.* haec *et* est) *M υ ψιλὸν* subdita est *Brissaeus Τ* sic subdita est *Dawesius misc. crit. p. 13 Τ* sic subditur *Eldikius apud Santenium* 428 sed *OΥ* in *Santenius* sed OY *M* sed **ο** *ῦ divisim Lipsius de recta pronunt. lat. ling. c. 10 et Lachmannus* sed autem *OΥ Dawesius* sed ideo *Eldikius* 429 quod u iam complet *Eldikius* quod V complet *M* quod u **ου** complet *Lachmannus* quod ista complet *Dawesius misc. crit. p. 497* quod hunc u compleat satis sonum *Wassenberghius apud Santenium* 430 diphonos *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 314: cf. v. 475* 436 nec tamen post E necesse est nos et I subnectere *Wassenberghius* posta et i subnectere *Lachmannus* post. I. subnectere *M ἰῶτα* post connectere *Santenius* 440 quia *δέος* deprenditur *Lachmannus* quia *δεμος* reprachenditur *M* 441 *Μήδειαν*que *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 288 μηδειαν M Μήδειαν* te *Lachmannus* iisdem *M*

p. 2393. 94 P.

nulla praecedens origo quia subesse monstrat ε.
porro diphthongon notamus, quando νεικεῖν scribimus,
ἦτα quod compago ficti comprehendit nominis:
νή et εἴκειν namque iunctis conditum est vocabulum;
quippe non cedendo semper quaeritur victoria.
litteram namque ε videmus esse ad ἦτα proximam,
sicut ο et ω videntur esse vicinae sibi:
temporum momenta distant, non soni nativitas.
inde vertunt hanc in ἦτα saepe diphthongon Grai,
quando quos ἱππεῖς solebant aut Ἀχαρνεῖς dicere,
levigant ἱππῆσque potius aut Ἀχαρνῆς nominant.
nosque Medeam latine sic in usum vertimus,
nomen et regina gessit quod furens Amazonum:
sic et Αἰνείαν Achaeus, noster Aenean vocat.
sic erit nobis et ista rarior diphthongos EI,
E videmus quando fixam principali in nomine:
'eitur in silvam' necesse est E et I conectere:
principali namque verbo nascitur, quod est eo.
sic oveis plures et omneis scribimus pluraliter:
non enim nunc addis E, sed permanet sicut fuit;
lector et non singularem nominativum sciet
vel sequentem, qui prioris saepe similis editur.
AU et EU, quas sic habemus cum Grais communiter,
corripi plerumque possunt temporum salvo modo,
sive graecis seu latinis inserantur versibus.
'aut age' inquit ille vates, saepe dixit 'aut ubi,'
dixit 'Aurunci', quod aeque barbarum est producere:
pes ubique lege constat, prima cum correpta sit,
consonans et una plenum non queat tempus dare.
et 'lupi ceu' dixit idem: finis est versus quidem,
pes tamen non est trochaeus, quia diphthongos extima est:
dactylus nam pes et ille est, nube nati ceu duo.
αὐέρυσαν inquit poeta, sic et αὐτάρ corripit:
Εὔπολιν πεύκην et εὔνουν aut poetam Εὐριπίδην
syllabas primas necesse est ore raptim promere;

459—462 *Cledon. 29, 14 Pompei. 115, 15*

---

453 graii *M constanter* 457 *Verg. Aen. I 490* ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens 461 eitur] *Verg. Aen. VI 179* 465 lector ut non — sciat *Wakefieldius in Lucret. I 3* 470 aut age] *Verg. Aen. I 70* 474 lupi ceu] *Verg. Aen. II 355* 475 diphonos *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 314: cf. v. 441.* 476 nube] *Verg. Aen. VII 674* ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto Descendunt Centauri

p. 2394 P.

tempus at duplum manebit, nihil obest correptio.
AU tamen capere videtur saepe productum sonum,
auspices cum dico et aurum, sive Graecus *αὔριον*.
mira nec putanda nobis talis alternatio est,
dichronon quod *ἄλφα* notum est, sicut A nostratibus;
inde communem ministrat sola diphthongus sonum.
EU manet correpta, semper est quod *ε* graecum breve:
litteris *et* E latinis saepe cum sit dichronos,
facta diphthongos nequibit esse producti soni,
nec pedes idcirco fraudat temporum iusto modo.
hanc enim si protrahamus, A sonabit, E et U,
syllabam nec invenimus ex tribus vocalibus.
sic Aristaeum notamus quattuor per syllabas,
quod sibi diphthongos AE iam tertiam non iungit U.
His ita exceptis duabus, AU et EU, quas rettuli,
I et O duae supersunt quinque de vocalibus.
Ante vocales locari littera O tres non potest,
A vel I vel U cohaerens duplicem ut reddat sonum.
ceterum quod E, secundo copulata cum loco est,
reddat OE diphthongon', esse traditum supra tenes.
Diximus rarum esse Graecis *ἰῶτα* post *υ* subdere:
verum enim nec praelocari sic apud Graios potest,
edat ut diphthongon unam de duabus voculis.
litterae nam nomen ipsum, *ἰῶτα* quod Graius vocat,
siquis in metro locabit, syllabae ut fiant duae,
non potest diphthongos esse *ιω* duabus litteris,
consonans prior locata quia fit et Graios apud.
quod tibi exemplo probare versus herous potest,
οὗτος ἰῶτα γράφει versus si principium sit,
pes erit primus trochaeus: sed facit spondion hunc
prima vocalis, notari *ἰῶτα* qua Graium incipit;
syllabas licet videri potius has Graeci velint
esse communes, easque diclitent *κοινάς* magis,
quaeque vocalis sequetur quando supremam brevem.
I magis Romana lingua non potest praemittere,
edat ut diphthongon ulli nexilis vocalium,
consonans quod semper haec fit ante vocales data.
quippe iacula quando dico vel iecur Iovem aut iubam,
consonans effecta ubique est, quae fuit vocalis I:

487 litteris et E latinis *Santenius* Litteris E latinis *M* litteris E in latinis *Wassenberghius apud Santenium* 499 supra] *v. 425* 500 diximus] *v. 415* 502 uoculis *Dawesius misc. crit. p. 7* uocalibus *M* uocibus *Micyllus* 515 ulli *Santenius* nulli *M* 517 Iouem aut Iubam ς IOVEM an IVBAM *M*

quae sequuntur, vim tenebunt. quam prius, vocalium.
Quin et ipsae cum iugantur I et U, quo differant,
ut prior quaeque est locata, proderit distinguere.
I prior si collocetur, U sequens correpta sit
an soni prolixioris, nulla differentia est,
consonans quia semper ista iuncta fit vocalibus.
Iuno cum dico aut iuvencus, nulla differentia est:
quippe IU diphthongos esse graeca nequaquam potest,
quod soni tres implicentur e tribus vocalibus,
quando sic graece notatur, ut sit *ο* et *υ* simul;
ἰῶτα quis si praelocetur, tres videmus voculas,
e quibus constare supra syllabam negavimus.
sic *ἰοὺ ἰού* tragoedus Graius et ceryx sonat,
sic io matres Latinae, sic Iulum dicimus;
quia duas edat necesse est syllabas, cum praedita est,
quas videmus separatas esse vocales duas,
vim vel amittat priorem, cum fit una syllaba:
consonans namque invenitur, quando dico Iulius
sive Iuno sive iustus. porro cum praecedet U,
consonantis vim ministrat omnibus vocalibus.
nexa semper haec necesse est syllabam nec dividat
et sonum mutet priorem, vade quando dicimus
vel venito vel videto tot volatus vulturum.
ante consonam U reperta sola sive in syllaba,
unus aut ubi vel unde et umbo quando dicimus,
obtinet vocalis usum, sicut I cum praedita est.
Quanta vero sit potestas singulis iunctis sibi,
ut prior quaecumque curret, hoc pedes discriminant,
scandimus si quando versum quolibet metro datum,
namque si momenta quae sint litterarum examines
consonantum aut quas necesse est consonantes effici,
tempus unum iam tenemus esse correptis datum,
bina productas habere nec minus compertum erit.
tempus autem consonantes dividunt unum duae:
inde quae duplex habetur, tempus integrum dabit.
ergo correptae iugatur una quando consonans

520—664 *v. 146—181*

527 e tribus *Santenius* et tribus *M* 528 notatur ut *Burgessius apud Santenium* notatur OY ut *M* 530 supra] *v. 407* 532 io] *Verg. Aen. VII 400* clamat io matres, audite, ubi quaeque, Latinae 537 praecedet *Brissaeus* procedet *M* 549 con sonantum aut *Petrecinus* Consonantem aut *M* 551 compertum erit *Lachmannus* compertum est *M* compertum habes *Ahlwardtus* 554 correptae *Brissaeus* correpta *M*

p. 2395. 96 P.

sive vocalis, referri quae potest in consonam,
sescuplum tempus necesse est edere istam syllabam,
quae duplex habere posset ab duabus consonis.
ac per hoc producta per se, quae duorum temporum est,
consonae cum subiugatur vel relatae in consonam,
temporis parte atque duplo sit necesse est praedita.
hoc sub exemplis videbis esse planum nominum,
syllabas ex his duabus quae parant vocalibus,
Iuno vita quando longas, vel iuba aut vigor *breves.*
consonas fieri necesse est hic priores litteras;
quae sequuntur, ut fuerunt, esse vocalis soni.
temporis momenta longae possident partem et duo:
sescuplum breves habere parte et uno convenit.
pars enim ista non sequenti prorogat tempus suum,
sed priori, pleniore si indigebit tempore.
syllabam nam iam peractam cum sequetur I vel U,
illa porro brevis in unam consonantem desinet,
I sequens partem rependet, quam ministrant consonae.
hoc et U praestare poterit, cum tenebit hunc locum.
rursus exemplis agendum est. ergo quo sit planius,
syllabam brevem ante ponam desinentem in consonam,
at iubam pes ut paretur, sit vel alter at vigor:
sic enim partem videbis huc redire temporis.
A brevis dum consonanti T propinquae iungitur,
tempori suo ex eadem consona partem trahet.
sescuplum quod dico sic fit. plena quo sint tempora,
I dabit partem residuam, quam ministrant consonae:
hoc et U, pedem locare si velimus at vigor.
longa fit si prima positu tunc duorum temporum
et breves ambae manebunt insequentes syllabae,
quattuor pedem peractum cernis esse temporum.
Iuno porro sive vita cum pedem primum occupat,
consonans effecta cum sit quae prior locatur I,
et sequens, producta quippe, bina praestet tempora,
parte censeri videmus atque duplo syllabam.
hinc pedem si coeperimus edere iterum dactylum,
quia brevis vocalis extat in sequenti syllaba,
tertiam addamus necesse est utique correpti soni:
pes quidem reddetur ipse; non tamen pars temporis

557 a duabus *Micyllus* 563 breves *om. M, add. Santenius.* uetus *addiderat Brissaeus* 571 breuis in *Lachmannus* breuis quae in *M* 579 Tempori suo ab eadem *M* tempori suo de eadem *Lachmannus* consona *Brissaeus* consonae *M* 583 fit si prima *Lachmannus* fit sic prima *M* 593 reddetur *Brissaeus* redditur *M*

p. 2396. 97 P.

consonae factae prioris cernimus quo cesserit.
ergo ut effectus probetur, consonans cum fiet I,
non erit locanda prima, quando versus nascitur,
syllaba sed in secunda: * quae brevis cum consona
esse poterit T, priores qua pedes adiuvimus,
sescuplum quae sola praestat, temporis parte indiget;
ut sit at iu pes, et inde versus ortum sumpserit.
ergo iu quia nunc secundo conlocatur in loco,
I sua, quam consonantem non negamus redditam,
at facit longam, tenebat sescuplum quae temporis.
nec secus partem retrorsus U dabit, cum consona est.
fiet at iu pes solutus, fiet at vi par ei:
syllabas longas habebunt hi pedes binas ita,
dum situ prior iuvatur et sequens producitur.
porro cum producta prima est, si sequatur consonans,
efficit duplum atque partem; non, ut illic diximus,
ante partem et inde duplum; prima quod non sit brevis.
sol tibi velut poeta signa cum dicit dabit,
sufficit producta prima temporis duplum dare:
pars residua consonantis unius vel proximae
ita vacabit, ut vacabunt, quando plures consonae
sponte productam sequentur, non egentem subsidi;
trans mare atque insignis auster si in pedem convenerint.
  Est adhuc quo separatae I et U dissentiant.
I media cum conlocatur hinc et hinc vocalium,
Troia sive Maia dicas, peior aut ieiunium,
nominum primas videmus esse vocales breves,
I tamen sola sequente duplum habere temporis.
ergo vel loco duarum consonantum fungitur,
vel gemella si locanda est, ut videtur pluribus,
bis tibi vocalis eadem praebet usum consonae,
ante vocalem sequendo, cum priore syllaba,
praedita et mox insequenti, iure quo fit consonans.
hoc in his tantum invenimus nominum vocalibus,
I secundo conlocata consonae ut valeat loco;
ante vocales quod alias cum locatur exhibet.

---

597 *'post* secunda *excidit versus: nam quae sequuntur, ad primam syllabam pertinent' Lachmannus. sine lacuna M.* quae brevem cum consona Et sequi poterit priores *coniecerat Santenius* 598 esse poterit t priores *Lachmannus* Esse poterit priores *M* esse poterit hac priores *Micyllus* 600 at iu *Brissaeus* AT VI *M* 604 u dabit *Micyllus* T dabit *M* 605 fiet at iu pes solutus *Lachmannus* Fiet At VI pes absolutus *M* pes et absolutus at iu *Santenius* 611 sol] *Verg. georg. I 463* sol tibi signaodabit. 615 egentem subsidi *Dawesius misc. crit p. 8* egent Subsidii *M* egent quia subsidi *Micyllus* 618 cum conlocatur *Dawesius misc. crit. p. 9* cum locatur *M*

p. 2397 P.

U similiter si locetur, ut favor cum scribimus,
nil iuvabit A priorem media facta consonans,
temporis quia parte tantum fungitur, cum praedita est.
vel licet ponas gemellas, sicut est verbum iuvo:
ante quae locatur I fit ab sequenti consonans,
ipsa vocalis manebit U brevis, sicut fuit,
U secundam in consonantem transferet vocalis O.
sic prior vocalis U, quae tempore uno praedita est,
temporis parte adiuvatur *ab* sequenti consona:
sescuplum tempus videmus, longa cum poscat duo:
proderit nil ergo gemina, sicut I bis profuit,
cum facit longam priorem Troia Maia et talia.
perdere U quia sic videtur usque vocalem sonum,
alteri cum praelocatur (nam facit vita et valens),
sordidum quiddam videmur absonumque excludere.
Aeolica gens tunc digammon denique illam scriptitat,
mutet ut situm figurae, quando mutabit sonum.
nominum multa incohata litteris vocalibus
Aeolicus usus *ita* vertit, et digammon praeficit:
Aeolica dialectos autem mixta ferme est Italae.
hesperum quem dico graece, vesperum cognominat:
Ἑστία sic Vesta facta: vestis ἐσθής dicitur:
ἶνα quam graece vocamus, vim iubet me dicere.
εἶαρ est multis in usu, sed magis poeticum est:
ἦρ enim nativa vox est; ille ver hoc dictitat.
quos Homerus dixit Ἐνετούς, ille Venetos autumat:
et viola flos nuncupatur, quem Grai vocant ἴον:
et Iolaus ille Violens: crede Marco Tullio.
quamque ἴτυν dicunt Achaei, hanc vitym gens Aeoli.
plura Sappho comprobavit, Aeolis et ceteri.

---

680 si locetur *Dawesius* si conlocetur *M* 633 sicut est uerbum VIVO *M* sicut in uerbo iuuo *Brissaeus.* 634 fiat ante quae locatur a sequenti consonans *Micyllus* fit ab sequenti *Lachmannus* fiat ab V sequenti *M* fit ab u sequenti *Santenius* 638 ab sequenti *Lachmannus* sequenti *M* a sequenti *Micyllus* 644 uidemur *Lachmannus* uidemus *M* 648 usus ita uertit *Lachmannus* usus uertit *M* usus reformat *Brissaeus* ususque vertit *Santenius* 649 Aeolica etiam dialectos fere est mista Italiae *ediderat Brissaeus.* Aeolum dialectos etiam ferme mista est Italae *G. I. Vossius etymol. v. vestis.* 'Aeolum *Bentleius. immo* Aeolicā zalectos' *Lachmannus.* Aeolis dialectus *L. Muellerus de re metr. poet. lat. p. 157* italiae *M* 651 εατης dicitur *M* 653 εἶαρ *Micyllus* εαρ *M* sed magis *Micyllus* et magis *M* 655 Homerus] *Il. B 852* 657 et Ἰόλαος ille Violas *Dawesius misc. crit. p. 115 et Ruhnkenius apud Santenium.* et Iolaus uiolens fit *edidit Brissaeus.* Violens *defendit Huschkius de Annio Cimbro p. 59* 658 quamque *Micyllus* Qnanquam *M.* quamque Itun dicunt Achaei, hanc Vitem gens Aeoli *Sanctius Minerv. IV 16, 13* 659 Aeolos *Micyllus*

p. 2397. 98 P.

U latina sic obesa sordet, a vocalibus
prorsus ut * segregandas sic utrasque existimem,
momen I quod consonantis, U vicem solam gerat.
hanc enim sensu per artem tradito dinoscimus:
illius conversionem et vox et aures arguunt.
Haec erit lex his duabus, I et U, quas rettuli,
syllabam per semet ipsae quando nudam copulant,
consonans nec ulla iunctis quaelibet praeponitur.
nam media post consonantem cum datur vocalis I,
U dein si consequatur, syllaba una non erit,
ut pius cum dico, dius ocius vel Caelius.
Nulla diphthongos quod ante ἰῶτα praemitti sinit,
media porro si locetur U, fit una syllaba,
ecce rursum discrepare litteras istas vides.
namque cui si quando dico, non erit disyllabon:
nec tamen diphthongos ista consonante praedita
poterit esse, quae videri non potest, cum libera est.
hoc enim solum adsequetur, quod digammos non erit,
ante posta cum sit ipsa, tum sequens vocalis I:
nam nisi insequatur aliqua consonantum littera,
cui brevis manebit, atque longa fiet addita.
cui super non digna dixit hiemis et solis mala,
dixit et cui tu favos: pes hinc mihi primus sat est.
sic enim vel prima longa vel prior fit syllaba:
dactylus nam cui super, cui tu sequens spondeus est,
consonans quia post secuta tempus adiuvit breve.
hanc brevem sed ante nobis pervidendum est syllabam
una consonans secuta quatenus longam creet:
ipsa nam vel secum habere consonantem debuit,
vel duarum post sequentum sublevari tempore.
ante quod nobis liquere non potest, si non prius,
consonans quae prima in ista syllaba cui scribitur
C magis vel Q notari debeat, dispexeris;
saepius quia C locare plurimis iam moris est:
sic enim constare poterit, e duabus quae magis
nunc locum vocalis habeat, U prior vel I sequens.

---

661 *sine lacuna M.* ut ego segregandas *Micyllus* ut ni segregandas *Lachmannus* 662 momen *Lachmannus* Nomen *M* 670 dius ocius ς DIVES OCIVS *M* dius ocium *Micyllus* 671 praemitti *Petrecinus* permitti *M* 677 digammos *Brissaeus* digammon *M* 681 *Verg. georg. II 373* cui super indignas hiemes solemque potentem 682 *Verg. georg. I 344* cui tu lacte favos et miti dilue Baccho 692 c magisne an q notari debeat *coniecit Santenius ad v. 1062*

p. 2398. 99 P.

namque si Q praeferatur, syllabae fient duae,
tertia his quod implicari nulla vocalis potest,
sed duae fient seorsae syllabae per se breves.
quï super sic inveniri dactylus iam non potest,
syllabas sed pes habebit quattuor totas breves.
principale sed videmus esse quis, quo nascitur
quï, dativum quando casum ratio sermonis petet.
casus et secundus ante, qui facit quius, probat
Q duarum praeditam esse syllabae vocalium.
quartus et casus priori non repugnat regulae.
nec minus Q perseverat, cum loquor pluraliter,
casibus cunctis iugamus quando vocales duas:
qui facit, quorum deinde, mox quibus, quos, a quibus.
usque Q numquam revelli propalam est pronomini.
dubius autem quia videri numerus et casus potest,
cum dativo singulari prima Q praescribitur,
et potest plurale quï lector aliquis credere
ac simul nutante casu tardius sensum sequi,
usus, ut solet, reliquit veritatis regulam,
litteram et dedit propinquam, dum studet compendio.
ergo per C iam videmus cui notandum litteram:
hanc enim U post insecuta praeditam docet sibi
et cohaerens I, secundo quando conexa est loco.
quippe Q non constat aliter quam duabus C et U,
B velut vel K quod esse Q vides muti soni;
Q velut et U, C quoque et UU plenius quod postmodum
sic in unam Q redactae congruerunt litteram,
portio ut nunc consonantis U videri rectius,
litterae vocalis habitum quam tenere debeat.
namque Q praemissa semper U simul iungit sibi,
syllabam non editura, ni comes sit tertia
quaelibet vocalis illis. hoc et exemplis proba.
namque equos vel aequos, aequor aut aquam cum scribimus,

696 si C praeferatur *M* si cu praeferatur *Aldus inst. gramm. p. 354.* '*scribendum uel* q *uel* quu. *litterae nomen est* quu, *id est* cvu, *non* cu' *Lachmannus* 699 CVI SVPER *M.* qui *duabus brevibus syllabis et hic et v. 702 dixit Terentianus pro eo quod rectius scribendum erat* quui, *sicut* quius *pro* quuius *dixit v. 703. 774* 700 totus *coniecit Santenius* 702 qui datiuum *Lennepius in editione Santenii p. 410*, CVI datiuum *M* 703 quiius *Brissaeus* quuius *Petrecinus* 712 QVI *M* qu i *divisim Lachmannus. an* qui sic? hoc qui *Santenius.* et potest plurale qui lector aliquis credere facile *ediderat Brissaeus* 721 q uelut et u c quoque et uu *Lachmannus* Velut Q et C quoque et V *M* q uelut, ita c et u quoque *Santenius* 728 Nanque EQVOS uel AEQVOR an AQVAM cum scribimus *M* nanque eques vel aequus aequor aut aquam cum scribimus *Santenius* nanque equos uel aequor, Aequos aut aquam cum scribimus *Lachmannus*

p. 2399 P.

et queo et querela, quercus et quater, Q praedita est.
et vides qui quoque similiter esse vocales duas.
unde si dematur I, et sola sit vocalis U,
non erit iam Q necesse syllabae praeponere,
sicut illic, cum querela et aequor aut aquam notas,
sed magis C: sola namque subditur vocalis U,
curo cum vel cupio dicis, curro vel custodio.
unde nomen qui sequondi rectius scribi putant,
si prius Q collocarint, U et O subiunxerint,
quia sequor *et* easdem habebat, unde nomen nascitur,
non videntur obtinere veritatis regulam;
quia sequor duas videmus esse vocales simul,
et merito tunc Q locamus exigente syllaba:
at secundus ut sit, una ponitur vocalis U:
C locari debet ergo, quando solam copulat:
quippe origo prima verbi non manet iam nomini.
ceterum vocalis illis si iugetur tertia,
Q necesse est prima detur et sit una syllaba,
nomina ut supra relata iam satis nobis probant.
non tamen prior U videri facta consonans potest,
consonans quia de duabus effici prior solet,
nuda sed priorque quando nec subacta est consonae,
quando et *hispidam* digammus sumit et formam et sonum.
nunc sonus vocalis illi, qui solet, cum libera est,
praedita est vel consonanti: nunc enim est vocalis I.
et tamen videmus illam consonae vim sumere,
tenvia ut dixit poeta nubis ire vellera:
longa fit nam prima TEN nunc, cum sequatur U et I.
nec minus, vocalis una si sequatur hanc, potest
consonae praebere vires et digammos effici,
genva cum labant Daretis, aeger est anhelitus.
nec potest et hoc liquere, an I putemus consonam,
longa cui super paretur ceu duabus consonis;

---

729 Q *om. M, add. Brissaeus.* u praedita est *Micyllus* 733 illic *Brissaeus* illi *M* aequor aut aquam *Brissaeus* AEQVOR an AQVAM *M* 735 cupio *Micyllus* CVPIDO *M* 738 et *om. M, add. Santenius* 746 ut sit *Hotchkisius* 750 priorque *Santenius* prior quae *M* 751 hispidam *om. M, add. Lachmannus.* quando non digammi sumit neque figuram neque sonum *ediderat Brissaeus*, quando semper haec digammi sumit et formam et sonum *coniecit Santenius* 755 *Verg. georg. I 397* tenuia nec lanae per caelum vellera ferri 758 et digammos *Brissaeus* nec digammos *M* 759 *Verg. Aen. V 432* genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus
751 ceu] *fortasse* ut

alteram quia consequendo semper I vocalis est,
tertiam et casus sequentes esse vocalem docent:
imo si nunc U putamus esse vocalis soni,
I magis vocalis esse iudicanda est subsequens.
numquid hanc diphthongon ergo ex U et I sic dicimus,
non ut U nunc sit latina, sed magis graecum sit υι,
γυῖα cum dicunt et υἷας, tale quid cui ut sonet,
temporum et per se duorum non requirat consonam.
cui super sed tale fiat, quale dudum trans mare,
longa cum reddit vacantes quae simul sunt consonae?
an magis cuii nos oportet per duas I scribere?
quia sequens casus videtur hoc sonare, qui facit
quius, ut Troia atque Maia, de tribus vocalibus;
cui super nil ut iuvetur a propinqua consona;
quando quius longa prior est, facta cum sit consonans.
haec putavi colligenda: tu sequere quod voles.
Nec minus natura varia est consonis in litteris.
digerunt quidem magistri, quando pueros imbuunt;
sed rudes ne praegraventur, parcius discriminant.
nam novem mutas vocarunt, semivocales item
esse septem tradiderunt: ordo uterque notus est.
De novem tres, ut vacantes, separandas convenit.
una nam spiramen addit omnibus vocalibus,
hasta quando et hedera dicis, Hister hospes atque humus.
quattuor solis adhaeret consonantum litteris,
inserit si quando graeca sermo noster nomina,
cum choros rhamnum necesse est, Phyllida aut thymum loqui.
sola nec vocalis usum nec tuetur consonae,
tempus aut ministrat ullum brevibus usquam syllabis;
et tamen vim consonantis adimit, una in syllaba
praedita est quotiens duabus U et I vocalibus.
huius aut huic solemus nam frequenter dicere:
U digammon esse nunc iam non sinit nec consonam,
esse quam semper necesse est, cum carens spiramine

784—788 *v. 212—221*

762 semper u uocalis est *Lachmannus, qui v. 764 ante v. 763 collocavit. ut* i *non posse pro consonante esse demonstret, hac ratione uti videtur Terentianus, quod et post* u *in eadem syllaba positum semper vocalis sit (v. 516), et* u *consonantem,* i *vocalem esse reliqui casus doceant* 766 unnquid *Petrecinus* Nunc quid *M* nunc quidem *Santenius* 770 sed tale *Brissaeus* et tale *M* trans mare] *v. 616* 788 aut *Micyllus* an *M* 793 huius aut huic *Brissaeus* huius an huic *M* huius aut huic sic *Lachmannus* 794 nunc h non sinit *coniecit Lachmannus* 795 esse quam *Santenius* Esse quia *M*

ante vocalem locatur, ut vigor valens vetus.
K similiter otiosa ceteris sermonibus,
tunc in usu est, cum kalendas adnotamus *aut* kaput:
saepe Kaesones notabant hac vetusti littera.
Q vacare prorsus omni diceremus syllaba,
C quod eius invenitur posse subdi pro sono,
casus unus ni probaret rectius poni semel,
syllabam iunctis duabus cum facit vocalibus,
ut satis sumus locuti iam priore pagina.
Nunc loquar natura quae *sit* omnibus, quae et singulis.
nulla nam mutis facultas ad sonum edendum data est:
labra fixa, vincta lingua est, exitus nullus patet,
nexa si non adiuvetur cuilibet vocalium.
namque B vel C sonare, porro D G et ceteras
quis queat, si non resignet labra vocalis comes,
syllabam fingas ut ante, litteram quam proferas?
semivocales videmus oris exprimi sono
posse vel solas, adhaerens nulla vocalis licet
exitum plenum ministret nuncupandae litterae.
verum enim binae ligari non queunt mutae simul,
syllabae si quando binas postulabunt consonas,
nominis verbive cuius quae tenent primordia:
C modo aut P copulare subditam T sic solent
non priore sed secunda dum latina in syllaba,
nactus ut dicas vel aptus, sanctus aut Neptunius.
ceteris natura non est ut duae iungi queant.
Semivocales oportet segregare attentius;
quas quidem quia nominatim versus indi non sinit,
ordinis signabo numero, quae sit haec quam disseram,
titulus *ut* praescribet iste discolor sinopide,
ς F L M N R S X.
prima mutas nec sequetur nec potest praecedere,
ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest.
suffice et suffer vel offer est quidem duplex sonus,

822—825 *v. 222—226*

798 aut *om. M, add.* ς 804 sumus ς summus *M* 805 sit *om. M, add. Brissaeus* 810 quis queat *Micyllus* Quisque at *M* 811 quam proferas *Petrecinus* qui proferas *M.* cui praeferas *coniecit Lachmannus* 813 solas ς sola *M* 817 cuius quae *Brissaeus* cuiusque *M* cuiusque ut *Micyllus* 818 C modo ς E modo *M* 819 non priore sed *Petrecinus* non priores et *M* 825 titulus ut praescribet *Dawesius misc. crit. p. 497,* Titulus praescribet *M* titulus et praescribet *Santenius coll. v. 1055* F L ς E L *M*

p. 2401. 2 P.

partibus sed ex duabus verba coniungi vides:
et prior non hac eadem terminatur littera,
sed sonum confundit ipsa partium conlisio.
quattuor post hanc locatas Graecus udas nominat:
lubrica est natura in illis namque et alternus vigor.
nunc enim vocalis usum, nunc ministrant consonae,
et pedum vel hinc vel inde sublevant discrimina.
hinc sibi primam atque quartam semivocalis potest
subdere ista quam loquebar, quando flabra et flosculos
atque item frugem atque frondem nominas et talia.
non item potest secundam copulare et tertiam,
quia secunda mugit intus abditum et caecum sonum,
tertiam nec ullus illi sermo Romanus ligat.
nec sinas errare puerum, quando Daphnin scripserit,
semivocalem locandam primam ut istam existimet:
quippe nos, si quando graecum φ necesse est exprimi,
P et H simul solemus, non latinam hanc, ponere,
cuius a graeca recedit levis atque hebes sonus:
phosphoron Phrygasque nam vel Pamphilum sic scribimus.
Consonas autem per omnes, quae quibus iungi queant,
quas vetet natura iunctas convenire in syllabam,
ire iam nunc ideo nobis visum erit consultius,
in breve ut redacta silva demeret caliginem;
neu subesse praeter istos quos loquar casus putes,
qui pedum turbare normam, laedere aut metrum queant.
Praeter udas ergo, supra iam duas quas rettuli,
haec sibi nullam ligare semivocalis potest.
Quattuor post hanc loquemur ordine udas debito:
quas priores ante nullam consonam praeponimus,
ut caput verbi incohare conditae simul queant;
subdimus mutis earum plurimis tantum duas,
scilicet primam atque quartam, quod palam exemplis erit.
namque B C G, deinde P, priores ponere
singulas possis, ut uda prima sic subiecta sit,
blandior cum dico, cludo gleba plebs aut Plinius.

856—906 *v. 1208—1257*

---

837 ista ς istam *M* flosculos ς FLOSCVLVS *M* 838 nominas et *Micyllus* nomina sed *M* 841 nec ullus illi *Santenius* nec ullus illis *M* 847 uel Pamphilum *Micyllus* uel PHILVM *M* 850 uisum erit *Lachmannus* uisum est *M* 852 putes *Petrecinus* plures *M* 853 aut ς autem *M* 855 haec] '*immo* prima' *Lachmannus* 856 post hanc *Santenius* post hac *M* 860 scilicet *om. M, add. Lachmannus.* litteram primam *coniecit Ahlwardtus*

p. 2402 P.

D cum ea numquam coibit, Q magis numquam potest;
T potest, si quando graeca mixta sunt vocabula:
Tlepolemus Atlas solemus invenire in versibus.
uda quarta praeter istas quattuor, quas rettuli,
amplius D T priores subsequetur, ut puta
Brutus et Crassus fuerunt, Drusus et Gracchus, Procas,
Trossulus. iam sex habemus ante mutas redditas,
ceterae quia tres in usum syllabarum non cadunt:
semivocalis quod una praefici possit, tenes:
uda quarta praeter istas ceteris non subditur.
et secunda paene solis convenit vocalibus,
seu loco prior locetur, seu iugetur alteri,
mane cum dicis vel umbra mensis ambo et talia.
tertiam udam sibi videtur posse solam iungere,
sic tamen, non in priore sed sequenti syllaba,
omnis ut dicas vel amnis, uda quaeque cum sequi
alteram non possit udam, dum sit una syllaba,
omnis uda cum gemella rite coniungi queat,
Gallus ut vel Ammianus annus et Tyrrenius.
nec secus mutas videmus posse geminas currere,
obba et ecce redde et agger Attiusque et Appius.
hanc tamen Graecus secundam tertiae sic praeficit,
syllaba prima latine quod nequire diximus,
quando μνήμην atque μνᾶσθαι dictitatque Μνεσθέα.
interim compellit illam δέλτα nunc, nunc ταῦ sequi:
δμῶας et Τμῶλον videmus namque graeca nomina.
tertia uda sic videtur posse G mutam sequi,
graia verba quando in usum sermo noster suscipit,
Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis.
scribimus praenomen unum et C quidem praeponimus,
G tamen sonabit illic, quando Gnaeum enuntio;
asperum quia vox sonorem leviore interpolat,
vel priores G Latini nondum ab apice finxerant.
Gaïus praenomen inde C notatur, G sonat.
sic amurgam, quae vetuste saepe per C scribitur,

---

864 cum ea *Lachmannus* cum hac *M* huic *Hotchkisius et Ahlwardtus* 866 Atlas solemus *Santenius* ATLAS: nam solemus *M* 871 *fortasse* ceteraeque tres 874 poene *M* 878 sic tamen non *Brissaeus* Sic tamen ut non *M* 882 TYRRHENIVS *M* Tyrrhenicus *Santenius* Turranius *Lachmannus* 887 Quando μνήμην atque μνᾶσθαι dictitatque μνεσθέα *Brissaeus* Quando MNEMEN atque MNASTHAE dictitatque MNESTHEA *M* 895 laeniore interpolat *Brissaeus* leniorē interpollat *M* 896 nondum ς nundum *M* 897 Gaius et *Ahlwardtus: cf. v. 988* 898 sic amurgam quae *Lachmannus* Sic AMVRGA quia *M* sic amurca quae *Brissaeus*

p. 2403 P.

esse per G proferendam crediderunt plurimi,
quando *ἀμόργη* graeca vox est, *γάμμα* origo *ut* praeferat:
ille contra dicat, unde C sonare debeat.
G tamen, mox tertia uda, rarius componitur,
quando gnatum nominare, dicere aut gnarum voles:
namque magnus dignus agnus signa pugna et talia,
syllabae cum sint secundae, non ita impugnant pedes;
quis iugatis impediri, cum caput verbi tenent,
saepius pedes videmus, ut suo promam loco.
Ammonet nunc ordo sextam semivocalem loqui,
quae sonum nobis ministrat, *σίγμα* quem Graecis solet.
vivida est haec inter omnes atque densa littera:
ἀρκτικόν Graeci vocarunt, adseruntque exordiis,
et probant mutis eandem paene cunctis praefici,
cum *σβέσον σθένος*que dicunt, *σκῆπτρον*, et quando *σπάθας*
στέμμα dicunt, *σφίγγας* aeque, *σχήματα*: atque udae quoque
posse praeponi secundae sic apud Graios vides,
σμῆγμα si quando aut *σμάραγδον*, *σμιλίον* vel nominant.
γάμμα solum non videtur posse subdi, quia loco
intimo fauces prope ipsas littera haec excluditur,
dentibus *σίγμα* atque labris proximam sedem tenet.
σίγμα quis possit negare quod det adiunctum sonum,
cum sonis utrisque constet *ζῆτα*, quod graecum duplex?
nomen etsi non videbor tradere exempli loco.
syllabis sedet secundis, quando prosa oratio est,
versus ut quadrae resistat, nec propaget terminum.
Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit,
νῦ et E versus prioris obtinebunt extimum,
sigma versus insequentis atque *ταῦ* exordium.
nos tribus mutis eandem possumus praeponere,
nulla cum sic possit ante semivocalis dari:

928—930 *v. 1058. 59*

---

899 proferendam *Lachmannus* proferenda *M* 900 ut *om. M, add. Lachmannus* 903 aut *Brissaeus* an *M* 907 suo promam loco] *v. 1228 sqq.* 909 quem Graecis *Dawesius misc. crit. p. 11*, quod graecis *M* 912 poene *M* 916 aut *σμάραγδον σμιλίον Lachmannus* an *σμαραγδον σμαιον M* an *σμάραγδον σμηνίον Brissaeus*, *ubi* aut *pro* an *Micyllus* 917 *γάμμα* solum *Micyllus* N solum *M.* M enim solum uidetur *ediderat Brissaeus* 918 littera haec ς litteras: haec *M* 920 *σίγμα*] *δέλτα Micyllus* 921 *ζῆτα* quod *Micyllus* ζ quod *M* *ζῆτα* quis *Santenius* zaeta quot *Lachmannus.* *malim* *ζῆτα* Graecorum duplex. *nam duplici Graecorum littera* z, *quam ex* s *et* d *constare voluerunt grammatici, hoc probari voluit Terentianus,* s *ante consonantes positum adiunctum sonum edere* 924 quadrae *Lachmannus* quadre *M* 926 *νῦ* et e *Lachmannus* N et E *M*

p. 2403. 4 P.

scuta namque spatia dico, stamina aliaque hoc genus.
et duas simul ligare sola consonans potest,
scrinium struemve quando splendidumve dicimus.
tres tamen numquam coibunt, uda ni sit tertia.
Semivocalis suprema duplicis restat soni.
praefici in verbis latinis ista nec vocalibus
poterit umquam: tantum abest ut consonis *,
ipsa cum constet duabus comparata consonis.
syllaba quacumque sane subditur vocalibus,
quando rex calixve dicis. pax latex apex senex.
ante vocales locatur in sequenti syllaba,
faxo si dicas vel axis nexus uxor noxia.
tantum apud Graecos videmus inchoantem nomina,
qui *ξένον ξανθόν* loquuntur, *ξουθόν* et *ξεινήϊα.*
consonis praefertur autem, si dirempta syllaba est
nominis verbive, cuius cum Latinis sermo sit;
expuli cum dico et exta, seu quis excussam comam
dicat aut exlex, et illud, hoc sine exquiram prius:
adde et exsortem, vel istis simile siquid finxeris.
muto vel partem prioris, si fit hirtum, syllabae,
ecfer ut dicam, vel illud, hoc tibi effectum dabo.
verba contra separata quando sic conectimus,
hanc ut ante desinentem subsequatur consonans,
E sat est solum locare. quia duplex est consona,
tres videntur syllabam unam consonantes edere:
hispidum quod porro ne sit, dico et e bello viros,
dico et e pago reversos, dico et e foro domum.
ast enim Graius locabit quandocumque hanc ultimam
sive in uno comprehensam sive verbo separi,
consonam numquam iugabit, quia sono levi studet:
nam nisi *et* vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:
κάππα enim solum sonabit, *σίγμα* vero excluditur.
sic et *ἐκπλῆξαι* loquuntur, sic et *ἐκπέρσαι πόλιν,*
sic et illud, *εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη,*

---

930 aliaque *Lachmannus* atque *M* atque alia *Micyllus* 931 *fortasse* consonas 933 ni sit *Lachmannus* nisi *M* nisi sit *Micyllus* 936 ut consonis *sine lacuna M* ut praelocetur consonis *Brissaeus* 940 locatur in *Micyllus* locatur ut in *M* 943 et *ξεινήια Micyllus* et *ξηνιηα M* 950 ECfer *M* effer *Brissaeus* 958 sine uerbo pari *M.* siue uerbo separi *vel* dispari *coniecit Micyllus*, sine uerborum pari *Dawesius misc. crit. p. 16.* sine in uerbo pari *ediderat Brissaeus* 959 nunquam iugabit *Micyllus* nun qui iugabit *M.* non x iugabit *ediderat Brissaeus* leni *Dawesius* 960 et *om. M, add. Lachmannus* 962 *ἐκπέρσαι*] *Hom. Il. A 19* 963 *εἰς τὸ κάλλος ex Eurip. Orest. 1287 (1279 ed. Pors.) Dawesius*, *εκστοματος M*

p. 2404 P.

sic et ἐκ πάντων solute, sic et ἐκ νήσου facit.
Litteras autem receptant saepe ternas syllabae,
nec minus saepe et quaternas, porro quinas parcius.
esse quia vocalis una debet una in syllaba
vel duae, diphthongos edit quando vocalem sonum,
inde rarum est consonantes addere uni quattuor;
quia vetat natura mutas iungere una in syllaba:
semivocales iugari saepius deprendimus,
in quibus iam scimus udas computari quattuor.
syllaba ergo quando quinque litteris componitur,
consonas duas necesse est et tot udas copulet,
possit ut vocalis una syllabam talem dare.
ergo frons et glans videmus esse quinas litteras:
consonans nam prima et uda, postmodo uda et consonans,
O tenent utrimque iunctam: sic et A, cum glans erit.
est et uda quando sola, dantur et tres alterae,
consonans cum sit bis una, sitve duplex tertia:
stant enim cum dico verbum, T secunda et ultima est:
strixve si dicam, supremam duplicem esse perspicis.
porro cum diphthongos inerit, fraus velut scribi solet,
e tribus videmus unam quae sit uda consonis.
nempe et esse litterarum syllaba una sex potest,
graeca cum duplex duabus solvitur nostratibus,
dixerit si forte quidam scrobs abunde fossa erit,
stirps velut dixit disertus Gracchus alter Gaïus.
Graecus hoc casu nequibit syllabam talem dare,
nec dabit per se seorsam, sed residuam nominis
eque diphthongo coactam promet et pluraliter.
namque declinare Graeci saepe sic αἰσχρούς solent:

---

987. 88 *Serv. in Verg. georg. II 288*

---

966 quatternas *M* 981 t secunda et ultima est *Brissaeus* T secunda T et ultima est *M* 983 uelut ς ut *M* 984 e tribus — quae sit *Micyllus* Et tribus — quae est *M* 985 nempe et esse *Lachmannus* Nec mouet esse *M* esse nec non *Micyllus. an* namque et esse, *ut v. 1154?* 987 *Serv. in Verg. georg. II 288* ut etiam supra diximus, scrobes sunt masculini generis. nam et Cicero in oeconomicis sic dicit, et Plautus ait 'sexagenos scrobes'. minor autem est Lucani et Gracchi auctoritas. nam Lucanus ait *(VIII 756)* 'exigua posuit scrobe'. Gracchus 'abunde fossa scrobis est ('*immo* scrobs erit' *Lachmannus*)', quod exemplum in Terentiano est. *et de Graccho, cui nominativus* stirps *a Terentiano tribuitur, Servius erravit, et verba corrupit* fossa erit *Lachmannus* fossa est *M* fossus est *Micyllus.* scrobis abundae quod fossa est *ediderat Brissaeus* 990 sed *Micyllus* et *M* 991 eque diphthongo *editor Sanctandreanus* Aeque diphthongo *M* Atque diphthongo *Brissaeus* 992 Graeci ς graecis *M*

p. 2405 P.

αι prior si separetur, sex erunt superstites:
ἀρτικόν nam cernis esse *σίγμα* primum et ultimum,
alteram diphthongos auxit copulando litteram,
consonans et uda complent syllabam senariam.

Nunc per ipsas ire pergam syllabas, quae versibus
scrupulum solent movere, ratio si non cernitur.
Sed quoniam exemplis heroi carminis uti
res monet, ut pedibus sistat sua regula iustis,
seu vitium incessit, metri ratione probemus,
aptius est nobis simili decurrere norma,
discolor alternos referat ne pagina versus.
Spectandis pedibus quae sunt nimis obvia, mittam:
natura longas quid enim tractare necesse est,
aut facili positu et plana ratione patentes?
quae pueris etiam promptum est occurrere parvis.
nec mihi Graecorum ratio est attingere *κοινάς*,
quarum rarus inest nostris in versibus usus,
nec tanta in pedibus venia conceditur uti.
e brevibus quotiens longae redduntur, oportet
versificatorem, quid littera quaeque ministret,
dispicere atque aptas natura iungere secum,
vel discordantes mutatis vincere verbis.
consona sed sane gemina est cum praedita verbo,
seu medio in pede sunt, sive has pes proximus infert,
quam dubias pedibus soleant adferre figuras,
ut possum, paucis nitar discernere verbis.
Syllaba prima brevis quemcumque pedem generabit,
longa fit a geminis, quibus indita consona vis est,
seu pariter iunctae, suberuntve in parte sequenti,
seu sunt divisae finemque caputque tenentes.
exemplis manifesta magis reddenda videntur.
'postquam res', prior est iunctis adiuta duabus:
subiectis aeque fiet, cum dicimus agros:
'at tu sume pedum', divisas cernis utrasque.

1010 *Serv. in Verg. Aen. V 467*

---

ante v. 997 maius spatium relictum est in M 1000 sua] seu *Petrecinus* 1010 pedibus] metris *Servius in Verg. Aen. V 467* 1019 breuis quēcunque *M* breuis quaecunque *Aldus inst. gramm. p. 247 et* ς breui quencunque *Lachmannus. primum pedis syllabam natura brevem, sive dactylus sive spondeus pes sit, positione longam fieri Terentianus dicit* 1024 postquam] *Verg. Aen. III 1* 1026 at] *Verg. bucol. 5,88*

dactylon haec eadem poterit totiens dare forma,
quando brevem mediam brevis aeque tertia claudet.
nunc age, nescio quis, nec non et Belgica collo,
uda etiam quocumque loco, seu subdita detur,
libera seu, verbo quasi consona curret in uno,
'arma virumque cano', 'duris agrestibus arma'.
Si sit longa prior, mox hanc correpta sequatur
vocalis verbi pariter cum fine resistens,
syllabaque adiaceat geminis exorta sonoris,
non semper videas spondeon posse creari;
quia mutas ita coniungi natura recusat,
ut pariter poni possint in parte sequenti:
udas nec possis umquam praeponere mutis:
nec tempus praestant udae, cum subiciuntur
nominis in capite aut verbi. superest igitur quid?
ut sint divisae, subduntur quando trochaeo;
unam detineat sequitur quae syllaba primam,
atque ita vocalis superet non sola trochaeo;
altera succedat, qua proximus exoritur pes.
'et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae':
'postquam res Asiae': geminum hoc exemplar habebis.
Ergo ut vocalis remanens in fine trochaei
et verbi finem faciat, spondeon et edat,
unicus efficiet casus, si qui sequitur pes
nascatur certis, quas debet habere, sonoris,
dum caput obtineat fortissima littera verbi.
haec quae sit, iam scire potes, si prima tenebis,
quae tibi, cum loquerer septem quoque semisonantes,
discrevi titulo et numero signante notavi.
haereat ergo animo sexta hinc tibi vivida perquam
littera de numero, quam dixi, semisonantum;
quae sibi tres tantum poterit subiungere mutas,
si quando scutum spumas vel stamina dico.
haec sola efficiet, nudo ut remanente trochaeo
spondeum geminae possint firmare sonorae.

1058. 59 *v. 928–930*

1027 forma *Aldus* formam *M* 1029 Belgica] *Verg. georg. III 204* Belgica vel molli melius feret esseda collo 1032 arma] *Verg. Aen. I 1* duris] *Verg. georg. I 160* 1035 syllabaque *Aldus* syllaba quae *M* 1040 subiiciuntur *M* 1043 quae *Brissaeus* qua *M* 1046 *Verg. georg. III 102* 1051 sonoris *Aldus* sonoras *M* 1056 hinc] haec *Aldus inst. gramm. p. 291* perquam *Lachmannus* parque *M* parsque *Aldus* 1057 dixi] *v. 910*

p. 2406. 7 P.

exemplis, an prava sequar vel recta, probato.
quisque scire cupit vel quisque scribere curat,
ante stare decet cum dico et separo verbum,
ante Stesichorum vatem natura creavit,
ultima vocalis remanens finisque trochaei
excipitur geminis, quis proximus exoritur pes;
quae quamquam capite alterius verbi teneantur,
sufficiant retro vires et tempus oportet,
consona quod debet geminata referre priori.
nam cur spondeo credas non reddere tempus,
quae tali positu, cum dactylus incidit, obstant?
incipe si dicas et scire aut scribere iungas,
creticus efficitur. quis viribus ergo nocebit
subdita praeteritae, cur isdem viribus aeque
tempora non praestet, cum sit subiecta priori?
quin mirum magis invenias, ut tempore duplo
semisonans istaec pariterque et muta cohaerens
correptam retro nequeant augere trochaei.
nam nisi vocalis producta sequatur utrasque
tertia, quas dixi nullum poterunt dare tempus.
scire etenim cum dico et stare spumeus amnis,
tertia vocalis producta adiungitur illis,
atque inde accipiunt vires prosuntque priori:
si fuerit correpta, nihil praestare valebunt,
cum scapulam spatium stimulum subiungo trochaeo.
quippe pedem primum nisi pes comitabitur alter,
desinit esse caput versus, est prosa loquela.
pes etenim speciem metri numquam facit unus,
quia et variis pedibus loquimur sermone soluto,
nec metrum facimus, quia fungimur ordine nullo.
adde quod hic primum cernis nutare trochaeum,
quem tantum in fini sumunt heroica metra.
cui si dactylici generis subiungitur alter
a geminis ortus, cui sit quoque tertia longa,
cum fit dactylus ipse, simul quoque reddat oportet
spondeum, pleno qui tempore solus egebat.
cum correpta adeo vocalis tertia curret,
si positu longa efficitur, pedis efficit orsum,
dactylicumque parat iam rite effingere metrum,

1062 sequarne an recta probabo *coniecit Santenius* probabo *Aldus* 1064 AnteSTare *M* 1075 hisdem *M* 1088 est prosa loquela *Lachmannus* et prosa loquela *M* et prosa loquela est *Petrecinus* 1099 positu ς posito *M*

p. 2407 P.

suggerit et tempus, quantum producta solebat.
quod nos exemplis aeque firmare decebit:
unde scissa coma est aut unde spissa corona,
ecce stagna madent: triplici sic syllaba pacto
temporis accessu non tantum est reddita longa,
sed dedit et vires geminis augere trochaeum.
Dactylus in brevibus vocales quando supremas
servabit verbique simul cum fine resistet,
si pedis alterius primordia consona et uda
subnectent, pes incolumis vegetusque manebit:
consona si gemina est, qua proximus incipiet pes,
cuius principium sexta haec, quam dico, tenebit,
dactylus ille prior, quamvis sermone peracto
discretus liberque pedis compage secundi,
sentiet accessum momenti et temporis auctum.
exemplo versus unius utrumque probabis,
'ante supinatas aquiloni ostendere glebas'.
tendere cum verbi finem simul et pedis explet,
nil obstant pedis alterius modo consona et uda.
syllaba si contra veniat, qualem modo dixi,
temporibus vitiatus erit pes integer ante,
ante supinatas aquiloni ostendere strages:
tertia sic longa efficitur, pes creticus exit.
vel tu finge aliud, dum talis syllaba detur:
sed nullam invenies, nisi littera sit prior ista,
quae sexto praescripta loco est atque ordine earum,
dimidium vocis quas edere diximus ante.
Syllaba difficilis quotiens correpta secunda
indiget auxilio, quo tempora bina ministret,
dactylus inde magis, spondeus rarior exit.
nam cum finitur vocali sermo trochaeum
destituens, iam pes in dactylon ire videtur,
inque breves geminas longam laxare secundam,
spondeus quo more solet dare dactylon ex se.

1103 *Serg. de syll.* 479, 5 *Serv. in Don.* 424, 18 *Cledon.* 29, 26 *Pompei.* 117, 23 *Consent.* 399, 22 *[Victor.] de final.* 230, 13 *Marcian. Capell. III* 278 *p.* 69, *ed. Eyss.*

1103 *Verg. Aen. VIIII* 478 scissa comam muros amens atque agmina cursu Prima petit, *ib.* 508 interlucetque corona Non tam spissa viris 1104 *Verg. georg. III* 428 et dum Vere madent udo terrae ac pluvialibus austris, stagna colit 1117 *Verg. georg. II* 261 1118 stendere *Brissaeus* 1123 sic longa *Brissaeus* si longa *M* 1126 praescripta *Brissaeus* proscripta *M* 1129 quo tempora bina ministret *Lachmannus* quo tempora bina ministrat *M* quod tempora bina ministrat *Brissaeus*

p. 2407. 8 P.

quippe ubi sola manet verbi vocalis in imo,
et brevis haec abscissa etiam comitemque requirens
nullaque consona iuncta parat dare temporis auctum,
nil iam spondeo videas superesse relictum.
vel tu ruricolae primum decurre Maronis.
Liber et alma Ceres: et ferte simul Dryadesque:
munera vestra cano: et studium cui prima frementem:
ipse nemus: tunc dique deaeque: atque arva tueri:
quique novas: et quique satis: et teque sibi: mox
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
anne novum: tunc ipse tibi: plus parte relinquit:
vere novo gelidus canis: et taurus aratro:
et quid quaeque ferat regio: et quid quaeque recuset.
bis decies unumque supra, nisi fallimur, ecce
dactylon efficiet talis, quem dico, trochaeus,
spondeum at nullum potuit dare versibus isdem.
Namque etiam duplex quae nobis una relicta est,
principium verbi quoniam proferre latini
non valet et tantum vocali subdita currit,
cum graecum inciderit nomen. quo possumus uti,
si post dactylon accedat, nil tempore duplo
officiet. gemini poterunt quod pandere versus,
pontibus instratis coniunxit litora Xerxes,

1160. 61 *Cledon. 27, 31 Pompei. 119, 26* 1160 *Serg. de syll. 479, 29 Beda de metr. 2355*

1136 etiam] aliam *Aldus inst. gramm. p. 282* 1140 *sqq. exempla trochaeorum ex Vergilii georgicorum libro primo petita leguntur duodeviginti, v. 7* alma, *11* ferte, *12* vestra *et* prima, *16* ipse, *21* dique *et* arva, *22* quique, *23* quique, *31* teque, *32* anne, *34* ipse, *35* parte, *37* dira, *43* vere, *45* taurus, *53* quemque *bis. quibus si adduntur eiusdem generis exempla tria, quae in eadem libri parte restant, v. 30* sola colant, *47* illa seges, *52* cura sit, *efficitur numerus exemplorum viginti et unius. praeterea addi poterat v. 3* cura boum; *pro v. 45 autem* taurus aratro *(v. 1149) scribendum erat v. 44* gleba resolvit. *retinui scripturam principis editionis praeter ea quae errori grammatici tribuenda sunt etiam neglegentia librariorum corruptam* 1141 et studium] tuque o *Brissaeus ex Verg. georg. I 12* 1141—1144 frementem Fudit equum magno tellus percŭssă trĭdenti. Ĭpsĕ nĕmus. Tegeaĕĕ făuens oleaĕque Mĭnerua Dīquĕ dĕaeque omnes, studium quibus ăruă tŭeri *Aldus, quem editores ante Lachmannum secuti sunt* 1145 teque] quaeque *Aldus* 1146 nec tibi *sqq. post. v. 1147* anne *sqq. transposuit Lachmannus* 1147 tunc *Aldus* nunc *M* 1148—1150 Vĕrĕ nŏuo gelidus canis cum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se glēbă rĕsoluit Et quid *sqq. Aldus et editores ante Lachmannum* 1150 QVEQVE REcuset M 1153 at *Lachmannus* et *M* 1155 *et* 1156 *rectius post v. 1157 legerentur* 1156 uocali *Brissaeus* uocalis *M* 1158 tempore duplo *Micyllus* tempora duplo *M* tempora duplex *Brissaeus* 1160 *versum a Terentiano, ut videtur, fictum collato versu Ennii apud Varronem de ling. lat. VII 21 Ennio tribuit Columna Enn. fragm. p. 129 ed. Hess., in annalium libro XIII posuit Merula Enn. ann. fragm. p. 537* littora *constanter M*

p. 2408. 9 P.

sanguine turbatus miscebat litora Xanthus.
litora pes longa constat brevibusque duabus:
tempora nec laedit duplex, quin dactylus extet.
pro duplici contra gemina est si consona, laedit,
pontibus instratis coniunxit littora Sciron.
in tantum vegeta est et vivida littera sexta,
cum prior est, et muta loco subiecta secundo:
arcticon idcirco stoechion Graecia dixit.
sed non principium nunc nominis incohat ipsa,
cum duplicem reddit, sequitur sed pone priorem,
cum Xanthum Xerxen aut Xuthum et talia pono.
nam ξῖ, quod Graecis commune videmur habere,
κάππα et *σίγμα* facit, non *σίγμα* et *κάππα* secundo:
nec sonus est illis idem nec littera prima;
quae cum mutatur, mutatur origo sonandi.
sic *Ξέρξης* duplicem praestat, *Σκείρων* aliquid plus;
ut supra ostendi, cum scire et scribere curat
vel scutum spatium spumas aut stamina dixi.
Imo velim spectes, quam multa occasio detur,
cum remanet nutans etiam dubiusque trochaeus,
dactylus ut crebro, spondeus rarior extet.
syllaba vocali quando est finita secunda,
tertia vocalem si subicit, biscere credas:
est tamen exemplum, vocalis consona si fit,
'ante Iovem nulli subigebant arva coloni'.
vocalem mediam si consona suscipit una,
dactylus incolumi constabit lege sonoque,
'ante tibi eoae Atlantides abscondantur'.
consona si mediam determinat, altera porro
vocalem adnectit, simili pes lege probatur,
'venit et upilio, tardi venere subulci'.
si mediam vocalis habet, quam consona et uda
excipiunt, nequeunt geminae vexare priorem,
'unde tremor terris' aut hoc, 'percussa tridenti'.

1192—1200 *Pompei. 118, 15*

1162 breuibusque ς breuibus quae *M* 1163 dactylus ς dactylos *M* 1169 nunc tunc *Micyllus* 1172 Nam ξ quod *M* 1173 et *κάππα* secundo ς et *K* secundo *M* 1174 est illis *Lachmannus* ex illis *M* 1176 *σκείρων Micyllus σκηρων M* 1177 supra] *v. 1063. 1059* curat *Brissaeus* curas *M* 1178 spatium] sputum *Brissaeus* 1183 subiicit *M* 1185 *Verg. georg. I 125* 1188 *Verg. georg. I 221* 1190 adnectit *Brissaeus* aduectet *M* 1191 *Verg. bucol. 10, 19* bubulci *Brissaeus ex Vergilio* 1194 unde] *Verg. georg. II 479* percussa] *Verg. georg. I 13*

p. 2409 P.

dactylus efficitur: nam longa est reddita prima,
et mediam nil uda iuvat, quae subdita currit:
sic manet unde brevis, sic et percussa tridenti.
syllaba si contra fortisque et vivida detur,
unde scire potes, percussa spumat harena,
reddet spondeos iusta ratione locatos.
nec modo quia verbo finem facit unde, putato
sic cecidisse: magis sermone notabis in uno
congruere ut cassae pariter sint consona et uda,
'et solem geminum et duplices se ostendere Thebas'.
et duplices mediam non possit reddere longam.
perspicis udarum quam vis modo fiat inanis,
subiectae quotiens et iuris sunt alieni.
Hoc et diversa melius ratione patebit.
vocalis mediae nam quando residet in udam,
tertiaque accedens similem geminaverit udam,
spondeus plenis reddetur temporibus pes,
'attollitque animos: Poenorum qualis in arvis':
'et Tyrrhena pedum circumdant vincula plantis'.
nec non vocalis primae si quamlibet udam
contineat, veniensque aliam subiecerit udam
praepositam longae, spondeon cernimus edi,
'Pallenen: hunc et Nymphae veneramur, et ipse'.
'Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos'.
si fuerit correpta sequens, et tertia talis
iungenda est, pes sic geminis fit dactylus udis,
spondeum qualem geminae fecere priores,
'Palladia gaudet silva vivacis olivae',
'Parrhasio dictum Panos de more Lycaei'.
cur tantum valeant udae, modo reddita causa est:
consona quia vis est illis. nunc libera namque
utraque complexu alterius nec subdita currit:
inter vocales positas nam cernimus ambas.
Quattuor udarum primam quartamque videmus
in pedibus varias effingere posse figuras:
uda secunda sed his et tertia dissimiles sunt,

1208—1257 *v. 856—906*

1204 *Verg. Aen. IIII 470* ut solem *Micyllus* 1205 et duplices *Aldus inst. gramm. p. 281* Et DVPLicem *M* possint *Aldus* 1206 quam uis ς quanuis *M* 1211 plenis *Santenius* plenus *M* 1212 *Verg. Aen. XII 4* 1213 *Verg. Aen. VIII 458* 1217 *Verg. georg. IIII 391* ipsae *M* 1218 *Verg. Aen. VII 426* 1222 *Verg. georg. II 181* 1223 *Verg. Aen. VIII 344*

p. 2409. 10 P.

consona nulla potest quoniam sociare secundam
sermone in nostro, sicut positum ante tenemus;
tertia non aliter mutae subiungitur uni,
quam quotiens Gnaeum gnarum gnatumque loquemur,
syllaba dum primas habeat geminisque creetur.
has etiam geminas pedibus similes dare formas
invenies, geminae quot prima et quarta dedere,
'talia flammato secum dea corde volutans',
'non anni domuere decem, non mille carinae',
'quam multa in tectis', 'una cum gente tot annos'.
dactylus hinc etiam reddetur talis, ut illinc,
'quem mea carminibus meruisset fistula caprum',
'annuus exactis completur mensibus orbis'.
nec non et mutas geminas componere possis,
obba et Tucca velut, muris velut additur agger,
Oppius advenit, comes est quoque Tettius illi.
uda igitur numquam praebebit subdita tempus?
praebebit verbo deprensa aut nomine eodem:
replet cum dico, subiecta est uvida mutae:
Atlas ut graeca, sic profero voce latina.
uda secunda utinam nostra sic voce sederet!
exemplo sat erit qui dixit 'membra Pyracmon'.
tertia tum cycnus. sed quarta frequentior his est:
nam mutis docui subiectam hanc omnibus esse.
Fabricium dixit, 'sacrum qui', 'limite quadret',
agricola et vepres, dixit 'saluere per utres'.
tempora sic praebent udae, cum subiciuntur.
Si pars sermonis perstat nec fine trochaei
finitur, geminae praebebunt tempora mutae,
quae secum iungi possunt, ut diximus ante,
siqua prior seu posterior correpta locatur:
sermonis dixi, non hanc pedis esse priorem.
cum prior est, duplici exemplo contentus abito.
'et genus invisum et rapti': prior hic brevis est RA,
longa fit a geminis, quas proxima syllaba praebet

1237 quot *Santenius* quod *M* 1238 *Verg. Aen. I 50* 1239 *Verg. Aen. II 198* 1240 quam multa] *Verg. georg. I 449* tam multa *Brissaeus ex Vergilio* una] *Verg. Aen. I 47* 1241 ut illinc *Santenius* ut illic *M.* hic etiam — ut illic *coniecit Luzacius apud Santenium* 1242 *Verg. bucol. 3, 22* 1243 *Verg. Aen. V 46* 1252 membra] *Verg. Aen. VIII 425* 1253 cyCNus et *M* cygnus sed *Brissaeus* 1255 Fabricium] *Verg. Aen. VI 844* sacrum qui] *Verg. Aen. II 230* limite quadret] *Verg. georg. II 278* 1256 saluere] *Verg. georg. II 384* 1257 subiiciuntur *M* 1258 si pars ς Si par *M* 1264 *Verg. Aen. I 28*

p. 2410. 11 P.

eiusdem verbi: nam P sequitur simul et T.
'quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto':
pro geminis duplicem recte subiungere possis.
sic reddunt longas, quod dudum posse negavi,
finitur quoniam pleno tunc sermo trochaeo,
vivida nec praesto est totiens tibi littera nota:
nunc sermo incolumis sibi vires ipse ministrat.
at quotiens correpta sequens est syllaba, posse
spondeum fieri, si syllaba tertia tales
substituat geminas, exempla tibi totidem do,
'efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto',
'hunc illa exceptum'. correptas cernimus ambas
sermonum voces positas in parte sequenti;
sed tamen has etiam reddet tibi syllaba longas
tertia, quae geminis constat subiecta sonoris,
quia sermo ipse manet nulloque est fine recisus.

Forsitan hunc aliquis verbosum dicere librum
non dubitet; forsan multo praestantior alter
pauca reperta putet, cum plura invenerit ipse;
deses et impatiens nimis haec obscura putabit:
pro captu lectoris habent sua fata libelli.
sed me iudicii non paenitet: haec bene vobis
commisi, quibus est amor et prudentia iuxta,
et labor in studiis semper celebratus inhaeret:
vos sequar, in vestro satis est examine cautum.
haec ego cum scripsi, bis quinis mensibus aeger
pendebam ambiguum trutina sub iudice corpus,
alternum nutans et neutro pondere sidens:
nam neque mors avide nigros pandebat hiatus,
nec vitam forti retinebant stamine Parcae.
sic varios tam longa dies renovando dolores
duxit ad hoc tempus semper sine fine minando.
cum potui tamen, obrepens incepta peregi,
quo vitae dubius vel sic vixisse viderer.

1296. 99 *Serv. in Verg. Aen. IIII 413* sic Terentianus 'ut vitae dubius varios renovando dolores'

1267 *Verg. Aen. XI 721* 1271 vivida *sqq. post v. 1272* nunc *sqq. habet M, transposuit Lachmannus* 1276 *Verg. Aen. I 160* 1277 hunc *Santenius* Nunc *M*: *Verg. Aen. XI 684* *v. 1282 cum superioribus sine interstitio coniunctum habet M, separavit Lachmannus*

DE METRIS

Nulla vox humana constat absque septem litteris,
rite vocales vocavit quas magistra Graecia:
quicquid audis praeter istas, pars soni, non vox erit.
quinque contenta est figuris Romuli latinitas:
η et ω longas enim nos non habemus litteras,
nec breves semper vocamus his duas contrarias.
ceteras tres, quae supersunt, dichronas cognominant,
corripi quod saepe eaedem, saepe produci valent.
porro cunctas noster usus quinque vocales suas
corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,
utitur longis et isdem brevibus aeque fungitur,
nec brevem semper requirit, semper aut quae longa sit,
omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis.
in brevi sed tempus unum est, bina longae possident.
  Vna vocalis iugata consonanti aut pluribus
syllabam reddat necesse est. syllabam Graeci vocant,
ore quod simul profectae copulant unum sonum:
vinculum nam signat ista congregale dictio.
et tamen vocalis una quando pars sermonis est,
syllabam dici necesse est, cum sit una littera.
  Cum brevis duas habebit adiacentes consonas,
sive secum vel sequenti copulatas syllabae,
singulae vel dividentur, longa fiet e brevi,
non secus producta quam si temporis dupli foret.
nec minus longam probamus, una cum duplex erit,

1300—1334 *Mar. Victor. 31, 17—32, 6* 1300—1313 *v. 354—364* 1300. 1301 *Serg. explan. in Don. 520, 5* 1300 *Mall. Theod. p. 548 ed. Gaisf.* 1317 *Pompei.* 111, 21.

DE METRIS] DE VOCE *M* TERENTIANI MAVRI DE METRIS OPVS VARIO CARMINE COMPOSITVM *Micyllus* 1301 rite quas vocales vocat et magistra Graecia *Sergius explan. in Don. p. 520, 7* 1310 et eisdem — fungitur *supra v. 362,* sed isdem — fungitur *hoc loco M* 1314 DE SYLLABIS *M* 1320 DE POSITIONE LONGIS *M*

p. 2412 P.

quia duarum consonantum vim suo praebet sono.
vel gemellis cum iugamus syllabam vocalibus,
misceant sonum necesse est, iure distent temporum.
A et E simul iugatae sive cum illa singulae,
quinta quae vocalis est, longam creabunt syllabam.
I et U non hoc valebunt, sive praesint alteri,
vel sibi cum copulantur; quia prior fit consonans,
illa quae remansit inde tempus unius tenet
sive duplum, quale et omnis, quando producta est, habet.
O cum E tantum iugatae longa semper syllaba est.
Cum duas sermonis usus comprehendit syllabas,

* * *

hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara sit,
ante quae natura quaeque ratio sit dicam pedum.
sed prius nitar docere simplices quos nominant,
una vis quod syllabarum est, quando binos scandimus.
Ergo cum duas videbis esse iunctas syllabas,
effici pedem necesse est, sint breves ambae licet:
una longa non valebit edere ex sese pedem,

1340—1347 *Diom. 475, 1—4*

1326 cum iugamus *Brissaeus* coniugamus *M* 1328 a et e simul iugatae siue cum illa singulae *Lachmannus* V et E simul iunctae uel cum illa singulae *M* a et e iunctae simul uel utraeque cum illa singulae *Micyllus* a et e simul ingatae uel cum illa singulae *Santenius* 1329 quinta quae uocalis audit, syllabam longam creant *et in addendis p. 421* quinta quae vocalis, ex se syllabam longam creant *coniecit Santenius.* 1334 o sed e tautum iugatae *Lachmannus. fortasse* o cum e tantum iugata *omissa ante* e *litteram singularem elisione* 1335 *lacunam post v. 1335 indicavit Lachmannus. idem praef. p. IX ea quae Servius in Verg. Aen. VI 792 de* c *littera communem syllabam in metris faciente Terentiano tribuit huc referenda existimavit, 'nec negauerim Terentianum post uersum 1335 inter caetera de communibus syllabis dixisse, quamuis de syllabis uersu 1009 rariorem earum in Latinis uersibus usum esse scribat. itaque uidendum est an Marius Victorinus in his quoque quae habet p. 2474 (p. 31, 3—16) Terentianum secutus sit'. Servii locum ad v. 1667 adscripsi. Marius Victorinus autem in ea parte quae est ante p. 31, 17 Terentiani libro usus non est; neque post hunc locum, in quo versus Terentiani exscripsit, reliqua quae de litteris consonantibus subiecit p. 32, 6 sqq. e versibus hoc loco omissis eum petivisse dixerim. nam de vi consonantium dictum est v. 1320 sqq. quare pauca excidisse videntur, quibus duabus syllabis comprehensis pedes per sublationem et positionem gradientes fieri dictum erat: cf. Diom. p. 474, 30. versu 1335 disputationem de pedibus, quae versu 1340 recipitur, indicari vidit Westphalius Metr. v. I p. 143, quamquam supplementum lacunae parum probabile proposuit hoc,* Cum duas sermonis usus comprehendit syllabas Sive tres simul iugatas, simplices fiunt pedes; Simplices duo gemellum procreant disyllabi. Latius tamen patescat nostra disputatio, Hoc ut exemplis probemus resque ut omnis clara sit. Sed prius nitar docere simplices quos nominant, Ante quae natura quaeque ratio sit dicam pedum, Vna vis *sqq.* 1340 uinctas *M*

p. 2412. 13 P.

ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
brevis utrimque sit licebit, bis ferire convenit:
parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit
(ἄρσιν hanc Graeci vocarunt, alteram contra θέσιν):
una porro bis feriri quando poterit syllaba?
temporum momenta sane lege certa dividunt,
seu duas pes quisque iunget sive plures syllabas.
aut enim quantum est in ἄρσει, tantum erit tempus θέσει,
altera aut simplo vicissim temporis duplum dabit,
sescuplo vel una vincet alterius singulum:
quicquid istis discrepabit, absonum reddet melum.
latius tractant magistri rhythmici vel musici:
nos viam metri studemus parte ab aliqua pandere.
ergo cum reddenda rursus haec erit distinctio,
qua pedum natura poscet, satis habebo attingere.
nunc pedes accedo primos, quos vocant disyllabos.
 Primus ille est, iure primus, ἡγεμών qui dictus est,
auctor et ductor melorum, qui duas breves habet.
ante enim breve est creatum, redditum longum dein,
sicut unum numerus ante quam secundum prodidit.
ergo natura repertus iure princeps dicitur,
ante quem non est creatus, quem sequuntur ceteri.
δίβραχυν dixere Graeci, quod sit ambabus brevis.
πυρρίχιος idem vocatur: quippe et aptus pyrrhichae
tam cito motu recursat, quam breves hi sunt soni.
tertium detrecto nomen: lege nam metri vetor:
παρίαμβον namque dicunt, si probatis ἔκτασιν,
ars vetat primae negare spatia bina syllabae.
reddere autem pedibus isdem plura cogor nomina,
nequis erret, quando nomen aliud alibi invenerit,
ac putet pigrum vel artis usque ad ista nescium.
huius exemplum videbis esse, cum dices h o n o r.
est huic adversus ille qui duas longas habet,
syllabis compar priori, temporis duplum merens;
qui quod in templis canorus a sono vocis malae
auribus libantis obstat et favet, spondeus est.

1352 *Prisc. l. VI 228, 9*   1359—1565 *Mar. Victor. 44, 10—48, 23*   1359—1369 *Diom. 475, 9—51*

1346 DE ARSI ET THESI. Arsin hanc *M*   1355 nos uiam ς Non uiam *M*   1357 quae pedum *Brissaeus*   1359 DE PEDIBVS DISYLLABIS *M*   1365 DE PYRRHICHIO ET SPONDEO *M*   1368 det recto *M*   1369 **παρίαμβον** ***Micyllus*** **παριαμβος** *M*

p. 2413 P

hunc sonabis, sive r e g e s sive c i v e s dixeris.
verum uterque quantum in arsi, tantum habebit in thesi:
temporum mensura dispar, lex soni communis est.
qui brevem primam tenebit, deinde longam syllabam,
erit iambus, pes virilis acer et raptim citus.
nec minus currit trochaeus, lege versa temporum,
syllaba longus priore, parcior novissima:
χόριος idem nuncupatur a magistris plurimis.
terna rite partientur ambo vicibus tempora:
ἄρσις unum possidebit, quando iambum partior;
fiat alternum necesse est, cum trochaeum divides.
vis iambum, dic p a r e n s; *si* vis trochaeum, R o m a dic.
hactenus vicissitudo vertitur disyllabum:
nam quater reciprocantur numerus et tempus duplex.
  Octo porro procreantur, quos vocant trisyllabos.
τρίβραχυν primo loquemur, tunc sequentur ceteri,
ut pedes sibi recursant temporum adversi vice.
namque huic adversus ibit qui tribus longis patet:
hunc molossum nominarunt, hunc et *ἵππειον* vocant.
temporum tria ille habebit, iste duplo tenditur;
quae tamen cum partieris, simpla duplis reddito.
forma talis est minoris, a n i m a quando dicimus:
hic trilongus tunc sonabit, quando R o m a n o s loquor.
qui breves primas habebit atque longam tertiam,
is erit *ἀνάπαιστος*: sat audis quot sit iste temporum
(versus hic nusquam vacillat, hoc suo reddam loco):
huius exemplum tenebis, quando p o p u l o s nominas.
dactylum post hunc loquemur: nam priori adversus est,
ordinis situ repugnans, temporum consors modo:
nam breves longam sequuntur, quando dico R o m u l u s.
horum uterque tempus aequum librat arsi cum thesi.
cum duas longas sequetur una brevior syllaba,
pes erit *βακχεῖος*, *ἀντίβακχος* autem tunc erit,

1380 *Diom. 476, 17*

1380 habebit ς habet *M* 1386 *χοριος Aldus inst. gramm. p. 333*, *χορεῖος M* 1390 si *om. M*, *add. Lachmannus. idem in margine editionis Venetae scriptum indicavit Santenius.* parens, uis tu *τροχαῖον Aldus* 1391 *δισυλλάβων Aldus* 1400 minoris *Aldus* minori *M* 1401 Romanos *Aldus* ROMANVS *M* 1403 sat audis quot sit iste temporum *Lachmannus* satis uides quot sit iste temporum *M* uides quod iste pes sit temporum *Aldus* 1404 suo reddam loco] *v. 2351 sqq. cf. v. 1452* 1409 arsi *Lachmannus* arsim *M*. horum utrunque tempus aequum librat *ἄρσιν* cum *θέσει ediderat Brissaeus. cf. Mar. Victor. p. 45, 19* horum in arsi et thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabae 1411 *ἀντίβακχος Aldus* *αντιβακχειος M*

p. 2414 P.

cum brevem primam locabis et duas longas dein:
nomina aut vertens vicissim, cum priorem dixeris
antibacchum, nominato qui redit contrarius.
temporum mensura par est: bina ternis appara,
ut pedum natura poscet ante vel retro brevem.
forma ut est Romanus illi, sic Catones alteri.
septimum pedem loquemur, quem vocant ἀμφίβραχυν,
cum duae breves utrimque, media longa ponitur,
quale si velis amoenus aut amicus dicere.
arsis hinc sumat necesse est tria priora tempora
et thesi relinquat unum: vel licet vertas retro,
arsis uno sublevetur, deprimant thesin tria.
par pari figura non est, pugnat unum cum tribus,
nec modum dupli rependit, nec tenetur sescuplo:
exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.
pes adest supremus unus octo de trisyllabis,
ἀμφίμακρος: hunc priori perspicis contrarium:
nam duae longae receptam continent intus brevem,
Romulos si nominemus, Apulos aut Doricos.
sescuplo metimur istum: quinque nam sunt tempora:
nunc duo ante tria sequuntur, nunc tribus reddes duo,
Italum si quando mutat Graius accentus sonum.
Apulos nam quando dico, tunc in arsi sunt duo:
Σωκράτην Graius loquendo reddet in thesi duo.
creticum appellant eundem, forte Curetum genus
quo modos ludo sub armis congruentes succinat.
primus iste pes locatur his ubique in versibus,
optimus pes et melodis et pedestri gloriae.
plurimum orantes decebit, quando paene in ultimo
obtinet sedem beatam, terminet si clausulam
dactylus spondeus imam, nec trochaeum respuo:
bacchicos utrosque fugito, nec repellas tribrachyn
(plenius tractatur istud arte prosa rhetorum):

1439—1444 *Rufin. de metr. p. 2721* Terentianus de cretico, hoc est amphimacro pede, sic dicit, Optimus *sqq. cf. id. p. 2714*

1413 uertens *Lachmannus* uertes *M* 1414 antibacchum *Micyllus* Antibacchium *M* *ἀντίβακχον Aldus* 1417 illi *Aldus* ille *M* 1426 *Mar. Victor. p. 41, 16* unde minus aptus pes in metris, musicis autem consentaneus existimatur 1427 unus octo de trisyllabis *Aldus* uno acto de tribus syllabis *M* 1435 SOCRATEM *M* *Σωκρατον Aldus* 1439 pedestris *codices Rufini de metr. p. 2721* 1440 orantis *Rufinus* pene in ultimo | QVI PEDES IN VLTIMO ESSE DEBEANT | OPTINET sedem *M* 1443 bacchios *et* refellas *codices Rufini* 1444 DE SOLVTIONE PEDVM *M. versum 1444 post v. 1446 positum habet Rufinus, quem secutus est Brissaeus*

p. 2414. 15 P.

nam solet longam trochaeus solvere in duas breves;
unde et appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn.
nec minus frequens iambus tribrachyn ex sese creat.
solvit et spondeus imam, cum propagat dactylum:
cum prior solvetur, edet dactylo contrarium.
amphimacros saepe primam, saepe solvit tertiam;
quin et ambas saepe solvens quinque componit breves,
versus est ut ille noster, quem probare debeo.
regulam reddemus omnem debito metri loco.
nulla enim *non* longa solvi per duas breves potest:
dum suo pedi reservet praestituta tempora,
syllabarum nil nocebit longior progressio.

Nunc incipiam bis geminos pedes referre,
quasi si repetam quos docui disyllabos iam,
unum ut faciant duo pariter pedes iugati.
προκελευσματικός primus erit: breves habebit
hic quattuor omnes, duo quia sunt pariambi:
hunc efficiet Minucius ut quis vocitetur.
versum dabo, quo regula nota fiat omnis,
perit abit avipedis animula leporis.
hunc nos pedibus scandere convenit iugatis:
tetrametrus erit, tribrachys in fine resistet,
pariambon habebit simul et semipedem unum,
detracta sit ut quarta pedi syllaba quarto.
catalexis enim dicitur ea clausula versus,
quam syllaba vel pes numeri datus minoris
ita terminat, ut discrepet id quod inde restat.
adversus huic tempora bis quaterna sumet:
δισπόνδιος hic dicitur: ecce nomine ipso
debent duplici tempora singuli quaterna.
rhythmis magis hic iugiter invenitur aptus:
anapaestica nec non variantur inde metra,
quasi si duo sint, tempora qui quaterna reddunt.

1460 *Caes. Bass. 264, 26* 1464 *Mar. Victor. 99, 14: 147, 18*

1447 ex sese creat *Lachmannus* ex se creat *M* ex se procreat *Aldus* 1448 imam] unam *M* 1449 edet *Aldus* ea: et *M* 1452 versus est ut ille noster] *v. 1403* 1453 debito metri loco] *v. 2351 sqq.* 1454 non *om. M, add. Aldus* 1456 nil *Aldus* nihil *M* 1457 DE DVPLICIBVS PEDIBVS *M* 1464 auipedis *Brissaeus* ALIPEDIS *M* 1465 hunc *Aldus* Nunc *M* 1466 tetrametrus erit *Aldus* Trimeter erit *M* tetrameter erit *Micyllus* 1467 unum *Lachmannus* imum *M* *versum 1469 ante v. 1468 habet M, transposuerunt Reinertus de Mauro Terentiano comment. Lemgoviae a. 1797 p. 28 et Lachmannus* 1471 restat *Lachmannus* praestat *M* 1473 δισπόνδιος ς δισπονδειος *M* 1477 quasi si duo sint *Aldus* quasi si duos in *M*

p. 2415. 16 P.

cum prima brevis, longa dein, tertia longa,
post quarta brevis syllaba continebit omnes,
hunc promit iambus, geminum facit trochaeus:
pes nomen habebit, quod in hoc referre metro
longae prohibent ordine tres simul locatae:
ἀντίσπαστον enim mage lex heroica promet:
est forma, Tarentina velut moenia dicas.
claudunt medias quando breves utrimque longae,
est ante trochaeus, sequitur dehinc iambus:
idcirco gemellum vocitarunt χορίαμβον:
nam qui chorios dicitur et trochaeus idem est:
exemplar in isto facile est locare versu,
si Romulidas dicere quis velit Quirites.
sin prima brevis, longa sequens, itemque rursus
sibi consimiles ordine quo duas locavi,
hunc rite vocant, quia geminatur, diiambon,
duplicemque trochaeum vocitarunt διτρόχαιον.
est forma prioris, quasi si Corinthios quis,
itidemque sequentis, quasi Gallicane dicat.
nunc reddo duos, nomine quos Ἴωνας ambos
discrimine signant, dedit ordo quod locorum:
longas siquidem quando prius locamus ambas,
exinde breves subdimus, ut putes priorem
spondeon oriri, comitem mox pariambum,
ἀπὸ μείζονος illum memorant ionicorum:
at qui brevibus praepositis deinde longas
acceperit, ἀπ' ἐλάσσονος hunc iubent vocari.
nomen tibi quid deligo, quo notes priorem,
cum versibus istis totiens recurrat hic pes,
longas geminat qui prius et iugat minores?
Lavinia cum dicimus, haec tamen figura est,
metrumque facit, sotadicon quod vocitarunt
qui multa ferunt hoc pede Sotaden locutum.
ἀπ' ἐλάσσονος autem cui nomen indiderunt,
in nomine sic est, Διομήδης. metron autem
non versibus istud numero aut pedum coartant,
sed continuo carmine *quia* pedes gemelli
urgent brevibus tot numero iugando longas,
idcirco vocari voluerunt συνάφειαν.
anapaestica fiunt itidem per συνάφειαν:

1487 χορΐανβον *M* 1500 exinde *Lachmannus* Deinde *M* ac deinde *Brissaeus* 1510 qui] quia *coniecit Santenius* 1512 Diomedes *Santenius*: *cf. v. 2059* 1514 quia *om. M*, *add. Aldus*

p. 2416. 17 P.

versus tamen et non minus inde comparatur,
qui saepe pedes tres habeat vel ille plures,
catalectica quos syllaba terminat frequenter,
solet integer anapaestus et in fine locari.
ἀπ' ἐλάσσονος umquam numero non cohibetur,
sensum quotiens terminat aut carmina finit.
longas ratio est ponere, non breves in imo,
pes ut integer sit geminus, simulque in aure
dulcem sonitum tempora longiora linquant.
ἀπὸ μείζονος autem brevior quod est secundis,
versus male ne desinat, adhibentur in imo
quas prima pedis portio longas habet ambas:
ita versus erit de tribus et semipede uno:
tres dico iugatos fieri, semipedem unum.
et paeonici nominis ambo sunt quaterni.
is primus erit, longa cui locata prima est,
quam continuo tres aliae breves sequuntur:
tu pone trochaeum prius et mox pariambon,
Caecilius erit consimilis pedis figurae.
παίωνα secundum faciet secunda longa:
fiet hinc iambus prior et dibrachys alter,
dicat quasi siquis magis hunc Horatius vult.
hoc ordine fit tertius, ut sit pariambus
prior et socium post sibi copulet trochaeum:
Menelaus ei nomen erit simile locatum.
quartum quoniam quarta facit syllaba longa,
subiungit iambum prior hic pes pariambus:
apte similes nomine *Πελοπίδαι* sonabunt.
et *ἐπίτριτος* aeque genus est paeonicorum,
totidem pedibus quia varius tempore differt:
septena etenim tempora singuli tenebunt,
cum paeonici possideant quina priores.
cum prima brevis syllaba, longae veniunt tres,
is primus habetur, pedibusque post secutis
ex ordine sunt nomina, quem breves tenebunt.
spondeus iambum sequitur quando priorem,

1525 pes integer ut sit *Aldus* 1526 linquant ς liquant *M* 1532 at paeonici *Petrecinus* 1534 *Mar. Victor. p. 48, 5* igitur paeon primus erit prima longa, cui tres continuae breves adhaerent 1536 figura *coniecit Santenius coll. v. 1484* 1538 hinc fiet *Aldus* 1539 '*minus absurde* melior Horatius an res?' *Lachmannus* 1544 '*praestat* sibi iungit' *Lachmannus* 1551 is primus *Petrecinus* His primus *M* hic primus *Aldus*

p. 2417 P.

prima si brevis, ἐπίτριτος hic primus habetur.
migrante brevi consequitur pedem trochaeum;
idcirco secundus vocitatur alter hic pes,
ut tertius ille est, brevis ubi tertia currit:
spondeus in hoc fit prior, est sequens iambus;
idemque manet, cum faciet quarta trochaeum,
quartum quoniam perspicis hunc epitriton esse.
versus similes non sinit hic dari figuras;
ut quibo tamen disparili notabo metro.
primus Agyllinos pes efficit, alter Ἀρχιμήδην,
Δημοσθένης fit tertius, quarto loco
qui currit, poterit quasi Δωδωναῖος haberi.
"Αρσιν quotiens in geminis θέσινve quaeres,
προκελευσματικός bina dabit, sequens quaterna.
sex aequa pedes tempora dividant oportet,
binas pariles qui sibi syllabas habebunt.
qui sena tenent tempora, terna partientur.
at quando genus finditur hoc ionicorum,
longis dare nos tempora convenit quaterna,
et bina duabus brevibus dari necesse est;
servare vices ammonet ordo longiorum.
impar numerus paeonicis utrisque coget
aptare duobus tria vel quaterna ternis,
sesquata fere quod numeros pars secat istos.
Perspecta pedum regula si satis videtur,
iam possumus ipsis animum adplicare metris.
Hexametros tradit genitos duo prima vetustas:
herous ille est, hunc vocant iambicum.
nam pedibus senis constare videmus utrumque,
diversa quamquam lex sit ambobus pedum.

1580—1595 *Mar. Vict. 50, 19—24 Victor. de metr. 215, 16—23 Diom. 495, 1 Isidor. orig. I 38, 13* *1580. 81 Serg. explan. in Don. 523, 34*

1554 prima si brenis *Santenius* Prima si brevis est *M* si prima breuis *Aldus* 1558 Spondeos *M* 1559 quarta trochaeum *Micyllus* QVARTO TROCHAEVM *M versum 1567 post v. 1569 in M positum transposui, ut eodem ordine, quo supra pedes tractati erant, divisio pedum definiretur. poterant autem versus etiam hoc ordine collocari, 1567. 1570. 1568. 1569* 1577 Sesquata *et in margine* Sesbualtera *M.* Sesqualtera *in margine Parrhasius* 1578 pedum regula *Aldus* regula pedum *M* 1580 DE METRIS | HEXAMETRI DVO | HEXAMEtros tradit *M. Cassiodor. var. II 40* poetis etiam Terentiano testante duo primum metra principalia sunt attributa, id est heroicum et iambicum, unum quod erigeret, alterum quod placaret. ex quibus ad oblectandos animos audientium diversa progenita sunt 1581 herous *Aldus inst. gramm. p. 358,* Heroicus *M*

p. 2418 P.

additur haec gemino non absona fabula metro,
seu vera res est: spectet auctorem fides.
cum puer infestis premeret Pythona sagittis
Apollo, Delphici feruntur accolae
hortantes acuisse animum bellantis, ut illos
metus iubebat aut propinqua adoria.
tendebat geminas pavida exclamatio voces,
ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν:
spondeis illum primo natum cernis sex.
ex parte voces concitas laeti dabant,
ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν:
et hinc pedum tot ortus est iambicus.
Haec sibi quaeque prius distinguere metra paramus,
heroa primo, mox adire iambica,
alternae nequem impediat confusio silvae;
quae lex sit ipsis, quae sit his quae procreant,
partibus adiectis detractis quae varientur,
post hinc deinde quanta compages novos
alternet varietque modos, mutatio quantum
commendet. et si non valebo plurima,
attingam vel pauca tamen: nam pandere prima
prodest frequenter artium vestigia.
Vim propriam pedibus fida cito reddito mente,
ne, dum requiris, tarda sit dispectio.
spondeus, versum quo primum diximus ortum,
suam tuetur hexametris heroum
nomine nunc proprio, nunc debita tempora reddens
sub alterius consonat vocabulo.
ex geminis longam solvet si quando sequentem,
fit dactylus trisyllabus, tempus manet.
si prior in geminas solvetur longa minores,
tum pes recurret dactylo contrarius.
tempora sed quamquam totidem defendat uterque,
heroa fiunt pulchriora dactylo.
haec contra vitiant incurrentes anapaesti
post dactylum, ne quattuor iungas breves:

1606—1668 *Mar. Victor. 70, 20—73, 2*

1584 absona *Aldus* obsona *M* 1589 iubebat *Lachmannus* habebat *M* tenebat *Reinertus de Mauro Terentiano p. 33* 1591. 94 ιηϊε παιαν *semper M, correxit Aldus* 1596 tibi *coniecit Santenius* 1599 his quae *Brissaeus* iis quae *M* 1609 suam tuetur hexametris heroum *Lachmannus* Vim suam tuetur hexametris heroum *M* heroon, hexametris tuetur vim suam *Aldus* 1613 trisyllabus *Lachmannus* trisyllabis *M*

post autem spondeum veniens sic mutet oportet,
ut iste versus iam docet, legem metri.
ergo spondeus plerumque in dactylon ibit,
nec interest vel quo loco vel quam frequens:
nam saepe alterni gemini, nunc saepius alter,
species reformant plurimas in versibus;
quas longum credo perscribere, cum sibi cunctas
legendo possit annotare quilibet.
hoc sat erit monuisse, locis quod quinque frequenter
iugem videmus inveniri dactylum:
sed non et sextum pes hic sibi vindicat umquam,
nisi quando rhythmum, non metrum, componimus.
namque metrum certique pedes numerusque coercent,
dimensa rhythmum continet lex temporum.
spondeus partem semper sibi vindicat imam,
dat et trochaeo qua disyllabo locum;
nec damnum importat, tria qui sua tempora subdit,
quae quattuor spondeus expleret magis:
debita nam spatii recipit quasi tempora versus,
dum iungit imis consequens exordium.
omnibus in metris hoc iam retinere memento,
in fine non obesse pro longa brevem.
  Praeterea pes nullus erit qui rite locetur,
laudem mereri si voles poeticam.
hexametron dicunt sed non heroicon omnem:
nam sex pedes inesse non erit satis;
leges quippe datas heroica carmina poscunt,
quas, acta Homerus heroum cum scriberet
versibus, ostendit, quas aeque sermo latinus
custodit omnes, et pedes solos probat,
quos supra posui. Graecis et creticus aptus;
bacchius etiam ponitur pro dactylo.
creticus in nostris, si levia carmina pangas,
raro invenitur, qualis hic Maronis est,
'insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno':
creticus offendit pes primus et asperat aures.
dabo et latentem, sed notandum creticum,
'solus hic inflexit sensus'. nam primus et istic

1620 post spondeum autem ueniens sic *Aldus* post spondeum sic ueniens *Dawesius misc. crit p. 18* 1647 heroum Homerus acta quas cum scriberet *Castalio observ. IX 8* heroum Homerus acta quis cum scriberet *Barthius adv. XV 2 p. 794* quas] Quis *M* 1654 *Verg. Aen. III 211* 1657 *Verg. Aen. IIII 22*

p. 2419. 20 P.

pes longiorem tertiam dat syllabam:
c geminum, quoniam sermonis regula poscit
ut fiat hicce plena vox, *si* excluditur
vocalis, dabitur. nec consona pellitur ulla,
nisi quae duabus obstat una vocibus,
cum venit in medium vocesque oblimat adhaerens:
bis senus istam litteram monstrat locus.
aut geminum in tali pronomine si fugimus c,
spondeus ille non erit, qui talis est,
'hoc illud germana fuit,' sed et 'hoc erat alma';
iambus ille fiet, iste tribrachus.
  Has autem leges heroicus omnis habebit.
cum post duos pedes relicta syllaba est,
si plenum absolvet verbi vel nominis instar,
orationis ista vel quae pars erit,
hoc πενθημιμερές medium de quinque vocatur:
hanc et tomen dixere. forma talis est,
'Tityre tu patulae': concludit syllaba nomen,
duos pedes secuta *quae* fit semipes.
talis in heroo laudatur regula versu,
locumque primum possidet, quia prima fit.
nec minus hanc laudant, quam dat mensura secundam,
post tres pedes ut una nomen terminet:
hanc hephthemimerin numeri de parte vocarunt,
quia tres pedes et una septem dividunt.
'inde toro pater Aeneas' exemplar habebis:
post tres pedes reperta nomen integrat.
horum si nihil est, specta ne forte trochaeus
sit tertius finemque det vocabulo,
'infandum regina': datur locus ecce trochaeo,
quem post duos pedes videmus tertium.
nec vitium medio in versu deprensus habebit,

1669—1704 *Mar. Victor. 64, 34—65, 29*

1660 si *om. M, add. Lachmannus* 1667 hoc illud] *Verg. Aen. IIII 675* hoc erat] *Verg. Aen. II 664, de quo versu Servius in Verg. Aen. VI 792* c littera pro duplici non nisi in monosyllabis habetur, ut 'hoc erat alma parens', per eorum scilicet privilegium. unde falsum est quod Terentianus dicit, eam pro metri ratione vel duplicem haberi vel simplicem. nam si hoc esset, etiam in disyllabis pro duabus haberi debuerat, quod nusquam invenimus. 1675 *Verg. bucol. 1, 1* 1676 secuta quae fit ς secuta fit *M* secuta fiet *Lachmannus. Mar. Victor. p. 65, 4* verbum enim post duos pedes concluditur ac determinatur syllaba, quae in metro semipes habetur 1679 quam dat *Micyllus* qui dat *M. an* cui dat? 1683 *Verg. Aen. II 2* 1686 finemque *Brissaeus* finesque *M* 1687 *Verg. Aen. II 3*

p. 2420 P.

quem dactylum secuta faciet syllaba:
nam sequitur 'regina iubes'. prior inde trochaeum
I U brevis secuta reddit dactylum;
BES, hinc quae remanet, conectit cetera versus
membra: at trochaeus tantum erit novissimus.
et quartum tradunt simili ratione trochaeum,
exemplum at eius vix et ipsi conlocant:
namque ex praedictis paene est ut regula quaevis
inventa versum comprobet, qua sic vacet
quandoque, ut quartum contingat habere trochaeum.
exemplar eius tale confici potest,
quae pax longa remiserat, arma novare parabant:
quartus trochaeus arma fit, rarum est tamen.
harum si nulla est species deprensa, magistri
versum recusant nec vocant heroicum.
sed fortasse putes nullum contingere versum,
qui in ullam earum regulam non incidat.
rarum concedam, fieri non posse negabo.
apud Maronem talis incurrit mihi,
'magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile':
species in istum nulla praedicta incidit.
magnanimi Iovis est etenim tantum geminus pes,
sequiturque nullus qui probatur semipes;
inde duas longas pes tertius efficit INGRA,
orationis plena nec pars editur;
et quartus TASCEN, nec portio plena relicta est,
et D sequens longam priorem perficit.
quintum nulla iubet lex observare trochaeum,
nec est notandus unus in tot milibus.
Hae faciunt formae variari plurima metra:
quae potero, tangam; tu mihi leges tene.
Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor:
quidam non dubitant dicere Callinoum.
hexametro cum quinque pedum subiungitur iste,
partes heroi dupliciter recipit,

1695—1702 *Diom. 498, 4—6* 1707 *Serv. in Verg. Aen. XII 144* 1721—1800 *Mar. Victor. 107, 5—110, 19*

1696 at eius *Micyllus* et eius *M* 1697 poene *M* 1698 quam sic uacet *M* quis si nacet *Santenius* 1703 deprehensa *M* 1706 qui in ullam earum regulam *Lachmannus* Qui nullam earum regulam *M* quin ullam earum in regulam *Brissaeus* 1709 *Verg. Aen. XII 144* 1711 est etenim ς est enim *M* 1716 et d *Santenius* Et DE *M* 1721 DE PENTAMETRO VERSV | QVI ET ELEGIACVS DICITVR | PENtametrum *M*

p. 2421 P.

quas penthemimeris possit disiungere forma:
has siquis geminet, pentametrum faciet.
sed refert duo sint an dactylus unus in illa.
cum duo sunt, eadem bis repeti poterit:
subiungam exemplum, quo fiat planius istud,
desine Maenalios, desine Maenalios;
dactylus ut duplex, non bis sententia currat,
desine Maenalios, Musa, referre iocos.
hoc nec praepositum peccat nec parte sequenti:
talis utrique loco convenit una tome.
si primo spondeus erit, tum dactylus alter,
stabit comma prius, non poterit repeti:
talis erit versus haec portio, quam modo tracto,
'postquam res Asiae': claudicat, ut repetas.
ut stet comma sequens, bis dactylus adsit oportet,
postquam res Asiae, desine Maenalios.
dactylus in primo positus, spondeus adhaerens,
non oberit primis, officiet reliquis.
exemplum ponam, parti quod congruat isti,
'Musa mihi causas': discrepat hoc iterum.
dactylus ergo duplex redeat mihi parte sequenti,
Musa mihi causas, desine Maenalios.
spondeum duplicem quae pars prior est bene sumet:
peccat enim tantum posteriore tome:
spondeos ante ergo dabis, pars cetera curret,
o fortunati, desine Maenalios.
pars prior ergo pedum admittet quemcumque duorum,
dactylus in reliqua bis repetendus erit.
Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam,
ut pedibus binis semipedes superent;
hos sibi coniunctos spondeum reddere quintum,
postquam, res Asi,ae, desine, Maenali,os,

1753—1810 *Diom. 503, 9—22*

1730 *Verg. bucol. 8, 61* desine Maenalios, iam desine, tibia, versus MENALIOS *semper M* 1738 *Verg. Aen. III 1* 1740 POSQVAM *hoc uno loco, in reliquis* POSTQVAM *M* 1744 *Verg. Aen. I 8* 1750 o fortunati ς O FORTVNATE *M.* o fortunati *etiam apud Marium Victorinum p. 109, 12 restituendum erat. Verg. Aen. I 437* o fortunati, quorum iam moenia surgunt 1752 repetundus *M* 1756 POSTQVAM RES ASIAE DESINE MENALIOS | POSTQVAM RES ASIAE DESINE MENALIOS | At quidam *eodem versu bis posito M. alterum versum omiserunt editores post Aldum inst. gramm. p. 366. pro hoc pentametrum dactylicum dedi quinto pede spondeo ex duabus syllabis coniunctis facto, quod in alio exemplo fecit Marius Victorinus p. 109, 35*

p. 2421. 22 P.

postquam res Asi desine Maenalios ae.
at quidam in medio spondeum reddere malunt,
semipedem et primum cum capite alterius
iungunt, dactylico quae fit de commate longa:
inde duas promptum est sic remanere breves:
his longam adnectunt, qua dactylus incipit alter.
cernis et hinc alias tot remanere breves:
has ad semipedem iungunt in fine relictum,
ultima nec refert longa sit anne brevis.
sic spondeus erit medius, duo post anapaesti,
postquam, res Asi,ae de,sine Mae,nalios.
idcirco primo curabis commate semper,
ne brevis incurrens syllaba semipedis
spondeum mediis nequeat coniungere longis
et fiat talis, 'incipe Maenalios'.
nam LIS, quae brevis est, iungat sibi sive supremam
OS, vel quae prima est IN (caput hoc etenim est),
quia nec producta est, geminat nec consona vires,
spondeus minime pes, sed iambus erit.
exemplum idcirco vocali a parte locavi,
longa foret ne LIS, 'desine Maenalios'.
quidam, quia gemino constat de commate versus,
cludere comma prius non timuere brevi,
ut sit pentameter talis, qualem modo fingo,
hoc mihi tam grande munus habere datur,
aut qualis supra versus peccare videtur,
si fiet talis, 'incipe Maenalios'.
nam referre nihil, sit qualis syllaba fini,
commataque hoc ipsum iuris habere volunt:
idcirco et verbo numquam uno cola ligari,
ut constet parti finis utrique suus.
nam vitiosus erit sic pentameter generatus,
inter nostros gentilis oberrat equus.
spondei duo sunt, quos dixi commate primo
posse dari: verum syllaba quae sequitur
nec penthemimerin verbi cum fine relinquit,
quae data pentametris regula prima sonis,

1770 *Verg. bucol. 8, 21* incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus 1782 fiat *Aldus* 1783 nam *Aldus* Nanque *M* qualis *Aldus* qua lis (*non* LIS) *M et Lachmannus* quali *Petrecinus*. qualis *legit Marius Victorinus p. 110, 14; sed idem plura habuisse videtur*, adfirmantes nihil interesse, cuius modi in fine sit syllaba, idque ipsum iuris ac legis commata retinere voluerunt, quod in omni metro et in quocumque versu catholice praeceptum est 1788 ecus *M* 1789 Spondii *M*

p. 2422. 23 P.

nec post dactylico debet quae commate iungi
esse caput versus dactylici patitur.
hoc ipsum melius mutata parte coibit,
gentilis nostros inter oberrat equus.
tantam nostra nequit mensura absolvere litem,
malo tamen longa cludere comma prius.
hos elegos dixere, solet quod clausula talis
tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

Nec tantum hexametris geminam subiungere partem
dactylicam mos est; saepe semel posita
praemisso hexametro dulcem subnectit epodum.
talis epodus erit,
tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus
desine Maenalios.
hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri:
tu mihi, Flacce, sat es,
'diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribusque comae'.

Cetera pars superest, 'mea tibia dicere versus':
haec iuncta frequentius edet
anapaestica dulcia metra
cuicumque libebit, ut istos,
triplices dare sic anapaestos.
atque ille poeta Faliscus,
cum ludicra carmina pangit,
'uva, uva sum, et uva Falerna,
et ter feror et quater anno':
libro quoque dixit eodem
'undae unde colonus eoae
a flumine venit Oronti.

1796 *Augustin. de mus. IIII 19* 1799 *Isidor. orig. I 38, 14* 1811—1838 *Mar. Victor. 123, 5—28*

1793 commate *Aldus* commata *M* 1796 gentiles nostros inter oberrat equos *Augustin. de mus. IIII 19* ecus *M* 1797 censura *Reinertus de Mauro Terentiano p. 39* 1799 *Isidor. orig. I 38, 14* elegiacus autem dictus eo, quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Terentianus hos elegos dicere solet, quod clausula talis tristibus, ut tradunt, aptior esset modis 1801 DE EPODO QVI EST | SEMIELEGICVS *M* 1809 *Horat. carm. IIII 7, 1* 1812 edet *Brissaeus* edent *M*

1816 utque *Santenius* phaliscus *M* 1818 uva una set uva Falerna *L. Muellerus Anniani fragm. post Rutil. Namat. p. 42* *1821* undae unde colonus eoae *Lachmannus et apud Marium Victorinum p. 123, 20 Camerarius*, VNDE VNDE COLONVS EOAE *M* unde unde colonus eoi *Micyllus* unde, unde colonus? Eoi *L. Muellerus* 1822 Orontae *Micyllus*

p. 2423 P.

erit ultima syllaba post tres
catalectica quae perhibetur;
nec non alias quoque binas
et tres superare solere,
pes sit licet integer ipse,
si non hunc regula poscet,
catalecticon hoc genus omne
et semipedem vocitari
supra quoque iam meministi.
mirum tibi nec videatur
spondeon inesse anapaestis.
rex et dominus prior ipse est,
hic advena sumptus et hospes
de foedere temporis aequi,
quotiens locus expetet, ultro
reddet sua iura priori.
Alias tamen haec eadem pars,
quotiens ithyphallicon addit
metrum sibi, tale fit unum,
mea tibia dicere versus destitit latinos,
iamdudum saucia cura deserit pudorem,
Priamique evertere gentem fata iam parabant.
ithyphallica porro citarunt musici poetae,
qui ludicra carmina Baccho versibus petulcis
Graio cum cortice phello tres dabant trochaeos,
ut nomine fit sonus ipso, Bacche Bacche Bacche.
Hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,
ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,
sive trochaeus erit, cum dempta est syllaba prima,
quae demi poterit, reliqui fient anapaesti,
ultimaque ex illis catalectica, quae remanebit.
dactylico tali facile est hoc noscere versu,
at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.
at, coniunctio quae solida est, cum demitur inde,
ea formula fiet, ut est anapaesticus iste,

1839—1848 *Mar. Victor. 121, 8—15* 1844 *Mar. Victor. 104, 20* 1848 *v. 2594 Caes. Bass. 256, 6 Mar. Victor. 118, 24 Atil. Fortun. 293, 18* *1849—1860 Mar. Victor. 122,28—32*

1831 supra] *v. 1469* 1843 *Verg. Aen. IIII 1* at regina gravi iamdudum saucia cura 1844 *Verg. Aen. III 1* postquam res Asiae Priamique evertere gentem 1845 citarunt *Lachmannus* dictitarunt *M* dicarunt *Aldus inst. gramm. p. 385* 1847 phallo *Aldus* 1855 *Verg. Aen. VIIII 503, ubi est* aere canoro: *cf. v. 1912*

p. 2424 P.

tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.
ultima VO remanet, quia dempta est syllaba prima,
dactylon in primo reddens, spondeon in imo.
Nec non dactylico qui commate constat utroque,
pentameter metrum quod erit choriambicon edet.
exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam,
nulla meo sedeat turba profana loco.
dactylicum colis esse vides geminis:
primum et semipedem post detur syllaba longa,
sive est natura, seu fit ab adpositis;
et quae nunc brevis est, fiat paenultima longa
tempore producto; cetera permaneant.
insere nulla meo iam, produc paene supremam,
qui locus ante fuit, lucus ut esse queat:
efficies metrum, nomen cui dant choriambo,
nulla meo iam sedeat turba profana luco.
praemonui chorion dici, quem saepe trochaeum
dicimus: hic prior est, alter iambon habet.
nulla meo pes efficitur geminatus utroque:
iam sedeat choriambos item: mox turba profa pes
tertius accedit similis. pars illa, na luco,
bacchio adversus fiet pes: nam brevis ante est
et geminae longae. fiet catalexis in istum,
quia non eiusdem generis deprensus in imo est,
ut docui: nec enim cludit choriambus honeste.
hoc Cereri metro cantasse Phalaecius hymnos
dicitur: hinc metron dixere phalaecion istud.
nec non et memini pedibus quater his repetitis
hymnum Battiaden Phoebo cantasse Iovique,
pastorem Branchum cum captus amore pudico
fatidicas sortes docuit depromere Paean.
qui multos legere, negant hoc corpore metri

1861—1907 *Mar. Victor. 127, 4—128, 11 Caes. Bass. 263, 23—264, 16* 1886—1888 *schol. in Stat. Theb. III 479* Branchi meminit Terentianus de metris, Hymnum *sqq.*

1866 primum et semipedem *Santenius* Primum ut semipedem *M* 1874 praemonui] *v. 1386. 1488* 1883 Philiscius *et* 1884 Philiscion *coniecit Santenius.* '*possct hic* hexametro *scribi, et uersu proximo* istud Philicion. *sed neque hic* Philici *uerum nomen locum habet, neque uersu 1885* quinquies, *ubi* quater *legitur. praeterea Terentianus uersu 1946 significat* Phalaecium *qui non sit hendecasyllabus' Lachmannus. Terentiano errorem tribuendum esse dixi supra p. 251* 1886 Battiaden *Petrecinus* Battiadem *M* Battiadae *schol. in Stat. Theb. III 479* 1887 pastorem Branchum: quem *Bentleius in Callim. fragm. p. 427 ed. Ern.* pastori et Brancho, quem *Barthius in Stat. Theb. III 478: cf. Hephaest. p. 31,17 ed. Westph.*

p. 2424. 25 P.

Romanos aliquid veteres scripsisse poetas.
dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,
ancipitem tali cantavit carmine Ianum,
'Iane pater, Iane tuens, dive biceps biformis,
o cate rerum sator, o principium deorum,
stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.'
ecce vides ta mugiunt esse duos iambos.
temporibus namque pares saepe sibi vicissim
cedere vel tribrachyn admittere saepe possunt,
'tibi vetus ara caluit aborigineo sacello'.
hic quoque succedere sic tribrachyn annotabis,
longa quod est in geminas prima breves soluta
tibi, similis nec minus altera pede consequenti
ra ca: monui iam satis has saepe solere solvi:
pro chorio tribrachys hic bis datus invenitur.
nec minus hoc, ra caluit aborigineo sacello,
et chorius solvitur, et tribrachys est iambus.
  Anapaestus item quater editus hexametro
ita clauditur, ut choriambicus, antibaccho.
faciet tibi perspicuum cito versus idem
dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos,
at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo,
tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:
anapaestus inest quater, ultimus antibacchus.
similem dabo versiculum, magis ut probetur,
tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus.
prima reponatur, redeat quoque tertia fini:
dactylicus tibi, qui fuerat modo, iam referetur,
nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus.
generi datur auctor huic vetus Archebulus.
  Dactylici finem versus si cludat iambus,

1894 *Mar. Victor. 86,21* 1900 *Mar. Victor. 147, 11* 1908—1919 *Caes. Bass. 256,8—25 Mar. Victor. 125,21—126,15 Diom. 514, 1—5* 1913 *Augustin. de mus. IIII 26* 1920—1938 *Mar. Victor. 67, 25—68,8*

1891 Septimius *Parrhasius* Septimus *M* 1893 Iane pater bina tuens *Gaisfordius in Hephaest. p. 297 ed. pr. ex coniectura Hotchkisii* 1896 claustra] templa *Marius Victorinus p. 127,28* 1903 altera pede *Micyllus* alter a pede *M* 1907 Vt chorius soluitur et tribrachys *M* ut chorius soluitur ita tribrachys *Lachmannus* 1912 at tuba terribilem sonitum dedit aere recuruo | at tuba terribilem sonitum dedit aere curuo *Lachmannus* AT TVBA TERRIBILEM SONITVM DEDIT AERE RECVRVO *omisso posteriore versu M,* at tuba terribilem sonitum dedit aere curuo *omisso priore versu Petrecinus ex coniectura Micylli* 1913 antibacchos *M*

p. 2425. 26 P.

hoc est pro longa brevis ut paenultima fiat,
auribus acciderit novitas inopina meleos;
versus ut hic resonare potest, ita si cecineris,
ite domum saturae, venit Hesperus, ite saturae,
Nile pater propera, sitiunt sata, Nile propera,
heus puer, ut mea sint tibi vilia carmina, vides.
si nusquam hoc aliquis lectum putat, ecce dabitur
versus Homericus Ausonio resonans ita modo,
quemque miuron Achaica gens vocitare solita est,
attoniti Troes viso serpente pavitant.
Livius ille vetus Graio cognomine suae
inserit Inoni versus, puto, tale docimen:
praemisso heroo subiungit namque miuron,
hymnum quando chorus festo canit ore Triviae,
et iam purpureo suras include cothurno,
balteus et revocet volucres in pectore sinus,
pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra:
derige odorisequos ad certa cubilia canes.
Dactylicum tamen hoc melius resonare poterit:
si penthemimeris talis praemissa tome sit,
quae primo spondeon habet, mox dactylon addit,
tum post semipedem veniant duo fine revulsi
incolumi sermone pedes sine parte priorum,
'postquam res Asiae' veluti, tunc 'primus ab oris',
fiet hendecasyllabos, sed alter:

1939—1956 *Mar. Victor. 120, 13—121,2. 155,10—19*

1922 meleos *Lachmannus* meLlus *M* 1924 *Verg. bucol. 10,77* ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae 1927 si nusquam ς Sinus quam *M* 1929 quem *μειοῦρον Brissaeus* 1930 *Hom. Il. M 208 Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν* 1932 Inoni uersus *Hermannus elem. doctr. metr. p. 354* in omni uersu *M* Inonis uersu *Aldus inst. gramm. p. 362* 1935 *sqq. quattuor versus, quos Scaliger Yvonis Villiomari in loc. controv. Rob. Titii animadv. VI 21 p. 129 ed Commel. a. 1597 Livii non esse vidit, a Terentiano fictos esse demonstravit Hauptius observ. crit. p. 43. Livii versus a Caesio Basso transformatos esse coniecit Ribbeckius trag. Rom. fragm. p. 4 ed. sec. Laevio tribuerant Scaliger l. c., Weichertus poet. lat. rel. p. 63 sqq., Hermannus epit. doctr. metr. p. 128 ed. sec. cf. Verg. Aen. I 337* purpureoque alte suras vincire cothurno, *bucol. 7, 32* puniceo stabis suras evincta cothurno 1938 odorisequos] *Verg. Aen. IIII 132* odora canum vis, *ubi Servius,* tria ergo sunt, odorum quod per se olet, odoratum quod aliunde odorem accipit, odorisequum quod odorem sequitur, sicut modo de canibus debuit dicere certa] caeca *Delrius syntagm. trag. lat. p. 162 et Gifanius conlect. in Lucret. v.* caecum. certa *tamen legit iam Marius Victorinus p. 68, 8* 1945 *Mar. Victor. p. 120, 16* propagabis versum hendecasyllabum formae alterius, quam est ille, qui subnexo phalaecio figuratur

namque hic de genere est phalaeciorum,
cuius mox tibi regulam loquemur.
nunc hic talis erit versus, ut hic est,
postquam res Asiae, primus ab oris,
at regina gravi saucia cura,
sic fatur lacrimans, mittit habenas,
et tandem Euboicis labitur oris.
istum semipedem prima sequentis
spondeum medium reddet utrimque:
quartus dibrachys est: quintus in imo
spondeum faciet sive trochaeum.
Cum vero heptameres fuerit divisio versus,
in tragicis plerumque choris deprenditur unus
insertus multis non una lege creatis.
fabula sic Euripidis inclita monstrat Orestes:
nam tali versu cunctis trepidantibus intus
Argivum fugiens eunuchus flagitat ensem;
cetera non simili componit lege, sed aptos
continue trepido plures conectit iambos.
inserit haec aeque Pomponius in choricis sic,
'Rhoeteis procul a terris', mox dispare versu
subiecto, 'Priamique aras damnare pias': tunc
'obrue nos Danaosque simul' parilem dedit illi.
non equidem possum tot priscos nosse poetas,
ut veterum exemplis valeam quae tracto probare:
Maurus item quantos potui cognoscere Graios?
quorum praecipue studiis ars musica constat.
nemo tamen culpet, si sumo exempla novella:
nam et melius nostri servarunt metra minores.
Septimius, docuit quo ruris opuscula libro,
hoc genere adsidue cecinit;
ponere pauca mihi sat erit,
'inquit amicus ager domino
„si bene mi facias, memini“:

1951 *Ennod. epist. VIII 21* Terentianus me induxit in illo exemplo, 'sic fatur lacrimans classique immittit habenas' 1957–2004 *Mar. Victor. 121, 16—122, 17*

1949 postquam] *Verg. Aen. III 1* primus] *Verg. Aen. I 1* 1950 *Verg. Aen. IIII 1* 1951. 52 *Verg. Aen. VI 1. 2* 1957 cum uero heptameres *Lachmannus* cum uero hephthemimeres *M* at cum hephthemimeres *Micyllus* 1960 Orestes] *v. 1369 sqq.* 1962 flagitat] clamitat *coniecit Santenius* 1967 damnate *apud Mar. Victor. p. 121, 24 edidit Camerarius* 1972 ars *Santenius* pars *M* 1974 nam melius *Brissaeus* 1976 genere ς gerere *M*

p. 2427 P.

'pinea brachia cum trepidant,
audio canticulum zephyri.'
sic hephthemimeres servavit carmine utroque:
hexametros facies ipsos, si cetera reddas,
inquit amicus ager domino „sere, plurima reddam;
si bene mihi facias, memini tibi solvere grates":
pinea brachia cum trepidant stridentia flabris,
audio canticulum zephyri modulante susurro.
Syllaba praeterea numero superadditur isti,
non refert qualis, cum sit suprema futura;
hoc refert sane, brevis ut paenultima fiat,
ultima quae metro fuit hoc inventa Sereni.
nam lyrici quotiens sua volunt
carmina per varios dare sonos,
pluribus illa modis ita novant.
dactylicum hoc fieri magis amat;
vel si ponitur unus alius,
pes modo tertius hunc retineat.
talia docta Falisca legimus:
nam tibi notius hoc genus erit,
carmine siquid ab hoc posuero,
'quando flagella iugas, ita iuga,
vitis et ulmus uti simul eant:
nam nisi sint paribus fruticibus,
umbra necat teneras Amineas'.
Quod tamen ex isto remanebit commate, tale est,
'arma virumque cano Troiae qui primus ab oris',
'multa quoque et bello passus dum conderet urbem',
'inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto':
comma ad posterius versus si do pariambum,
ipsum et rursus comma loco ac sic expleo versum,
fiet ionicon hoc ἀπὸ μείζονος, ut modo cernes.

2001. 2002 *Augustin. de mus. IIII 30* si Faliscus nescio qui metra ita composuit, ut haec sonant, Quando *sqq.* 2001 *exc. Bob. de metr. p. 519 ed. Vind. Serv. in Verg. Aen. IIII 291* sic Serenus Quando *sqq.* 2005—2092 *Mar. Victor. 128, 23—130,7. 91,8—92,23*

1980 cum] dum *Mar. Victor. p. 122, 1* 1983 hexametros ς Hexametro *M* 1993 sonos] modos *Mar. Victor. p. 122, 14* 1998 phalisca *M* 2000 ab hoc *Brissaeus* ad hoc *M* 2001 iugas ita iuga ς IVGA SITA IVGA *M* ligas ita liga *Marius Victorinus p. 122, 16 Servius in Verg. Aen. III 1291 Augustinus de mus. IIII 291.* iugas, ita iuga *tuentur excerpta Bobiensia p. 519 ed. Vind. Iuba apud Priscian. de metr. Ter. p. 421, 5* siqua flagella iugabis (iunabis *codd.*), ante putare decet 2003 FRVCTICIBVS *M* 2006 *Verg. Aen. I 1* 2007 *Verg. Aen. I 5* 2008 *Verg. Aen. II 2*

sit pariambus ego aut modo vel puto, quem dabimus sic,
qui primus ab oris ego qui primus ab oris,
dum conderet urbem modo dum conderet urbem,
sic orsus ab alto puto sic orsus ab alto.
iam porro tenes, quod tibi dico bis locandum,
non verba eadem dicere, sed pedes eosdem.
tres ergo pedes perspicis in commate primo:
spondeon enim subsequitur pes pariambus,
spondeos item clausula fit commatis huius.
haec si repetens talia cola copulabis,
spondeus erit tertius, idem quoque quartus,
dum conderet urbem, dum conderet urbem.
cernis pariter quattuor absonare longas:
has si veniens in medium pes pariambus
discriminet, ipsas liget ex se tamen ambas,
non hic erit extrinsecus intersitus illis,
sed qui medius iam sedet in commate primo.
dum conderet urbem: medius fit pariambus,
fiatque necesse est iterum commate iuncto.
ergo in medium rite datus cola ligabit:
namque efficit ut quae modo sola dissidebant,
alterna simul tempora dent bina quaternis.
nunc redde mihi, quod volo te tenere semper,
longam in geminas saepe breves solere solvi:
nam saepe cadit dactylus hic, saepe anapaestus,
ut posterior syllaba vel prior soluta est.
cedit quoque vel longa brevi brevisve longae:
nam quae vicibus tempora commodant, resumunt,
miscentque trochaeos sine fraude saepe plures:
spondeon enim duo faciunt et pariambum,
versoque dabunt ordine et hi duos trochaeos.
nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
dabo versiculos, quo tibi res magis probetur,
'urbem tenuem fovent opum benignitate',
'hostem tegere est paratus et stat ipse nudus'.
est unus ion hic datus et quinque trochaei,
vel quattuor insunt, quoniam suprema semper
et longa brevi sufficitur brevisque longae.

2046 *Mar. Victor. 90,35*

2012 sit pariambus *Santenius* Si pariambus *M*: *Mar. Victor. p. 128, 29* ut puta sit medius pariambus ego 2026 liget *Lachmannus* licet *M* 2032 sola] cola *Brissaeus* 2038 breuisue longae *Santenius* breuisque longae *M*: *cf. v. 2049* 2049 breui sufficitur *Brissaeus* breuis sufficitur *M*

p. 2428, 29 P.

nil officiet temporibus vicissitudo:
nec enim numero pendere metra syllabarum,
sua sed pedibus tempora sufficit referre.
sic tribrachus intervenit in locum trochaei:
nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
vibrare sonum versiculos magis videmus.
  Apelassonos autem ratione qua regatur,
cum de pedibus dissererem, satis probavi;
sed quale metrum contineat, nunc referemus.
dixi Diomeden pedis huius esse formam:
in carmine sic est, 'Diomeden modo magnum
dea fecit, dea belli dominatrix, Phrygas omnis
ut in armis superaret. patulis agmina campis
iacuerunt data leto, pavidi tergaque dantes
petierunt trepidae moenia Troiae.'
simili lege sonantes numeros et Neobulae
dedit uno modulatus lepide carmine Flaccus,
'miserarum est neque amori dare ludum
neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae'.
ita binae variantur, neque cedunt
repetita vice longae brevibus per synaphian.
spondeus *ut* autem metron hoc locatus ante
permutat et ex hoc facit ἀπὸ μείζονος edi,
dumtaxat ut ipsum referat clausula versus,
idemque caput praeditus occupet sequentis
(metrum pedibus namque tribus semipedem aptat),
ita si capiti demptus erit subinde solus,
quem fecimus ex hoc ἀπὸ μείζονος videri,
apelassonos illam revocabit synaphian,

2050 nil officiet *Micyllus* Nil autem officiet *M* 2057 de pedibus] *v. 1511 sqq.* 2059 Diomeden *Lachmannus* DIOMEDEM *M* 2060 *tres tetrametros ionicos a minore et pentametrum unum* Diomedem modo — belli | dominatrix — superaret | patulis — leto | pavidi — Troiae *descripsit Bentleius in Hor. carm. III 12, 1, quem secutus est L. Muellerus post Rutil. Namat. p. 56. Bentleius dubitavit, utrum ipsius Terentiani an Septimii Sereni versus essent, Muellerus eos in fragmentis incertorum poetarum posuit. Terentianus tamen diversam ab auctore rationem secutus, cum duos ionicos a minore ad explendum sotadeum versum adhibuisset, reliquos pedes in trimetros disposuisse videtur,* dea — dominatrix | Phrygas — superaret | patulis — iacuerunt | data — dantes | petierunt — Troiae 2063 LETHO *M* et Neobulae | dedit uno modulatus *Lachmannus* et neobulas dedit | Vno modulatus *M* et Neobolae dedit uno | modulatus *Brissaeus* ad Neobulen | dedit uno modulatus *Micyllus* 2067 *Hor. carm. III 12, 1 sqq.* 2072 spondeus ut autem *Lachmannus* spondeus autem *M* spondeus at autem *Dawesius misc. crit. p. 14*

binis brevibus quae totidem iugare longas
ex ordine semper solet et tenere legem,
non versus ut ullo numero pedum regatur,
sed carminis orsum peragat debita finis.
exemplar utrumque ex facili sumere possis.
sic additur, o quam miserarum est neque amori:
cum demitur autem, miserarum est neque amori:
ex hoc iterum demere si breves volemus,
ἀπὸ μείζονος idem, modo qui fuit, redibit,
rarum est neque amori dare ludum neque dulci.
spondeus erit terminus huius tibi versus,
spondeus et alter caput occupet sequentis:
apelassonos immobilis omnis synaphia est.
Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
ut sermo expletus partes non occupet ambas,
tetrametrus remanet versus, ceu subditus hic est,
'cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon':
cantabunt mihi cum dempsi, pars cetera restat,
Damoetas et Lyctius Aegon.
talis carminibus Flacci reperitur epodos,
'laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
aut Ephesum bimarisve Corinthi
moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
insignes aut Thessala Tempe'.
namque pedes primos versu si reddo secundo,
integer hexametrus stabit, nec fiet epodus,
laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen;
si proficisceris aut Ephesum bimarisve Corinthi
moenia, vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
aspicies magis insignes aut Thessala Tempe.
sic etiam ex versu partem cum demo Maronis,
nosces unde tibi tales generentur epodi:
laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Damoetas et Lyctius Aegon.
At si quando pedes fini duo deminuentur,
dum ne discidium verbi quarto pede fiat,
hic quoque tetrametrus similis remanere videtur.

2093—2113 *Mar. Victor. 116, 19—117, 11* 2114—2176 *Mar. Victor. 114, 17—116, 18*

2087 demere *Micyllus* dare *M* nos dare *Brissaeus* 2091 occupat *Brissaeus* 2096 *Verg. bucol. 5, 72* 2100 *Hor. carm. 1 7, 1 sqq.* 2111 generentur *Lachmannus* geminentur *M* 2116 tetrameter *M.* tetrametrus *ut supra v. 2095 ita hoc loco legisse videtur Marius Victorinus p. 114, 32*

p. 2430. 31 P.

sed differt illo, versus quod portio prima est,
illa sequens, aliaque simul quod lege tenetur:
namque haec sola potest carmen componere plenum
nec subiecta aliis dulcis absolvit epodos,
ut mox ostendam; prior apta videtur epodis,
ut dixi modo, Damoetas et Lyctius Aegon.
pastorale volet cum quis componere carmen,
tetrametrum absolvat, cui portio demitur ima,
quae solido a verbo poterit conectere versum,
bucolicon siquidem talem voluere vocari.
plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus:
ne graecum immittam versum, mutabo latinum,
dulce tibi pinus summurmurat, en tibi, pastor,
proxima fonticulis; et tu quoque dulcia pangis.
iugiter hanc legem toto prope carmine servat:
noster rarus eo pastor Maro, sed tamen inquit
'dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
non, verum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon'.
in tragicis iunxere choris hunc saepe diserti
Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus.
tale dedit nobis Pomponius,
'pendeat ex umeris dulcis chelys
et numeros edat varios, quibus
adsonet omne virens late nemus,
et tortis errans qui flexibus'.
reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro:
rursus de mutilo redit integer,
pendeat ex umeris dulcis chelys apta choreis
et numeros edat varios, quibus ecce propinquum
adsonet omne virens late nemus arvaque iuxta,
et tortis errans qui flexibus effugit amnis.
Aeolicum ex isto genuit doctissima Sappho,
quod sit quinque pedum, velut hos modo perspicis.
nam primum addidit illa disyllabon, ut libet:

2138—2141 *Augustin. de mus. IIII 31* 2148—2156 *Mar. Victor. 110, 34 —111, 6*

2117 sed differt illo versus quod portio *Dawesius misc. crit. p. 23*, Sed refert illo uersus quo portio *M. cf. v. 165* 2118 ille sequens *Brissaeus* 2120 nec subiecta *Santenius* Et subiecta *M* 2129 *Theocrit. 1, 1* ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τὺ Συρίσδες en tibi *Brissaeus* EN VBI *M* en ibi *Aldus inst. gramm. p. 345* 2132 sed tamen *Aldus* et tamen *M* 2133 *Verg. bucol. 3, 1. 2* 2138. 2144 HVMERIS *M* 2138 CHELIS *M*

p. 2431 P.

spondeum nec enim capiti locat omnium,
sed quia est mobilis hic locus, et chorion solet
admiscere, dein quater addere dactylon,
cordi quando fuisse sibi canit Atthida
parvam, florea virginitas sua cum foret.
ille tetrametro datur ante disyllabus.
Cetera pars versus pedibus finita duobus
tale solet colon subiungere, 'primus ab oris'.
continuasse pedes istos in carmine solos
dicitur haec eadem praeclara poetria Sappho.
fingere nobis
tale licebit,
primus ab oris
Troius heros,
perdita flammis
Pergama linquens,
exul in altum
vela resolvit:
saepe repulsus
Ausone terra
moenia fessis
sera locavit;
unde Latinum
post genus ortum
altaque magnae
moenia Romae.
pluribus idcirco, parvis ut notius esset
versiculis carmen condi potuisse, peractum.
cetera tetrametri reddemus, quando duobus
conserta heroo pariterque loquemur iambo.
Nunc orsa iambo, siqua possum, colligam.
adesto, iambe praepes, et tui tenax
vigoris adde concitum celer pedem,

2163—2166 *Mar. Victor. 162, 18—22* 2173—2176 *Mall. Theod. p. 541 ed. Gaisf.* 2181—2242 *Mar. Victor. 131, 31—133, 3* 2182 *Mall. Theod. p. 546 ed. Gaisf.* 2183 *Mar. Victor. 81, 8*

2154 *Hephaest. p. 25, 3 ed. Westph.* τῶν δὲ ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται Σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ᾧ τὸ δεύτερον ὅλον Σαπφοῦς γέγραπται, Ἠράμαν μὲν ἔγω σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα 2163 *Verg. Aen. I 1* 2167 *Verg. Aen. III 11* 2173 *Verg. Aen. I 6 sqq.* 2179 tetrametri *Lachmannus* tetrametris *M* 2180 loquemur] *v. 2920 sqq.* 2181 Nunc seorsa iambi *M* nunc orta iambo *Hotchkisius* nunc orsa iambis *Lachmannus* 2183 celerem pedem *libri Marii Victorini p. 81, 8*

p 2432 P.

nec alterius indigens opis veni,
sed ipse verus integerque sexiens,
adusta felle qualis ante carmina
dabas amarus, ultor impotens tui.
vides ut icta verba raptet impetus,
brevemque crebra consequendo longula
citum subinde volvat artius sonum.
iambus ipse sex enim locis manet,
et inde nomen inditum est senario;
sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur.
scandendo binos quod pedes coniungimus,
quae causa cogat, non morabor edere.
nam mox poetae, ne nimis † secet brevis
lex haec iambi verba pauca admitteret,
dum parva longam semper alterno gradu
urget nec aptis exprimi verbis sinit
sensus aperte dissidente regula,
spondeon et quos iste pes ex se creat
admiscuerunt, impari tamen loco,
pedemque primum, tertium, quintum quoque,
iuvere paulum syllabis maioribus.
at qui cothurnis regios actus levant,
ut sermo pompae regiae capax foret,
magis magisque latioribus sonis
pedes frequentant, lege servata tamen,
dum pes secundus quartus et novissimus
semper dicatus uno iambo serviat:
nam nullus alius ponitur, tantum solet
temporibus aequus non repelli tribrachys.
quid? non trochaeus temporum est aeque trium?
est: sed trochaeo longa prior *est* syllaba,
brevis autem iambo, longa post; cui non potest

2194—2242 *Mar. Victor.* 80, 1—81, 3

2185 sexiens *Lachmannus* exiens *M* gestiens *Aldus inst. gramm. p.* 370 2187 ultor impotens tui *Aldus* impotens ultor tui *M* 2196 nimis cesset breuis *Aldus* nimis secans breuis *Brissaeus* nimis secum breuis *Lachmannus. malim* nimis stricta et brevis: *cf. Mar. Victor. p.* 80, 1. 132, 11 2205 at qui ς Atqui *M* 2212 repelli ς repellit *M* 2213 *Mar. Victor. p.* 83, 27 quamquam Terentianus, non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, sedulo refragetur. nam secundam sedem in trochaico versu trimetro acatalecto velut legitimum iambo adsignat, cum idem ab iambico metro trochaeum excluserit 2214 prior est syllaba *Dawesius misc. crit. p.* 23, prior syllaba *M*

p. 2432. 33 P.

longam trochaeus subdere et brevem suas,
brevi sequentis quia fit hoc ionicum.
et cur iambo nunc trochaeus serviat?
qui metron ipse copulat trochaicum,
praebetque nomen, ut loquemur postmodum,
habetque et ipse subditivum tribrachyn,
qui iure utrique servit et subiunctus est,
e quis creatur, quos creare non potest.
nam non ita, est ut longa dissolubilis,
breves vicissim contrahi in longam valent;
quia solida findi magnitudo non vetat,
divisa iungi rursum in unum non queunt.
culpatur autem versus in tragoediis
et rarus intrat ex iambis omnibus,
ut ille, contra qui secundo et talibus
spondeon aut quem comparem receperit.
sed qui pedestres fabulas socco premunt,
ut quae loquuntur sumpta de vita putes,
vitiant iambum tractibus spondiacis
et in secundo et ceteris aeque locis,
fidemque fictis dum procurant fabulis,
in metra peccant arte, non inscitia,
ne sint sonora verba consuetudinis,
paulumque rursus a solutis differant.
magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
cura est iambi vel novellis comicis
vel qui in vetusta praecluent comoedia.
Aristophanis ingens micat sollertia,
qui saepe metris multiformibus novis
Archilochon arte est aemulatus musica.
sed paulum abimus longius: nunc hanc magis,
heroicus quare pedes per singulos,
at iste binos scanditur, causam loquar.

2226. 27 *Pompei. 122, 10 Iulian. exc. 321, 28* 2228—2245 *Rufin. de metr. p. 2710* Terentianus de iambis fabularum sic dicit, Culpatur *sqq.* 2228—2242 *Prisc. de metr. Ter. 419, 16* Terentianus de iambico metro Culpatur *sqq.* 2246—2263 *Caesius Bassus apud Rufinum de metr. p. 2707*

2216 et brevem suas, Brevi sequente, quia fit hoc ionicum *Dawesius* suam *M*: *cf. v. 2286* 2217 quia *Micyllus* qua *M* 2218 en cur iambo non trochaeus seruiat *Brissaeus* nunc *Micyllus* nun *M* 2219 trochaeicum *M* 2220 postmodum] *v. 2280 sqq.* 2223 e quis *Petrecinus* Ecquis *M* 2224 est ut *Micyllus* ut est *M* 2234 spondaicis *M* 2239 differant] litteris *codices Rufini de metr. p. 2710* 2243 emicat *codices Rufini* 2144 qui ς Quis *M* nouus *codices Rufini* 2245 Archilocon *M*

p. 2433. 34 P.

spondeon etenim quia recepit impari
tantum loco vel dactylum aut contrarium,
secundo iambum nos necesse est reddere,
qui sedis huius iura semper obtinet,
scandendo et illic ponere adsuetam moram,
quam pollicis sonore vel plausu pedis
discriminare, qui docent artem, solent.
si primus ergo pes eam sumet moram,
ubi iam receptum est subdere heroos pedes,
versum videbor non tenere iambicum:
sed quia secundo numquam iambus pellitur,
moram necesse est in secundo reddere
et ceteris qui sunt secundo compares;
ubi non timebo nequis herous cadat.
sic fit trimetrus qui fuit senarius.
Nunc ipsa metra, quae redegi, prosequar.
iugi trimetro Flaccus usus est semel,
ut non epodum subderet vel demeret
aut adderet, quo legem iambi verteret;
sed simplici carmen per omne evectus est,
quod esse notum versibus primis potest,
'iam iam efficaci do manus scientiae,
supplex et oro regna per Proserpinae'.
unumque carmen lege tali pertulit.
Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
a capite sumet, tunc quadratus dicitur,
idemque dictus est et octonarius.
ante ergo versum collocabo iambicum,
'phaselus ille quem videtis, hospites':
quadratus iste talis effici potest,
adest celer phaselus ille quem videtis, hospites.
Si dempta prima syllaba adiecto pedi est,
quem de duobus esse iambis perspicis,
quod hinc remansit, creticum reddit pedem,
est celer phaselus ille quem videtis, hospites;
quia prima cum sit dempta iambo duplici,
longam relinqui convenit, post alterum

2273—2370 *Mar. Victor. 133, 34—134, 31*

2257 receptum *Aldus inst. gramm. p. 352,* praeceptum *M* 2264 redegi ς redigi *M* 2267 everteret *et* 2268 vectus est *Hotchkisius* 2270 *Hor. epod. 17, 1 sq.* 2272 protulit *Petreeinus* 2277 *Catull. 4, 1* 2280 si dempta ς Siqui dempta *M*

p. 2434. 35 P.

manere iambum, qui brevem et longam suas
iungens priori perficit dictum pedem.
sic creticum siquis velit disiungere,
fiet trochaeus, longa et una syllaba.
praecedet ergo quando cres iambicum,
habet trochaeum, longam et unam; quae sibi
primam ex iambo dum sequenti copulat
brevem, trochaeos esse iam duos vides
et longam iambi: sic trochaei ceteri
fient subinde. longa dum brevem sibi
trahit ex iambo, longa et alia linquitur,
quae sibi vicissim copulans iungat brevem,
volvendo totum coget ordinem pedum,
donec trochaeis restet una in extimo,
catalexis in quam fiet, ut iam diximus.
nam cretici tres syllabae primo loco,
bis sex iambi, quindecim fiunt simul:
sic numerus impar post trochaeos septiens
habeat necesse est extimam superstitem.
sed quia trochaeos tamquam iambos scandimus,
ut sit trimetrus, tres erunt bini pedes;
finem tenebit dactylus vel creticus,
quia duplici trisyllabus minor pede est.
trochaicum autem permanebit liberum,
dum erit trimetrus ex iambis omnibus,
e s t c e l e r p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e t i s , h o s p i t e s.
spondeos autem si sequetur creticum,
habere primum quem potest iambicus
(nam primus ipse est separato cretico),
vel tertio locetur aut quinto pede,
seriem trochaei iam labare perspicis;
quia post trochaeum longa superans cretici,
dum de sequenti copulat longam sibi,
vetat trochaeos ire iunctos ordine.
sed quia recepit lex iambi dactylum,
spondeon aut qui dactylo est contrarius,
ut iam tenemus, impari tamen loco,
nunc, versu iambi qui pedum primus fuit;
erit secundus ante eunte cretico,

2288 diiungere *M* 2296 trahit ς traxit *M* 2298 coget *Lachmannus* cogat *M* 2306 trimetrum *M* 2308 *delevit Brissaeus* 2309 Trochaeicum *M* 2312 sequatur *Santenius* 2317 quia ς Quid *M* 2318 dum de sequenti *Micyllus* Dum ex sequenti *M* dum ea ex sequenti *Reizius* dum ex insequenti *Lachmannus: cf. v. 2628*

p. 2435 P.

ex quo trochaeus tertiam quia separat,
haec de sequenti copulat longam alteram,
spondeon esse post trochaeum propalam est;
qui sic secundus *et* trochaicis datur,
iambicis ut impari solet loco.
nec culpa metri est, si vel hoc vel talibus
pes inseratur, temporum est qui quattuor,
dum primus ipse, qui trochaicum facit,
et tertio locetur et quinto pede.
nam pes uterque, quia sibi est contrarius,
gaudet locorum dispari custodia.
trochaeus ergo semper impari loco
parique iambus rite collocabitur:
nihil nocebit, quisque curret ceteris,
ut quodque metrum lege condetur sua.
ergo qui versus paratur integer trochaicus,
cretico fiet remoto rectus idem ïambicus.
porro si talis locetur, qualis hic noster modo est,
ter tibi spondeon hic semper secundum suggeret:
cretico dabit remoto ter tibi hunc, sed imparem,
talis locetur, qualis hic noster modo est,
simulque iambos nunc suis reddet locis,
quos in trochaeos retro vertit creticus.
verum a magistris versus iste dicitur
acephalus, idem qui trochaicus quoque.
Archilochus auctor traditur talis metri.
sed iam pedum cum regulam distinguerem,
longam resolvi per duas dixi breves,
ipsumque posse quinque totas creticum
breves habere, quando longas solveris.
est ergo et ille versus integer meus,
quo quinque feci syllabarum creticum,
is erit anapaestus, quinque, post spondeus est.
exempla ponam, quae locasse Caesium
libro notavi, quem dedit metris super,
'beatus ille qui procul negotiis':
est creticus pes Socrates, et versus hic,

2325 tertiam *Lachmannus* tertium *M* 2327 post trochaeum ς potest trochaeum *M* 2328 secundus et trochaicis *Lachmannus* Secundus trochaicis *M* secundus pes trochaicis *Micyllus* secundus in trochaicis *Hotchkisius* 2332 primus *Lachmannus* prius *M* 2339 condatur *Brissaeus* 2341 rectus *Micyllus* rectius *M* 2352 dixi] *v. 1450 sqq.* 2355 ille versus] *v. 1403* 2358 Caesium] *cf. supra p. 250* 2360 *Hor. epod. 2, 1*

p. 2136 P.

Socrates beatus ille qui procul negotiis.
hinc solvo primam: tale fit, nec pes labat,
Diogenes beatus ille qui procul negotiis.
cum tertiam, ne tum quidem quicquam perit,
Demophile, beatus ille qui procul negotiis.
utrasque quando solveris, nil laeditur,
quod agis, age: beatus ille qui procul negotiis.
auctore tanto credo me tutum fore,
ut pro trochaeo nemo culpet tribrachyn.
  Archilochus autem creticum sicut dedit,
aeque trimetro iunxit Hipponax pedem
novissimum trisyllabum ex prima brevi,
longis duabus: antibacho nomen est.
exemplar eius tale possis fingere,
phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus.
quadratus ut sit, parte ab ima claudicat:
erit quadratus reddita novissima,
phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus est.
phaselus ergo quem videtis, hospites, Sabinus
aeque est et ipse syllabarum quindecim,
ut ille, prima parte qui multatus est;
sed iambicus manebit, unde et natus est.
illic enim, quia prima pars ex cretico
gignit trochaeum, transit in trochaicum:
hic ex iambis natus ad finem quoque
manebit idem. veniat externus licet
pes antibacchus, non erit dispar tamen:
namque est iambus tertiam longam trahens.
sic ergo versus ex iambis prosatus
suis iambis iungit inde septimum,
et hunc, ut illum, terminabit semipes;
vel quia est trimetrus, antibaccho desinet.
frequens in usu est tale metrum comicis vetustis,
Atella vel quis fabulis actus dedit petulcos,
quia fine molli labile atque deserens vigorem

2371—2428 *Mar. Victor. 135, 14—136, 30*

2367 solveris *Brissaeus* soluerit *M* 2370 ut pro trochaeo *Lachmannus* Et pro iambo *M* et pro trochaeo *Dawesius misc. crit. p. 24* ut pro iambo *Santenius* 2374 antibaccho *Micyllus* antibacchio *M* 2375 possis *Brissaeus* possit *M* 2376 *Catull. 4, 1* phaselus ille, quem videtis, hospites. *Verg. catal. 8, 1* Sabinus ille, quem videtis, hospites 2382 mulcatus *M* 2392 et hunc ut illum *Lachmannus* Et hunc et illum *M.* ut *legit Marius Victorinus p. 135, 22*

p. 2436. 37 P.

sonum ministrat congruentem motibus iocosis.
  Claudum trimetrum fecit aliter Hipponax,
ad hunc modum, quo claudicant et hi versus:
idcirco graece nuncupatus est σκάζων.
hic non iambum reddidit pedem sextum,
paenultimam sed pro brevi trahit longam,
novitate ductus, non ut inscius legis.
sed quia iugatos scandimus pedes istos,
paeona fieri perspicis pedem in fine:
epitritos nam primus implet hanc partem,
brevis locata cum sit ante tres longas.
quare cavendum est ne licentia sueta
spondeon aut qui procreantur ex illo
dari putemus posse nunc loco quinto,
ne deprehensae quattuor simul longae
parum sonoro fine destruant versum:
nam dactylum paremve quid tibi dicam?
cum tantum iambus hoc loco probe poni
aliusque nullus rite possit admitti.
hoc mimiambos Mattius dedit metro:
nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
pari lepore consecutus et metro.
  Sed et trimetrus, ut quadratus, hic potest
acephalos esse, prima quando demitur,
fierique primus pes et istic creticus.
nam sicut ille redditur trochaicus,
sic versus ante qui videtur integer,
a d e s t c e l e r p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s,
cum demo primam, quod relinquo tale fit,
e s t c e l e r p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s.
acephalus ergo, sed trimetrus, factus est.
Archilochus idem est usus et tali metro.
  Vicissim et ille qui quadratus claudicat
et in trimetro claudicare sic potest,
p h a s e l u s i l l e q u e m v i d e s. S a b i n u s e s t:

2398—2415 *Caes. Bass. 257, 5—258, 11*   2401 *Mall. Theod. p. 546 ed. Gaisf.*   2403 *Mar. Victor. 81, 10*

2401 reddit *codices Mallii Theodori p. 547 ed. Gaisf.*   2416 Hoc Mimiiambos *M*   metro *Brissaeus* metron *M*   2417 eundem est attico thymo tinctum Pari lepore est consecutus et metro *M* eundem est attico thymo cinctum Pari lepore consecutus et metro *Aldus inst. gramm. p. 377* eundem iste Attico thymo tinctum Pari lepore consecutus et metro *Lachmannus*   2429 vicissim ut ille *Santenius*

phaselus ille quem vides Sabinus.
similem locavit Flaccus uno in carmine:
sed quia videtur alius ante praeditus,
ut versus hic epodus illius foret,
ratione quem iam competenti distuli,
simul hos loquemur, quando devinctis metris
et hinc et inde veniet aptior locus.
Nec non dimetrus ex trimetro redditur,
quacumque partem tertiam si detrahas;
stabitque versus octo tantum syllabis,
nisi quando sumet dactylum aut contrarium,
locove iambi qui probatur tribrachys;
talisque versus hic erit,
phaselus ille quem vides.
plerumque nec carmen modo,
sed et volumen explicat;
ut pridem Avitus Alfius
libros poeta plusculos,
usus dimetro perpeti,
conscribit excellentium.
tales trimetris subdidit Flaccus suis,
ut carmina ostendunt decem,
'ibis liburnis inter alta navium,
amice, propugnacula'.
Archilochus isto saevit iratus metro
contra Lycambam et filias.
Et hic dimetrus non minus
ut ille acephalus esse vel claudus potest.
adest celer phaselus est:
cum prima dempta est, redditur
est celer phaselus est;
at cum suprema, claudicat
adest celer phaselus.
Flaccus priorem sic dedit,

2439—2496 *Mar. Victor. 137, 8—138, 29*

2433 uno in carmine] *carm. I 4, de quo dicitur v. 2920 sqq. nam in hoc similem epodum, sed aliter dimetiendum esse voluit Terentianus; alium, qui vere claudus trimeter esset, in carmine II 18 tractavit v. 2468* 2435 ut versus hic *Micyllus* Versus ut hic *M* 2436 distuli] *v. 2179* 2443 locove iambi *Micyllus* Loco uel iambi *M* 2448 Auitus Alphius *M* 2451 conscripsit *Brissaeus*, cum scribit *coniecit editor Sanctandreanus* 2454 *Hor. epod. 1, 1 sq.* 2457 Lycambam *Petrecinus, Marius Victorinus p. 79, 35 et 137, 30*, lycamben *M* lycambem *Micyllus*

p. 2438 P.

esset ut versus prior
est celer phaselus est,
post hunc veniret talis hic epodus,
phaselus ille quem vides Sabinus.
† sunt tales hoc uno in carmine,
ad usque finem permanent compares epodi,
'non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar'.
non ebur pes creticus:
longa nam fit tertia
consonante ex altera.
neque aureum prima ex trimetro portio est.
mea renidet in domo dimetrus est,
quod ut Sabinus claudicat lacunar.
pedem hinc iambum duplicem
mea reni si dempseris, relinquitur
det in domo lacunar:
adest celer phaselus.
et condere inde carmen
multi solent poetae.
Horatium videmus
versus tenoris huius
nusquam locasse iuges;
at Arbiter disertus
libris suis frequentat.
agnoscere haec potestis,
cantare quae solemus,
'Memphitides puellae
sacris deum paratae',
'tinctus colore noctis
manu puer loquaci'.
Aptum videtur esse
nunc hoc loco monere,
quae sit figura versus,
quem credidit vetustas,
tamquam Italis repertum,

2497—2524 *Caes. Bass. 265, 8—266, 16 Mar. Victor. 138, 30—139, 30*

2466 esset ut ς Esse: ut *M* 2470 Sunt in uno hoc carmine Ad usque finem compares epodi *coniecit Santenius*, sunt tales hoc uno in carmine compares epodi, ad usque finem permanente metro *Lachmannus*, Sunt atque tales hoc in uno carmine Ad usque finem permanentque compares *Hotchkisius* 2472 *Hor. carm. II 18, 1 sq.* 2491. 92 *Petronio tribuit Barthius advers. XXII 4 p. 1077 et VII 5 p. 319*

p. 2439 P.

saturnium vocandum.
sed est origo graeca,
illique metron istud
certo modo dederunt;
nostrique mox poetae
rudem sonum secuti,
ut quemque res ferebat,
sic disparis figurae
versus vagos locabant.
post rectius probatum est,
ut tale colon esset
iunctum tribus trochaeis,
ut si vocet Camenas quis novem sorores.
et Naevio poetae sic ferunt Metellos,
cum saepe laederentur, esse comminatos,
'dabunt malum Metelli Naevio poetae'.
dabunt malum Metelli, clauda pars dimetri:
dabunt malum Metelli,
adest celer phaselus,
Memphitides puellae,
tinctus colore noctis.
post Naevio poetae tres vides trochaeos:
nam nil obest trochaeo, longa quod suprema est.
  Et choriambus unus
praeditus antibaccho
claudicat, ut priores.
videro, si novelli
versus erit poetae;
lex tamen una metri est:
tinctus colore noctis,
dabunt malum Metelli:
'Inachiae puellae
seu bovis ille custos'.
colon et hoc in usu
carminis est Horati.
tu genus hoc memento

2537 *Mall. Theod. p. 541 ed. Gaisf.*

2508 ut quaeque *Brissaeus* 2514 *Caes. Bass. p. 266, 3 ex Naevio* novem Iovis concordes filiae sorores 2515. 17. 23 NEVIO *M* 2518 dimetri *Micyllus, Marius Victorinus 139, 20,* trimetri *M* 2519 *delevit Micyllus* 2521 *et* 2522 *uno versu coniunctos habet M* 2524 nam nihil obstat *edidit Brissaeus* 2536 Horati] *carm. I 8: cf. Caes. Bass. p. 270, 10. apud Terentianum quae de hoc carmine dicta erant, nunc non leguntur*

p. 2440 P.

reddere, cum reposcam.
Nunc, quia quae potui videor tractasse seorsa
heroico profecta quaeque iambico,
cetera quae mixtis variantur partibus horum,
ut quibo, metro nitar hinc attingere.
sed quoniam ex uno possunt adiuncta referri,
amplectar ultro quod datur compendium.
Quem nos hendecasyllabum solemus
tamquam de numero vocare versum,
tradunt sapphicon esse nuncupandum:
namque et iugiter usa saepe Sappho
dispersosque dedit subinde plures
inter carmina disparis figurae.
sed primi pedis ante lex tenenda est,
spondeon siquidem videmus istic
tamquam legitimum solere poni,
post hunc dactylon atque tres trochaeos,
cui nomen quoque phallico dederunt.
verum mobilis hic locus frequenter
non solum recipit pedem, ut loquebar,
spondeum, sed et aptus est trochaeo,
nec peccat pede natus ex iambo.
exemplis tribus hoc statim probabis,
docti carmine quae legis Catulli,
'cui dono lepidum novum libellum,
arido modo pumice expolitum?'
'meas esse aliquid putare nugas'.
quos dixi modo, iam pedes videmus
diversos capiti trium locatos,
spondeon CUI DO, trochaeon ARI:
MEAS, quis neget hunc iambon esse?
Hic per commata septies feritur,
quales hexametron tomas habere
iamdudum tibi disserens probavi.
ex quis nunc duo metra copulari

2545—2913 *Caes. Bass. 258, 13—263, 21 Mar. Victor. 148, 9—155, 9*
2571 *Mar. Victor. 118, 20*

2555 cui *Aldus inst. gramm. p. 382*, Qui *M. cf. Mar. Victor. p. 148, 17, ubi si incorrupta est librorum scriptura* e quis ithyphallico seu phalaecio, ut supra diximus, nomen est, *Marius Victorinus apud Terentianum* qui *legit.* quis nomen quoque phallicis dederunt *coniecit Micyllus ad v. 2593* phallico *Petreccinus et Dawesius misc. crit. p. 24,* phalaeco *M* phalico *Aldus* 2562 *Catull. 1, 1. 2. 4* 2563 PVMICAE *M*

in unum solidum videbis, ortum
cum componitur ex utroque metro.
pars heroica tum prior duobus
spondeo pede dactyloque constat
et quem semipedem est necesse linqui,
ut sit pentameris tome locata;
exin cetera portio est iambi.
quod non difficile est statim notare,
cum talis fuerit figura versus,
carmen Pierides struunt sorores.
haec exordia versuum duorum,
carmen Pierides, quod hexametri est,
atque iambicon hoc, struunt sorores,
compleri poterunt utroque metro,
carmen Pierides pangunt memorabile Musae,
struunt sorores Atticae dirum nefas.
haec divisio prima computetur.
At quae nunc pedibus duobus orta
sermonem cohibet nec exit ultra,
sicut semipedem prior trahebat,
coniungit sibi phallicos trochaeos,
ut dixi modo, Bacche Bacche Bacche.
tum versum videas sonare talem,
pangunt carmina iam novem sorores.
nam si quattuor his pedes duobus
addas, hexameter profecto fiet,
pangunt carmina tergeminae memoranda sorores.
post hos phallica de tribus trochaeis
pars est cetera, iam novem sorores.
Exin tertia latius patescit,
carmen Pierides dabunt sorores.
nam cum dempsero versui sorores,
carmen Pierides dabunt manebit.
carmen Pierides dabunt,
hoc metrum choriambicum est,

2575—2589 *Mar. Victor. 121, 2—8*

2573 uidebis, ortu *Lachmannus* uidebis orbem *Schraderus apud Santenium* 2575 tum] cum *Lachmannus* 2578 pentameris *Lachmannus* penthemimeris *M.* linqui | ut sit penthemimeris *Micyllus* 2593 phallicos *Micyllus et Dawesius* phalaecos *M: cf. v. 2555* 2594 bacchae *tertio loco M: cf. v. 1848* 2600 Post hoc phalaeca *M* post hoc phallica *Micyllus: cf. v. 2824* 2602 latius *Lachmannus, Marius Victorinus p. 149, 26,* melius *M*

p. 2441. 42 P.

quod pars bacchiacum vocant.
hinc primas capiti duas
nec non *et* totidem ultimas
excrementa magis putant
nec ducunt numero pedum.
sunt haec carmen, item dabunt;
solum Pierides manet,
quod reddit geminum pedem,
dicunt quem choriambicon,
quia longam sequitur brevis,
claudit longa brevem alteram:
nam DES longa fit altera
iuncta post sibi consona.
sic ponunt medium pedem
primas inter et ultimas,
carmen Pierides dabunt.
pars prima hic varie solet
spondeum modo sumere,
idem saepe et iambus est.
hoc de Septimii potes
iunctis noscere versibus,
'geritque intus in oppidum
anhelos Panope greges'.
alter consimiles dedit,
'opima adposui senex
Amori arma Feretrio'.
trochaeum quoque sic locat,
'purpurae leguli senes',
'intus hic ubi consitum est'.
utque est mobilis hic locus,
immotus manet ultimus:
namque hic semper iambus est.
tendunt latius hoc genus,
duos ut choriambicos
includant medios pedes,
et sit versus ad hunc modum,
carmen Pierides dulcisonum dabunt.
duplex hic choriambus est,

2610 et *om. M, add. Micyllus* 2611 incrementa *Marius Victorinus p. 149. 34* 2613 haec] hae *Marius Victorinus* 2616 dicunt quem ς Dicuntq; *M* 2618 claudit longa ς Claudit longam *M* 2629 agitque *coniecit Schraderus apud Santenium* 2630 Panope ς PANOPAE *M: cf. Diom. p. 511, 18* 2633 PHERETRIO *M*

p. 2442. 43 P.

primus Pierides, dulcisonum *sequens*.
sic carmen prius est, finis item dabunt,
ut pes haec habuit prior.
sunt qui tradiderint, ultima versui
tamquam pentametro syllaba dempta sit,
quam si restituas, pentametrum fore,
carmen Pierides dulcisonum dabunt,
carmen Pierides dulcisonum dabitis;
ut versus quoque sic constet Horatii,
'Maecenas atavis edite regibus',
Maecenas atavis edite remigibus.
usque autem videas hoc procul a fide,
ut metri genus hoc vatibus inclitis
non uno aut gemino constiterit pede,
verum in tres etiam consimiles eat
clausos in medio partibus exteris;
quod iam pentametri non patitur modus.
nam sic tres videas esse pedes datos,
carmen Pierides dulcisonum, si mereor, dabunt.
  His est omnibus in suis
libris usus Horatius;
quo, dicam, et quotiens modo.
nam primum minime suo
solum carmine protulit,
ut vates alii solent,
exemplum et Senecae dabo,
'Thebis laeta dies adest:
aram tangite supplices,
pingues caedite victimas'.
tales continuos legis.
hunc praeponit Horatius,
epodum ex geminis subicit alterum.
exemplum sat erit semel
nos hoc ponere; ceterum
bis sex carminibus suis
hunc servat stabilem modum:
'sic te diva potens Cypri,
sic fratres Helenae, lucida sidera'.
sic te diva potens Cypri,

2650—2655 *Caes. Bass. 268, 24*

2646 dulcisonum sequens *Brissaeus* DVLCISONVM dabunt *M*   2649 pes] pars *Santenius coll. v. 2624*   2656 *Hor. carm. I 1, 1*   2672 *Senec. Herc. fur. 877 sqq.* et *om. Brissaeus*   2681 bis sex *Santenius* Bis ex *M*   2683 *Hor. carm. I 3, 1 sq.*

p. 2443 P.

hic unus choriambus est:
sic fratres Helenae, lucida sidera,
hic interpositi duo.
talem, quem geminis perspicis effici,
servat carminibus perpetuum tribus;
quorum exordia cum praedita videris,
stabit continuum consimili modo,
'Maecenas atavis edite regibus',
'exegi monumentum aere perennius',
'donarem pateras grataque commodus'.
nec non continuos tres pariles dedit
versus et cecinit post alium brevem
ex uno simili pede;
ususque est genere hoc carminibus novem,
quae sunt talia, quale est modo quod dabo,
'scriberis Vario fortis et hostium
victor Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit'.
tres binis pedibus cernimus editos,
unum quartus habet pedem.
hanc docti tetracolon vocitant strophen:
nam post quattuor hos altera vertitur
ad legem similem consimilis strophe,
in qua sunt alii quattuor hoc genus
versus, ex quibus hi sunt sibi tres pares
praemissi, biiuges qui capiant pedes,
unum quartus in omnibus.
iam quem perficiunt tres medii sic choriambicum,
tales continuos carminibus composuit tribus,
'tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem [tibi',
'nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem',
'o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens'.
binas hic capiti totque itidem deme novissimas:
fient in medio perspicui tres choriambici,
ut versus meus est, quem similem composui ex tribus,
carmen Pierides dulcisonum, si mereor, dabunt.
et supra positi sic quoque sunt duo,

2696—2713 *Mar. Victor. 165, 7—14*

2693. 94. 95 *Hor. carm. I 1, 1. III 30, 1. IIII 8, 1* 2701 *Hor. carm. I 6, 1 sqq.* 2712 biiugos *Lachmannus* binos *M* geminos *Micyllus* 2716. 17. 18 *Hor. carm. I 11, 1. 18, 1. IIII 10, 1* 2721 ut] At *M*

p. 2444 P.

carmen Pierides dulcisonum dabunt,
Maecenas atavis edite regibus.
ex uno quoque sic fuit,
carmen Pierides dabunt,
sic te diva potens Cypri.
Forsan longula visa sit
haec divisio tertia
versus hendecasyllabi.
sed tot nos docuit metra,
et sunt quae deceat magis
nunc conectere, dum recens
haec est regula, quae dedit
ex se tam varios modos;
quae disiungere si velim,
cogar, dum paro singulis
certas reddere origines,
iam tractata retexere.
Ergo hinc nascitur altera
metri regula, ceu duas
partes hexametri secans
quae ternos dirimit pedes;
quos si reddideris sibi,
hexametrum pedibus cernes constare receptis,
qui tamen heroum factis indignus habetur.
namque tome media est versu non apta severo,
fitque soluta magis, quotiens spondeus inest pes
tertius et quartus. non *esse* hunc incolumem ergo,
sed de commatibus tradunt constare duobus.
ipse enim sonus indicat esse hoc lusibus aptum,
et ferme modus hic datur a plerisque Priapo.
inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus,
'hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est *usque* quaque, Priape:
nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris'.

2733 deceat ς deceant *M* 2737 quae disiungere *Lachmannus* Quam disiungere *M* 2750 non esse hunc incolumem ergo *Lachmannus* non hunc incolumen ergo *M* nolunt hunc incolumem ergo *Brissaeus* 2752 ipse etenim *Brissaeus* 2756 LAMPSACI EST QVAQVE PRIAPe *M*, *ubi* erit *pro* est *coniecit Lachmannus*. *'ex u. 2763—66 apparet postremam commatis prioris syllabam non esse longam. et iambum in hoc fuisse credibile facit uersus 2762' idem.* Lampsaci sita est quaque Priape *edidit Brissaeus, quem secutus Scaliger Virgil. append. p. 85 (a. 1595)* Lampsaci est, quaque silua Priape *scripsit* 2757 urbibus haec colit ora *Brissaeus*

p. 2444. 45 P.

et plures similes sic conscripsisse Catullum
scimus. usque adeo hoc genus lex heroica pellit,
ut sit utraque portio coepta saepe trochaeis:
nam discrimine nullo ponit hunc vel iambum.
nec mirabere syllabae finem commate primo,
tamquam de pede dactylo fiat tertia longa,
nam te praecipue in suis. talis versus et alter,
Hellespontia ceteris: aeque est ultima longa.
nam quia commata bina sunt, sumunt ambo supremas.
versus ergo magistri vocant hos priapeos.
et Maro dat tales; sed quia distinctio verba
dissociat nectitve aliter nec partibus aequis
distingui patitur pedes, effugit sonus aurem.
'fronde super viridi sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis':
'turbabat caelo, nunc terras ordine longo
aut capere aut captas iam despectare videntur'.
si distinctio separet nobis mitia poma,
pressi copia lactis, terras ordine longo,
despectare videntur, fient sic resonantes,
ut versus sonat alter, quem distinctio nudat,
'cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos'.
siquis hic quoque findat prima commatis instar,
ex uno choriambico,
de quo disserui modo,
versus stare videbitur,
cui non dictus Hylas puer,
Thebis laeta dies adest,
carmen Pierides dabunt.
usque autem duo commata
possis credere rectius,
haec ipsa ut videas dari
non hoc quo modo sunt situ,
versa sed vice pristina.
namque his commatibus Flaccus Horatius
metrum composuit; sed choriambicos

2793—2818 *Caes. Bass. 267, 24—268, 4 Mar. Victor. 164, 28—165, 16*

2759 et plures similes *Reizius* Et similes plures *M* 2761 caepta *M* 2771 effugit sonus *Lachmannus* sonus effugit *M* 2772 *Verg. bucol. 1, 81 sq.* 2774 *Verg. Aen. I 395 sq.* 2780 *Verg. georg. III 6* 2781 hic quoque *Lachmannus* sic quoque *M* primum *Brissaeus*: *cf. Mar. Victor. p. 151, 28* 2782 *et* 2783 *uno versu coniunctos habet M, divisos* ς 2791 quo modo ς quomodo *M*

p. 2445. 46 P.

ex binis pedibus praeposuit duos,
tunc hos iungit epodos,
partes ut modo *do* duas.
ipso carmine iam tibi fiet regula plana,
'quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrrha, sub antro?
cui flavam religas comam?'
pergunt cetera post consimili strophe.
versus hic igitur sunt pariles duo,
quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus.
post hos quae veniunt commata perspicis,
grato, Pyrrha, sub antro,
cui flavam religas comam.
cui flavam religas comam prima parte locetur,
fiat comma secundum grato Pyrrha sub antro:
versum non dubium est fore quem dicunt priapeum,
cui flavam religas comam grato, Pyrrha, sub antro.
nec quod desinit in comam, si fit tertia longa,
dum G consona iungitur, grato Pyrrha sub antro,
peccat dactylus istic, cum, sicut modo dixi,
primi commatis ultima fiat libera legis.
sunt haec talia Flacci vatis carmina quinque.
  Iam divisio quarta non morosa
qualem suggerimus tomen habebit,
carmen suave dedistis, o Camenae.
nam cum sustulerimus o Camenae,
pars heroica fiet haec relicta,
quae post hos geminos pedes habebit
clusum nomine tertium trochaeum,
carmen suave dedistis.
haec heroica iam tome probata est,
'infandum regina'.
nam versus sibi parte restituta
inlaesum revocabit hexametrum,
carmen suave dedistis Olympiades mihi Musae,
'infandum, regina, iubes renovare dolorem'.
  Et quintam breviter tomen loquemur.

2796 *et* 2797 *uno versu coniunctos habet M, distinxit Micyllus* 2797 do *om. M, add. Santenius* 2799 *Hor. carm. I 5, 1 sqq.* 2818 haec talia *Petrecinus* haec alia *M* 2832 *Verg. Aen. II 3*

p. 2446 P.

spondeum siquidem inter et secundum,
quem scis dactylon hic solere poni,
si trudas anapaeston inserasque,
iungas cetera, iam videbis ipsum

* * *

consueto pede Sotaden locutum.
carmen Pierides dabunt sorores.
si dicam lepidae, palam est profecto
quod sit pes anapaestus. insero ergo
spondeo medium atque consequenti
hoc nomen lepidae: fit omne tale,
carmen lepidae Pierides dabunt sorores.
idcirco genus hoc phalaeciorum
vir doctissimus undecumque Varro
ad legem redigens ionicorum
hinc natos ait esse, sed minores.
Nunc divisio, quam loquemur, edet
metrum quo memorant Anacreonta
dulces composuisse cantilenas.
hoc Petronius invenitur usus,
Musis cum lyricum refert eundem
consonantia verba cantitasse,
et plures alii. sed iste versus
quali compositus tome sit edam,
'iuverunt segetes meum laborem'.
iuverunt, caput est *id* hexametri:
si cures reliquos pedes referre,
iuverunt animum versus ex carmine Flacci.
quod restat, segetes meum laborem,
tale est, ceu 'triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis,
volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem'.
non nulli metron hoc magis putarunt
quod sit postera pars ionicorum

2846 *Augustin. de civ. dei VI 2*   2849—2865 *Mall. Theod. p. 544 ed. Gaisf.*
2861 *Augustin. de mus. IIII 17. 26*   2862. 63 *Augustin. de mus. IIII 16*

'*post 2837 excidit uersus, ad hunc modum*, quo supra tibi diximus poetam. *confer u. 1510*' *Lachmannus*: *sine lacuna M*   2853 Musis cum *Dawesius misc. crit. p. 163*, Musicum *M*   2858 id *om. M, add. Micyllus*   2859 sic cures *coniecit Santenius*   2864 axi *Mallius Theodorus p. 545 ed. Gaisf.*   2865 rutilum *Mallius Theodorus.*

p. 2447 P.

quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos;
ut versus reparetur inde plenus,
'segetes meum laborem',
o quam relevarunt segetes meum laborem:
'Triviae rotetur ignis',
cernis quotiens hic Triviae rotetur ignis;
nec pars haec anapaeston atque iambos
nec non et catalecticam supremam,
sed sumat pariambon et trochaeos,
segetes meum laborem;
quod metron soleant pedes iones,
nunc longas brevibus brevesque contra
alterna vice commodando longis,
versum claudere saepe ditrochaeis.
nec mirum puto, quando Varro versus
hos, ut diximus, ex ione natos
distinguat numero pedum minores.
Hoc si sic repetamus, ut secundo
supremam dare syllabam negemus,
iuncto commate galliambos exit,
segetes meum laborem, segetes meum labo.
sonat hoc subinde metro Cybeleium nemus,
nomenque galliambis memoratur hinc datum,
tremulos quod esse Gallis habiles putant modos;
adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachym.
anapaestus esse primus, spondeus aut solet;
duo post erunt iambi, tribrachysve subicitur,
linquitque comma primum catalecticam brevem.
pariambus et trochaei duo comma posterum
tribrachysve continebunt, superatque semipes.
servasse quae Catullum probat ipse tibi liber.

2888 *Mar. Victor. 96, 1* 2891 *Mar. Victor. 95, 27*

2873 quotiens hic ς *Marius Victorinus p. 154, 10,* HIC QVOTIENS *M* 2878 pedes iones ***Micyllus*** pedes ione *M*, pedes ionici ***Marius Victorinus p. 154, 16, quamquam is participium*** versum ***v. 2881 pro nomine accipiens deinde scripsit*** versumque basi trochaica frequentius claudere. ***eodem errore Santenius*** quod metro soleant pedes ione ***confecit*** 2879 nunc *Micyllus* Hunc *M* 2881 ditrochaeis ***Santenius*** de trochaeis ***M*** 2888 meum labo ***in fine versus*** ς MEVM LABOREM ***M*** meus labor ***Marius Victorinus*** 2889 metro] cantu *Marius Victorinus* 2894 aut solet ***Lachmannus*** et solet ***M***: aut *Marius Victorinus p. 154, 30* 2895 subicitur ς subiicitur *M* 2899 seruasse quae ***Micyllus*** Seruasseq; ***M***

p. 2447. 48 P.

'super alta vectus Attis celeri rate maria'.
At quae septima fit tome, videtur
Hipponactis habere claudicantem,
quem supra posui. quod ipsa iam nos
versus formula posta perdocebit,
carmen nemo facit meo Sabino.
carmen nemo potest heroum reddere versum,
carmen nemo dabit, magno quod par sit Homero.
claudum est porro facit meo Sabino:
nam reddo partes, ut quadratus claudicet, *priores*
partemque et istam: versus hic ad hunc modum sonabit,
quis carmen aut versum novum facit meo Sabino?
phaselus ille quem vides, facit meo Sabino.

Hinc iam cetera metra persequemur,
quae Flaccus varie suis epodis,
nunc unum recinens dato priori,
nunc binos geminis, tribus vel unum,
aut binos varie dedit sonantes,
ut sit tertius atque quartus impar.
Quem tibi tetrametrum iam diximus, hunc tribus trochaeis
adiunctis pedibus talem dedit, ut dedi gemellos,
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni'.
hunc differre supra fuit utile, quod sequens epodus
cum parte iambi tres habet trochaeos,
et nondum species mixtas simul ex utroque metro
tractare adortus aptius putavi
hunc differre, magis postquam tibi tota lex iambi
distincta utrumque planius probaret.
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas'.
solvitur acris hiems grata vice, tetrametros hic est,
et tres trochaei veris et favoni,
trahuntque siccas portio est iambi:
CAS hinc superfit, semipes habetur:
similes trochaei machinae carinas.

2914—2919 *Mar. Victor. 160, 22—32* 2920—2954 *Caes. Bass. 268, 27 Mar. Victor. 164, 2—27. 142, 28—143, 28*

2900 *Catull. 63, 1* rate ς RATIS *M* 2904 supra] *v. 2376* 2910 redde *Micyllus* priores *om. M, add. Micyllus: cf. Mar. Victor. p. 155, 6* 2916 nunc unum *Micyllus* Nec unum *M* 2920 iam diximus] *v. 2114 sqq.* 2922 *Hor. carm. I 4, 1* 2923 *et* 2927 hunc *Santenius* Nunc *M* huc *Brissaeus* 2923 supra] *v. 2179* 2934 super fit *M*

posset videri claudus hic trimetrus,
duos ut esse duplices primos pedes
trahuntque siccas machinae putemus,
claudum antibacchum qui facit carinas.
sed talem epodum dicitur dedisse
Callimachus ante de tribus trochaeis,
in fine versum phallicis sonantem,
quem dico dudum sapphicum vocandum,
siccas ducite navitae carinas.
nam tale cernis navitae carinas,
ut finis ille est, veris et favoni.
et quamquam iambum Flaccus antemisit,
trahuntque siccas,
magis putandum est tres datos trochaeos,
quam post iambos ultimum antibacchum,
uterque finis lege ut esset una:
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,
trahuntque siccas machinae carinas'.
semelque metrum tale copulavit.
Heroo trimetrum semel idem subdidit unum,
geminus ut iste versus ostendet tibi,
'mella cava manant ex ilice: montibus altis
levis sonante lympha dissilit pede'.
utrumque apertum est: immorari desinam.
Et dimetrum heroo talem subiunxit epodum,
bis usus hoc nec amplius,
'mollis inertia cur tantum diffuderit imis
oblivionem sensibus',
'nox erat, et caelo fulgebat luna sereno
inter minora sidera'.
Nec non trimetro talem epodum comparat:
pentametri partem dactylicam subicit
atque dimetron ad hoc, unumque versum reddidit,

2940 *Caes. Bass. 258, 25* 2960—2965 *Mar. Victor. 171, 12—19* 2966—2975 *Mar. Victor. 170, 7—13*

2936 possit *Brissaeus, Marius Victorinus p. 164, 14* 2942 In fine uersus Sapphici sonantem, quem dico dudum phallicum uocandum *coniecit Lachmannus* phallicis *Petrecinus et Dawesius misc. crit. p. 26*, phalaecis *M* 2943 dudum] *v. 2545 sqq.* 2947 et quanquam *Micyllus* Quanquam *M* 2950 post iambos *Micyllus* poscit iambos *M* 2957 *Hor. epod. 16, 47 sq.* 2958 sonante] crepante *ex Horatio Brissaeus* desilit *Lachmannus* 2962 *Hor. epod. 14, 1 sq.* 2963 SENSIRVS *M*
2964 *Hor. epod. 15, 1 sq.* 2968 reddidit ς reddit *M*

p. 2419 P.

'Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore perculsum gravi'.
prior trimetrus quaestionem non habet.
pentametri pars est scribere versiculos;
at hoc dimetrum perspicis,
amore perculsum gravi.
semelque et istud functus est.
Itemque epodum non trimetro reddidit,
sed versum heroum voluit praemittere totum,
dein dimetrum collocat commaque dactylicum,
et hic, ut ante, versus unus ut foret,
'horrida tempestas caelum contraxit, et imbres
nivesque deducunt Iovem, nunc mare, nunc siluae'.

* * *

2976—2981 *Mar. Victor. 170, 28—171, 7*

2969 *Hor. epod. 11, 1 sq.* 2971 questionem *Petrecinus* quē ionem *M* 2973 *et* 2974 *uno versu coniunctos habet M, distinxit Micyllus* 2976 idemque *Micyllus* trimetro reddidit *Bentleius in Hor. epod. 11, 1*, trimetros edidit *M* trimetris addidit *Micyllus* 2978 dein dimetrum ς Deinde metrum *M* 2980 *Hor. epod. 13, 1 sq.* 2981 SYLVE *M*

MARII PLOTII SACERDOTIS

ARTIVM GRAMMATICARVM

LIBRI TRES

M. Claudii Sacerdotis artium grammaticarum libri duo e codice Bobiensi, nunc Vindobonensi 16, primum editi sunt ab Eichenfeldo et Endlichero in analectis grammaticis Vindobonae a. 1837. codicem accurate descripsit Endlicherus cod. philolog. latin. bibl. Palat. Vindobon. p. 215 sqq.: cf. gramm. latin. v. IV p. VII. de ea autem parte codicis, in qua Sacerdotis libri scripti sunt, editores Vindobonenses haec indicaverunt in praefatione p. I, 'implet tractatus noster octo et viginti folia membranacea (112—139) seculo septimo vel ineunte octavo, charactere longobardico, forma, quam in folio minori aiunt, scripta. — sane dolendum Sacerdotis opusculum non integrum, sed quaternionibus tribus mulctatum ad aevum nostrum pervenisse. desunt nimirum quaterniones priores duo, itemque quaternio quintus. quinti iacturam, quae in librum secundum incidit, equidem moderatius ferre possemus, quoniam contenta libri secundi Sacerdotis cum Probi catholicis mire consentiunt; prioribus duobus vero amissis, simul Sacerdotis nostri de nomine fere omnis et de pronomine intercidit doctrina': et in adnotatione ad primum librum p. 1, 'incipit quaternio signatus pro tertio (III) ab ipso librario. desunt igitur hic priores I et II, si minus toti, saltem ex parte destinati Nostro, nunc ἀκεφάλῳ'. itaque primum ex numeris, qui in quaternionibus scripti sunt, apparet Sacerdotis libros olim ab iis grammaticorum libris, qui nunc ante eos in codice positi sunt, separatos, postea demum cum illis coniunctos esse. deinde cum tres membranarum facisculi perierint, in quinto quidem quaternione, qui in secundo libro deest, haud dubie ea quae in catholicis Probi p. 10, 19—25, 12 leguntur scripta erant. de primo autem et secundo non plane constat, utrum ea omnia, quae in primo libro desiderantur, continuerint, an praeter Sacerdotem alia in his scripta fuerint. nam initium certe disputationis de ablativo casu, a qua primi libri fragmenta incipiunt, in fine secundi quaternionis scriptum erat. integrum autem Sacerdotis librum legisse videtur is, quem auctorem secutus Raphael Volaterranus commentar. urban. l. IV f. LVI ed. Rom. a. 1506 hunc grammaticum inter libros Bobii a. 1493 repertos enumeravit ita, 'Casuus sacerdos de octo partibus orationis'. postea Ianum Parrhasium, cum Probi catholica ederet, codice Sacerdotis usum esse dixi gramm. latin. v. IV p. X.

Tertium librum, quem prioribus duobus addidi, olim Marii Plotii nomine inscriptum separatim ediderat Putschius 'ex scriptis quae suppeditavit Reverend. Andreas Schottus et Ioannes a Wouwer'. hunc in tribus veteribus codicibus scriptum inveni, Valentiano, Leidensi, Parisino.

Codex Valentianus in bibliotheca publica eius civitatis N. 5. 1 formae quadratae minoris scriptus est saeculo nono. fuit olim S. Amandi Elnonensis, sicut indicatum est in prima pagina '*liber monasterii sancti Amandi in Pabula ordinis diui Benedicti*'. breviter descriptus est a Bethmanno Archiv der Gesellsch. f. ält. deutsche Gesch. v. VIII p. 94. Plotii liber in primis quaternionibus septem scriptus est ita, f. 1—56 *incipit liber marii plotii. Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris — primo. explicita sunt metra marii plocii pontificis ac sacerdotis maximi.* sequuntur deinde Servii centimeter, commentarius de metris Boetii, Senecae proverbia, quattuor epigrammata, Senecae ludus de morte Claudii, epistulae et versus Walafridi Strabi. in Plotii libro vetus scriptura paucis locis alia manu, quae non multo posterior esse mihi visa est, mutata, non nulla etiam recenti manu, quae quinto decimo saeculo antiquior non est, correcta sunt.

Codex Leidensis inter Vossianos formae minoris n. 79 '*ex bibliotheca illustris Isaaci Vossii 276*' continet primum f. 1—32 saec. X Ciceronis de senectute librum et breves tractatus de animi motibus, de mundo, de supinis; deinde alia eaque antiquiore manu, quam tamen ipsam quoque decimo saeculo tribuendam putavi, f. 33—63 hunc Plotii librum, *Marii plotii sacerdotis de metris. Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris — primo*, f. 63—64 *De herodio eucherius. herodios in psalmo — reperire poterit*, f. 65—71 Servii centimetrum, *Tibi hunc — uoluntatis exornat.* ex quattuor quaternionibus, in quibus Plotii liber scriptus est, tres primi habent numeros antiqua manu adscriptos I II III. vetus scriptura in hoc quoque codice, sicut in superiore, paucis locis alia manu eaque non multo recentiore correcta est. inscriptiones versuum et metrorum in priore parte libri rubro colore pictae, inde a tertio quaternione (p. 2644) omissae sunt.

Codex Parisinus, olim Sangermanensis 1094, formae quadratae saeculo decimo scriptus inter multa excerpta ex variis scriptoribus collecta Plotii librum continet f. 150—158, *Marius plotius sacerdos composui rome docens de metris — primo. expl. de metris marii plotii sacerdotis.* sed in hoc omnia sine titulis continua et minuta scriptura scripta, graeca exempla non indicata lacuna constanter omissa, et ne ea quae praeterita erant desiderarentur, plerumque in eius modi locis verba grammatici leviter mutata sunt.

Praeterea in codice Cusano C. 14 saeculo duodecimo scripto, quem accurate descripsit Iosephus Klein „Ueber eine Handschrift des Nicolaus

von Cues" a. 1866, pauca e Plotii libro excerpta inveniuntur, de hexametro bucolico p. 2632 et versus quindecim ex posteriore parte libri collecti, quae omnia exhibuit Kleinius p. 33, EX LIB. MARII DE MET. *Etiam pastores solent esse poetae. unde daphnis et tyrsis bocolici exametri inuentores et pastores et poete fuisse perhibentur. Salue o lesbia sapho—candidum mihi musa mihi fer honorem.*

Ex his igitur codicibus is quem primo loco posui, qui nunc est Valentianus, fons fuit editionis Putschianae. huius enim scriptura cum illis ipsis, quae recenti manu adscripta esse dixi, tam accurate a Putschio expressa est, ut dubitari nequeat quin schedae, quas ille a Schotto et Wouwero se accepisse scribit, ex eo descriptae fuerint. eo autem codice qui nunc Leidensis est olim, antequam ab Isaaco Vossio emeretur, usus est Iacobus Cuiacius, qui ea quae de pyrricha p. 2624 scripta sunt exhibuit obss. et emendat. l. XIII c. X p. 601 ed. Colon. a. 1591, 'Marius Plotius libro de metris, *Pyrrichius pes a pyrrhica — id est festinat.* Haec sunt antiquissimi grammatici uerba nondum formis expressa'. deinde apographi a Cuiacio facti mentionem fecit Iosephus Scaliger in epistula ad Danielem Heinsium data a. 1599, Scalig. epist. Lugd. Bat. a. 1627 p. 580, 'Scito, me olim τῷ δεῖνι, qui maximus librorum fucus fuit, Plotii Marii Sacerdotis opus de metris, cum Graecis, manu Cuiacii descriptum commodasse. Quod opus postea se habere inficiatus est filius. Longum esset, mimum referre. Coram hoc melius'. ipse autem Cuiacii liber, de quo Scaliger scribit, et aliud apographum eius nunc in Leidensi bibliotheca inter codices Scaligeranos servantur n. 37 et 53. horum enim librorum alterum n. 37, qui haud dubie e vetere Vossiano descriptus est, a Cuiacio scriptum esse in prima pagina adnotatum est, '*Manus magni Cuiacii*'; alter, qui paullo recentior est, non ex ipso vetere codice, sed ex apographo Cuiacii videtur descriptus esse. in utroque autem codice cum latina grammatici verba plerumque accurate ex archetypo expressa sint, graeci versus, qui in illo valde corrupti erant, in priore libri parte plurimis locis emendati sunt. nam in posteriore parte inde a p. 2644 graeca verba in codice 37 prorsus ita, ut in archetypo scripta erant, repetita, in codice 53 autem omissa sunt; et in hoc quidem praeter ea quae in continuitate verborum in utroque emendata sunt etiam in marginibus emendationes et adnotationes additis plerumque litteris Sc, quibus Scaligeri nomen indicatur, adscriptae sunt. praeter Cuiacium et Scaligerum libro Plotii, antequam ederetur, unum usum esse inveni Hadrianum Iunium, qui in libello emblematum et aenigmatum Antverpiae a. 1569 edito bis huius grammatici mentionem fecit, seque librum editurum esse dixit p. 84 et 109 et in castigationibus in Hesychium Milesium Antverpiae a. 1572 editis p. 65. Vossiani codicis lectionibus a Petro Bondamo excerptis usus est Gaisfordius, qui Plotii librum post Putschium in scriptoribus latinis rei metricae edidit.

Duos artis grammaticae libros et tertium librum de metris ab eodem auctore scriptos esse editores Vindobonenses intellexerunt. nam cum grammaticus in praefatione libri tertii p. 2623 se duos libros, alterum 'de institutis artis grammaticae', alterum 'de nominum verborumque ratione nec non etiam de structurarum compositionibus' composuisse iisque hunc tertium sive novissimum artium librum de metris addere scribat, recte illi iudicaverunt praef. p. V ea quae de duobus libris antea a se scriptis diceret ad duos libros e codice Bobiensi editos referenda esse. eandem sententiam, postquam contra dixit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturgesch. v. II p. 295 sqq., defenderunt et certius confirmaverunt Bernardus ten Brink Mnemos. v. III (a. 1854) p. 333, Hermannus Wentzel symbol. crit. ad hist. script. rei metr. lat. Vratislaviae a. 1858 p. 38 sqq., Iulius Steup de Probis grammaticis p. 164 sqq. nam primum prorsus similis scribendi et disputandi ratio in tribus libris est, cum et eaedem elocutiones saepe repetantur, et priorum grammaticorum sententiae non appellatis quidem nominibus certis formulis adferantur et refellantur, sicut plurimis exemplis Wentzelius p. 40 sqq. probavit. deinde nomen Sacerdotis et in tertio libro in quinque versibus a grammatico adpositis, p. 2640. 2642. 2655. 2657. 2658, et in primo libro p. 25 ed. Vind., *Sacerdote docente*, ita scriptum est, ut manifesto nomen scriptoris significetur; et ad eundem morem, quod in suo nomine grammaticus lusit, haud improbabiliter referuntur exempla nominis appellativi *sacerdos* in secundo libro saepius in declinatione nominum posita, p. 60 ed. Vind. et in catholicis Probi p. 4, 26. 21, 26. 32, 19. 33, 3: nam haec quoque, quae nunc tantum apud Probum leguntur, in Sacerdotis autem libro omissa sunt vel defectu membranarum perierunt, huc pertinent. denique ea quae in primo libro p. 30 ed. Vind. de ectasi leguntur cum iis quae in tertio libro p. 2651 de proceleusmatico tetrametro et p. 2664 de asynartetis metris traduntur ita consentiunt, ut vix dubitari possit quin haec ab uno auctore scripta sint.

Ex nominibus grammatici unum Sacerdotis nomen et in Bobiensi codice et in reliquis legitur. idem non solum exemplis, de quibus modo dixi, sed etiam testimoniis grammaticorum, quae infra ponam, confirmatur. Marii quoque nomen grammaticus de se ipso posuisse videtur hoc versu p. 2630, *non me Musarum comitem Marium non laudo.* cum hoc autem in codicibus tertii libri coniunctum est Plotii nomen; in Bobiensi duorum librorum codice M. Claudius dicitur. quare de utroque nomine illorum potius quam Bobiensis libri auctoritatem sequemur et recte in iis scriptum esse nomen Marium Plotium Sacerdotem existimabimus.

Sed in his quae de duobus artis grammaticae libris nunc relicta et M. Claudii Sacerdotis nomine inscripta sunt, ut vetus auctoris nomen corruptum est, ita multa studiis posteriorum grammaticorum mutata sunt. et de primo quidem libro, quem artium grammaticarum instituta dixerat

auctor, minus certum est iudicium, quoniam pars eius defectu membranarum periit, neque constat, num universi operis initium in his fuerit integrum. quid autem in ea parte Sacerdos tractaverit, et ex more reliquorum grammaticorum qui de arte scripserunt existimari potest, et ex iis quae in secundo et in tertio libro ex illa parte citata sunt intellegitur, p. 68 ed. Vind. (Prob. p. 39, 1) et Prob. p. 10, 23 de k littera, Prob. p. 10, 32 de q littera, p. 70 ed. Vind. (Prob. p. 40, 15) et p. 2626 de pedibus, Prob. p. 14, 9 de nominibus numeri tantum singularis. sequebantur deinceps quae nunc in Bobiensi codice restant, de ablativo casu nominum et pronominum et participiorum et de sex partibus orationis, de praepositione, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de interiectione. in quibus quid de genuina forma mutatum sit, per singula non persequar: nam manifestum est haec ita, ut nunc habentur, a vetere grammatico scripta non esse. accuratius vetus libri forma in posteriore parte de vitiis orationis, de schematibus, de tropis p. 27 sqq. ed. Vind. servata esse videtur, siquidem et ordo rerum in hac parte minus perturbatus est, et eodem modo dispositam hanc partem legit Cassiodorus de gramm. p. 2323, *schemata sunt transformationes sermonum vel sententiarum ornatus causa posita, quae a quodam artigrapho nomine Sacerdote collecta sunt numero nonaginta et octo, ita tamen ut quae a Donato inter vitia posita sunt in ipso numero collecta claudantur*)*. sed ea quae inter utramque partem interposita sunt p. 25—27, de septimo casu et de sex figuris orationis, ab hoc loco aliena esse monuerunt editores Vindobonenses praef. p. II. e quibus brevem de septimo casu disputationem non solum ex eo loco, ubi de casibus nominum dictum erat, huc translatam, sed etiam in compendium redactam esse comparatis aliorum grammaticorum locis, quos in margine indicavi, apparet. reliqua autem, quae ex uberiore commentario de metaplasmis excerpta sunt, partim postea repetuntur, de syncope p. 29, de synalifa et de synaeresi p. 30, de tmesi p. 42, partim, ut de diaeresi, de qua iterum dicendum erat p. 30, apertam excerpendi neglegentiam prae se ferunt.

In secundo libro, qui est de catholicis nominum et verborum et de structuris, cum eadem omnino scripta sint, quae in priore parte codicis

*) Tituli schematum, quae Cassiodorus dicit, in Bobiensi codice leguntur numero nonaginta et octo. quibus si adduntur duo tituli, qui p. 30 ed. Vind. omissi sunt, de diaeresi et de ecthlipsi, numerus titulorum efficitur centum. sed in his de exoche in extremo libro non recte scripti sunt quattuor tituli, cum scribendi essent tres. contra enallaxis vel enallage in numerum relata non est, propterea quod hic titulus p. 27 alieno loco positus neque postea repetitus est. itaque Cassiodorus, cum eundem numerum qui in Bobiensi codice est poneret, aut titulos qui in illo scripti sunt legit, aut si titulum de ecthlipsi, cuius sola inscriptio deest, numeraverat, sicut credo, recte tria exoches genera computavit; si reliquos quoque duos titulos habuit, unam esse voluit exochen, ut pro centum figuris, quot Sacerdotem posuisse puto, numeraret nonaginta et octo.

Bobiensis, quam a posteriore olim separatam fuisse supra dixi, Probi nomine inscripta reperiuntur, his collatis plane perspicitur hanc formam libri, quam nunc habemus, non esse genuinam. nam ab initio libri ea quae de declinatione nominum et de nominativo casu in catholicis Probi leguntur p. 3—6, 24 non lacuna membranarum perierunt, sicut illa quae deinde p. 52 ed. Vind. desiderantur, sed consilio vel neglegentia scribentis potius quam propter aliquem antiquioris exempli defectum videntur omissa esse. in reliqua autem parte alia apud Sacerdotem, alia apud Probum plenius et rectius scripta, multa apud utrumque pariter corrupta sunt, quod accurata disputatione Steupius de Prob. p. 149 sqq. exposuit. neque vero errori librariorum omnia illa, quae in his fragmentis Sacerdotis corrupta deprehenduntur, tribui possunt, sed studiis grammaticorum, quae plurimi veterum grammaticorum libri, dum per usum scholarum traduntur, experta sunt, multa omissa vel addita vel mutata sunt. itaque antiquior et plenior olim liber fuit, ex quo tamquam communi fonte et hic liber, quem nunc Claudii Sacerdotis nomine inscriptum habemus, et Probi catholica quae feruntur ita ducta sunt, ut alia apud hunc, alia apud illum servarentur.*) neque potest dubitari quin is ab eodem grammatico, qui primum et tertium librum scripsit, compositus fuerit, cuius rei certissima argumenta post Wentzelium l. c. composuit Steupius p. 160 sqq. praeter ea autem, quae de communi universi operis auctore supra dicta sunt, quae non minus de secundo quam de tertio libro valent, ad secundum proprie pertinent haec. ea quae primo Sacerdotis libro subscripta sunt, *huc usque artium grammaticarum fecimus instituta, de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus*, consentiunt cum his quae secundo libro praescripta leguntur apud Probum, *quoniam instituta artium sufficienter tractavimus, nunc de catholicis nominum verborumque doceamus.* deinde cum ex prima parte operis, quae in Bobiensi codice periit, complura in secundo libro citata sunt, quae indicavi supra p. 421, tum ex iis quae restant p. 9 ed. Vind. de infinitivo modo passivorum haec,

---

*) Duos libros, alterum Sacerdotis, alterum Probi nomine inscriptum, ex communi fonte ductos esse dixi, non duos eiusdem libri codices ex uno archetypo descriptos, quod Steupius l. c. commendavit. neque enim illud secutus sum, ut librum qualem olim grammaticus scripsisset restituerem, id quod fieri nequit, sed ut eam libri formam, quae usu scholarum nobis tradita est, remotis scribendi vitiis ederem. sed quod olim dixi gramm. latin. v. IV p. XXVII catholica Probi in artem Sacerdotis recepta esse, propterea quod et plurima in illis rectius quam in hac scripta esse videbam, et quaedam doctrinae Probi vestigia in his catholicis inveniebam, iam video nomen Probi auctoritatem non habere in eo libro', qui cum primo et tertio libro ita cohaereat, ut ab eodem auctore compositum esse appareat. quibus rationibus autem factum sit, ut non solum uno codice qui superest, sed etiam communi grammaticorum usu Probo potius quam Sacerdoti liber tribueretur, quamquam certo dici nequit, tamen probabilius esse et olim mihi visum est et nunc videtur celebrem veteris grammatici famam eius rei causam fuisse, quam casu quodam vel errore accidisse ut recentioris cuiusdam grammatici nomen praescriberetur.

p. 70 (Prob. p. 40, 10) *de hac tamen ratione et de modo infinito plenius in institutis artium, id est libro primo, docuimus;* et similiter primi libri inscriptio, quae fuit *instituta artium*, commemorata est p. 69 (Prob. p. 39, 3). denique de verbo defectivo *salveo* eodem modo dictum est in primo libro p. 8 et in secundo p. 68 (Prob. p. 38, 15). in quo loco illud quoque memorabile est, Plauti fabulam Truculentum, ex qua exemplum adscriptum est, saepius a grammatico usurpatam esse, p. 27 de soloecismo, p. 31 de aeschrologia, p. 38 de astismo.

Tertius liber de metris, in quo solo vetus auctoris nomen relictum est, a prioribus duobus, antequam illi in hanc formam quae nunc est redigerentur, separatus erat. quamquam autem in hoc quoque ab iis qui postea librum tractaverunt haud dubie quaedam mutata sunt, tamen, propterea quod ipse Sacerdos multa neglegenter scripserat et metricae artis parum peritus erat, minus certa sunt eorum quae postea corrupta sunt indicia. itaque non dubitavi grammatici neglegentiae et imperitiae tribuere, quod in exemplis metrorum ab ipso factis vel in definitionibus eorum quae e carminibus poetarum adscripta sunt saepe mensuram syllabarum et rationes versuum foede neglexit. in quo genere tam multa per totum librum peccata sunt, ut neque probabili emendatione vitiosi versus ad suas leges revocari neque interpolationi tribui possint.*) contra recentiorum grammaticorum culpa, non Sacerdotis neglegentia, factum esse videtur ut graeca exempla, quorum magnus numerus in dactylico et in

*) Exempla eius generis versuum nuper collegi quaest. gramm. part. III de Mar. Plot. Sacerd. libro de metr. p. VIII sq., quae hoc loco repetam. finalibus syllabis indifferenter usus est, et breves quidem produxit in his, p. 2629 *armatumque auro suspexit Oriona, lumine qui finem vitae fecit et ille*, p. 2630 *at tuba terribilem sonitum procul aere curvo, Dardanidum fortissime magnae gentis Hector*, p. 2632 *Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat*, p. 2633 *exempla vero nos omnia nostra damus, Musarum cecini nunc cuncta metra tibi, praecepta memorans de pectore caelesti*, p. 2634 *grammaticus dat haec carmina sic elegi*, p. 2642 *latina trado carmina sic Sacerdos*, p. 2643 *salve o Lesbia Sappho*, p. 2657 *nunc te Bacche canam nec non silvestria tecum*, p. 2658 *istaec composui metra Sacerdos optima nunc, pauperum tabernas regis o beate regumque turris.* natura longas corripuit p. 2634 *hoc metrum coeptum Simplici iussa tenet*, p. 2637 *Simplici summe virum Maxime summe virum*, p. 2654 *carpe diem quam minimum dolendo nos.* medias syllabas natura breves propter accentum vocabulorum, ut videtur, produxit p. 2631 *defuit exemplum tibi ponere lectum prius.* p. 2649 *arma ferte date tela celata, hic superbum Tantalum convivam Iovis alti.* positione longas corripuit p. 2637 *ipse pater tuam Iuppiter erige domum*, p. 2646 *fractosque remos differat arduus verendus*, p. 2652 *Boreas pelago fervido crepitans*, p. 2655 *di boni servate Sacerdotem vos colentem vos.* elisionem vocalium in fine vocabulorum omisit p. 2631 *schemata carminibus cecini haec vobis plane*, p. 2637 *sic tibi nulla dies malum inferat*, p. 2643 *salve o Lesbia Sappho*, p. 2645 *cessas modicum erras hirundo*, p. 2647 *ore adlaborandum est tibi*, p. 2652 *lapides mare turgidum eluens*, p. 2653 *quaesieris scire hoc, nepotem o conficere studebat*, p. 2655 *scire nefas finem eum quem tibi di dedere*, p. 2660 *silvas deus alta nive obruebat.*

iambico metro adscriptus est, in reliquis metris plerumque omitterentur. nam de proceleusmatico tetrametro p. 2651, ubi nunc unum latinum exemplum legitur, graecum versum posuit in primo libro p. 30 ed. Vind.; et de paeonico metro p. 2661 parum probabile est Cratini versus, qui sunt apud Hephaestionem p. 40 ed. Westph., a Sacerdote omissos esse. sed in aliis etiam metris graeca exempla cum latinis composita esse significavit, p. 2651 de dimetro anapaestico acatalecto et p. 2658 de hexametro antispastico brachycatalecto *latinum exemplum melius est*, p. 2662 de metro iambelego *melius erit latinum exemplum: nam in utraque caesura finiam partem orationis, non ut graecum*, p. 2657 de tetrametro puro antispastico *graecum exemplum non repperi*, p. 2661 de trimetro paeonico *graecum exemplum non inveni.* deinde in iis quae de hexametro versu scripta sunt aegre desideratur disputatio de vitiis eius versus, praesertim cum versuum acephalorum mentio facta sit in primo libro p. 30 ed. Vind. et sane de ea re quaedam, quae in hoc libro non leguntur, Marii Plotii nomine citata sunt in codice Bernensi 165 saeculo nono scripto, in quo ad Verg. georg. III 377 *otia agunt terrā congestaque robora totasque* adscripta sunt haec, quae edidit Hagenus schol. Bern. ad Verg. bucol. et georg. p. 994, *Marius Plotius per se vult hoc vitium esse metri, sed melius est ut hypermeter accipiatur.* nam diversa ab his sunt quae de hypercatalectis versibus praecipiuntur p. 2628, ut parum accurate scripserit Bernensis grammaticus, si haec respiciebat. denique in fine libri, ubi brevius quam fieri oportebat de versibus asynartetis dictum est, haud scio an quaedam omissa sint. interpolationes et perturbationes verborum notavi p. 2633 de choerilio hexametro, p. 2643 de iambico trimetro catalectico, p. 2650 de metro saturnio.

Ex auctoribus, quos Sacerdos in arte scribenda secutus est, unum Iubam nominatim appellavit de metr. p. 2664; graecos nobiles metricos se secutum esse scribit p. 2662. praeterea in Probi catholicis p. 19, 32 de v. *pubes* Aquila Romanus commemoratus est. ipsius autem Sacerdotis nomen a posterioribus grammaticis his locis positum inveni, Diom. p. 318,7 excerpt. Char. p. 534, 34 Dosith. p. 23, 27 *studente Sacerdote differentia inventa est σπουδάζοντος Σακέρδωτος* (ἱερέως Diomedes) ἡ *διαφορὰ ηὑρέθη*, Dosith. p. 36, 15 *bene apud Sacerdotem studetur*, p. 42, 2 *ad Sacerdotem πρὸς Σακέρδωτα*; Pompei. p. 190, 24 *noli sequi illud quod dixit Sacerdos* (p. 1 ed. Vind.), *dicit plerumque genetivum pluralem tam in rum quam in um mittere;* Rufin. de metr. p. 2713 *mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt — Sacerdos, qui et Donatus, Iuba;* Cassiod. de orthogr. p. 2275 *post codicem, in quo artes Donati cum commentis suis et librum de etymologiis et alium librum Sacerdotis de schematibus domino praestante collegi;* id. de gramm. p. 2323 *ceterum qui ea voluerit latius pleniusque cognoscere, cum praefatione sua codicem legat, quem nostra curiositate forma-*

vimus, id est artem Donati, cui de orthographia librum et alium de etymologia inseruimus, quartum quoque de schematibus Sacerdotis adiunximus. alia, quae Cassiodorus l. c. de schematibus ex Sacerdotis libro collectis scripsit, et verba grammatici Bernensis supra scripta sunt. ea autem, quae in arte grammatica e codice Bernensi ab Hageno anecd. Helvet. p. 60 sqq. edita Claudii nomine citantur, e duobus Claudii Sacerdotis libris excerpta esse mihi non persuasit Hagenus l. c. p. LXXXVI.

Ergo si quaeritur, quo tempore Sacerdos vixerit, hoc constat, post Iubam metricum eum vixisse, sed eundem superiorem fuisse quam Diomedem et reliquos grammaticos, qui cum eius nomen in exemplo ponant, de quo Lachmannus in Lucret. p. 28 dixit, se libros eius usurpasse indicant. nam de ceteris locis, in quibus et hi et alii cum Sacerdotis praeceptis consentiunt, non quaeram hoc loco, utrum ex eius libro an ex communi fonte petiti sint.*)

Restat ut de nova editione pauca dicam. in duobus igitur libris Claudii Sacerdotis nomine inscriptis scripturam Bobiensis codicis ex editione Vindobonensi petivi; in eo tamen genere, quod potius ad orthographiam quam ad diversitatem lectionis pertinet, non omnia quae ab editoribus diligentissime indicata erant repetenda putavi. in secundo autem libro editores saepius verba in codice Sacerdotis omissa e Probi catholicis receperunt neque ea deesse in codice indicaverunt, sed inclinatis litteris usi coniectura recepta esse significaverunt, quamquam eadem ratione in iis quae scripta quidem in codice, sed vetustate oblitterata essent se usos esse dixerunt p. 1, 'quae in sequentibus expressa sunt literis inclinatis, ea in codice penitus exesa, nos probabili coniectura supplevimus'. in eius modi igitur locis cum plerumque de Bobiensi libro nulla dubitatio esset, aut delevi quae contra fidem illius recepta erant aut, si omnino recipienda erant, haec in codice omissa esse simpliciter indicavi; in paucis de lacuna codicis nihil ab editoribus adnotatum esse monui. ceterum plura nunc in hoc libro quam olim in catholicis Probi emendavi, et facili opera multa, quae sic ut in codice scripta erant reliqui, emendari poterunt, siquis quaecumque rectius apud Probum scripta sunt in Sacerdotis librum recipere volet. sed utilius esse visum est duas libri formas, quantum fieri posset, separatas exhibere, ut quid quoque loco in alterutra ex vetere fonte receptum, quid postea mutatum esset intellegeretur. tertii li-

*) Certius aetatem grammatici definire studuit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litteraturg. v. II p. 298, cum ex quattuor viris nobilissimis in praefatione tertii libri nominatis tres in codice Iustiniani ita appellatos videret, ut illos sub initium tertii saeculi vixisse constaret. nam Vranii et Maximi memoriam extare cod. II, 1 const. 6 in constitutione imperatoris Alexandri Severi ad A. Vranium data consulibus Maximo et Aeliano, h. e. a. 224. ad Gaianum autem esse rescriptum imperatoris Gordiani a. 242 cod. II, 38 const. 2. unde sequi voluit et posteriore loco appellatum esse Gaianum contubernalem grammatici et priore patrem illius Vranium et parem ei aetate Maximum,

bri codices ipse excussi. e quibus Valentianum codicem, e quo olim Putschii editio expressa est, et Parisinum cum Putschiana editione, Leidensem cum Gaisfordii editione contuli. et Leidensem quidem, quem a praefectis illius bibliothecae egregia liberalitate ad me missum habebam, accuratissime excussi. quare ubicumque ea quae de hoc libro relata sunt ab iis quae Gaisfordius posuerat dissentiunt, illius errorem adhibito codice correctum esse sciri volo. de reliquis duobus cum non nullis locis, in quibus discrepantia ab edito exemplari indicata non esset, dubitari posse viderem, adscripta Putschii lectione cum hac consentire manu scriptorum librorum collationem significavi. ceterum levissimas quasdam scripturae discrepantias maxime ad orthographiam pertinentes sciens praetermisi. iam de fide trium codicum si quaeritur, Valentianum et Leidensem parem fere auctoritatem habere inveni, quippe qui ita inter se consentiant, ut ex uno archetypo videantur descripti esse. in quo Valentianus codex accuratius quidem scriptus est quam Leidensis, sed hic, quamvis saepius manifestis scribendi vitiis corruptus sit, tamen multa rectius quam ille ex communi fonte servavit. Parisinus codex ab illorum stirpe non diversus, sed interpolatione corruptus est; non nullis tamen locis veram scripturam vel coniectura restitutam vel ex antiqua memoria servatam praebuit. itaque huius quoque scipturam integram praeter eos locos, in quibus graeca exempla omissa erant, exhibui. Cusani codicis lectiones in paucis versibus quos habet ab iis libris quibus nunc utimur non sunt diversae. Scaligeri emendationes ex duobus codicibus Leidensibus, de quibus supra dixi, petitae sunt. Putschii lectiones tum, cum scire intererat quid olim editum esset, indicavi.

M. CLAVDII SACERDOTIS

ARTIVM GRAMMATICARVM

LIBER PRIMVS

. . . .

Ab hoc poeta horum poetarum his et ab his poetis, exceptis quibusdam nominibus, quae propter generis discretionem dativum et ablativum non is finiunt, sed bus, ut ab hac dea, non his deis sed deabus, ab hac filia, non filiis sed filiabus, ab hac mula mulabus, ab hac equa equabus, nisi . . quid . . . . . sonuerit; pronominum, ut ab illa illarum illis, excepto uno, quod dativo plurali et ablativo et is et bus facit, ut a qua quarum quis vel quibus; participiorum, ut ab hac docta harum doctarum his et ab his doctis; nulla ex*cipiuntur*. quae e finiuntur, ea aut corripientur aut producentur. quae corripiuntur, ea genetivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus: nominum, ut ab hoc oratore horum oratorum his et ab his oratoribus; pronominum, ut *ab hoc et* ab hac quale *horum et* harum qualium his et ab his qualibus; participiorum, ut ab hoc *et ab hac* docente horum *et harum* docentum vel docentium his et ab his docentibus. quae producuntur, ea in nominibus indifferenter genetivo plurali rum vel um accipiunt, dativo et ablativo bus, ut ab hac specie harum specierum vel specieum, his et ab his speciebus. pronomi-

---

4 Ab hoc poeta — 428, 18 nam monoptota sunt *exc. Charis. 554, 34 Charis. 147, 18 Don. 378, 3*   18 rum vel um accipiunt *Prob. cathol. 5, 17 Pompei. 190, 24* noli sequi illud quod dixit Sacerdos: dicit plerumque genetivum pluralem tam in rum quam in um mittere

---

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis a. 1837

1 M. CLAVDII SACERDOTIS ARTIVM GRAMMATICARVM LIBER I *v. in B duobus membranarum quaternionibus amissis inscriptio cum prima parte libri periit. inscriptionem ex subscriptionibus primi et secundi libri restituit editor Vindobonensis*   8 nisi . . quid . . . . . sonuerit *B detrita scriptura*, nisi si quid absurde sonuerit *v*   11 nulla excipiuntur *v* nulla ex . . . . *B*   14 ut ab hac quale harum qualium *B*   15 ut ab hoc docente horum docentum *B*

p. 1. 2 V.

num vero ablativus singularis e producta terminatus genetivo plurali semper rum accipit, numquam um, dativo et ablativo semper is, numquam bus, ut a me a te, nostrum vestrum, nobis vobis. nam e producta terminatus ablativus participiorum numquam reperitur. quae i finiuntur, ea genetivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus: *nominum*, ut ab hoc et ab hac suavi horum et harum suavium his et ab his suavibus; pronominum, *ut* ab hoc et ab hac tali horum et harum talium his et ab his talibus; participiorum, ut ab hoc et ab hac amanti horum et harum amantium his et ab his amantibus. | quae o finiuntur, ea genetivo plurali rum accipiunt, dativo et ablativo is: nominum, ut ab hoc magistro horum magistrorum his et ab his magistris; pronominum, ut ab illo illorum illis, excepto uno, ut a quo quorum quis vel quibus; participiorum, ut ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis. quae u finiuntur, ea genctivo plurali um accipiunt, dativo et ablativo bus, ut ab hoc versu horum versuum his et ab his versibus. nam u littera terminatus ablativus singularis neque pronominum neque participiorum invenitur. quae m vel s finiuntur, ea in omnibus casibus sic finientur in utroque numero, ut nequam nugas: nam monoptota sunt. pronomina vero, quacumque littera ablativus singularis terminetur, genetivo plurali semper rum accipiunt, dativo et ablativo is, ut ab illa illarum illis, excepto uno, ut a qua [vel a quo] quis vel a quibus [et monoptotis, quae similiter per omnes casus declinantur]; a me a te, nostrum vestrum, nobis vobis; ab illo illorum illis, ab eodem eorundem isdem, ab hoc horum his; excepto ablativo e correpta et i *terminato*, qui genetivum pluralem um facit, dativum et ablativum bus, ut a tale vel tali talium talibus. genetivus quoque pluralis nominum, si ante um habuerit i, faciet accusativum is, ut suavium hos et has suavis. participiorum vero ablativus singularis fit modis quattuor a, e correpta, i, o.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio est pars orationis, quae praeposita casui quem regit vim suam tenet, postposita interdum perdit, ut 's a e v a s e d e n s s u p e r a r m a', id est 'supra arma', et postposita vim suam tenuit: 'g e m i n a s u p e r a r b o r e s i d u n t', id est 'supra geminam arborem'; postposita modo praepositio vim suam perdidit. praepositiones aut accusativum tantum modo casum regunt et singularem et pluralem aut utrumque, id est accusativum et ablativum tam in numero singulari quam in plurali. siqua de prae-

3 e producto *B* 5 nominum *om. B* 7 ut *post* pronominum *om. B* 21 vel a quo *et ea quae de monoptotis addita sunt, quae ab ablativo pronominum a finito aliena sunt, seclusi* 24 e correpto et i qui genet. pl. um faciunt *B* 25 a tale] a tali *B* 26 faciat acc. is *B* 29 regit] regim. *B* 30 saeva] *Verg. Aen. I 295* 31 gemina] *Verg. Aen. VI 203* 33 perdit *B* 34 regit *corr.* regunt *B*

positionibus alterum casum rexerit quam accusativum et ablativum, adverbium erit, non praepositio, ut 'cum Iuno aeternum servans sub pectore' et 'cum Iuppiter aethere summo Despiciens m.' et crurum tenus'; vel quamvis alteram partem orationis, quae casibus | non declinatur, ut 'cum dabit amplexus' et 'hac tenus arvorum cultus'. praepositiones accusativi casus et singularis et pluralis sunt numero XXVIII [quas supra], ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra intra inter infra iuxta ob penes per prope propter praeter post pone secundum supra trans ultra usque. praepositiones ablativi casus et singularis et pluralis sunt numero XIII, a ab abs cum coram de e ex pro prae palam sine tenus. praepositiones utriusque casus et accusativi et ablativi et singularis et pluralis sunt numero V, in sub subter super clam.

DE VERBO

Verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu, qua quid agatur vel actum agendumve sit indicatur. verbo accidunt VIIII, forma, qualitas, genus, quod dicitur adfectus vel species vel significatio, figura numerus, modus, tempus, persona, coniugatio. verbum autem dicitur, quod verberato aëre fiat, ideoque et vox aër ictus.

Formae verborum sunt duae, personalis et inpersonalis. formae verborum personas recipientium sunt quattuor: prima profertur o littera, ut amo, secunda or, ut amor, tertia m, ut sum, quarta i, ut odi novi. illorum verborum quae personas non recipiunt formae sunt duae: prima est quae profertur syllaba tur, ut itur sedetur ambulatur, altera et, ut taedet pudet paenitet piget. qualitas in verbis aut finita est, ut amo, aut infinita, ut amare.

Genus in verbis, id est species vel adfectus vel significatio, dividitur in novem, activum passivum deponens neutrum commune inchoativum defectivum frequentativum inpersonale. activum o littera terminatur et r accepta facit passivum, ut amo amor. passivum r littera terminatur et ea amissa redit in activum, ut scribor scribo. | deponens r littera terminatur et eam amittere non potest; si autem amiserit, latinum non est, ut luctor loquor. nam quod Terentius in Hecyra posuit, 'eique anulum, dum luctat, detraxisse', pro luctatur, non sic posuit, ut sit luctat activum faciens ex se passivum luctatur, sed ut sit lucto *luctas luctat* neutrum,

---

2 cum Iuno] *Verg. Aen. I 36* 3 cum Iuppiter] *Verg. Aen. I 223* 4 crurum] *Verg. georg. III 53* 5 cum dabit] *Verg. Aen. I 687* 5 hactenus arborum *B*: *Verg. georg. II 1* 7 *fortasse* quas supra *scripsi* *scripserat grammaticus respiciens exempla praepositionum in superioribus posita et ab excerptore omissa* 11 prae] petra *corr.* prae *B* 16 quid agitur *B* 19 fit *corr.* fiat *B* 31 omissa *B* 33 in ecyra *B*: *Terent. Hec. V 3, 31* 34 detratxisse *B* 35 ut sit lucto neutrum luctatur deponens *B*

p. 1. 5 V.

luctor luctaris luctatur deponens, ut obsono et obsonor. utrumque enim in unum intellectum activitatis cadit. deponens dictum est tribus causis, vel quod activitatem in intellectu teneat et passivitatem deponat, vel quod passivitatem in declinatione teneat et activitatem deponat, vel e contrario, quod r litteram deponere non potest. quidam putant ideo dici deponens, quod de quattuor participiis unum deponat. sed errant: nam quattuor habet, luctans luctaturus luctatus luctandus. neutrum o littera terminatur et r accipere non potest: nam latina non sunt, ut ambulo sedeo pendeo vapulo; ambulor sedeor pendeor *vapulor* nemo dicit. commune r littera terminatur et eam amittere non potest; quam si amiserit, latinum non erit, ut 'criminor te' et 'criminor a te'. inter communem ergo speciem et deponentem et passivam hoc est, quod communis habet imaginem facientis et patientis, nec tamen subest persona quae faciat vel patiatur; deponens aut agentis tantum modo continet intellectum, ut luctor, aut patientis, ut labor; passiva vero r amittit, ut faciat ex se activum. inter neutram speciem et activam hoc est, quod neutra interdum agentis habet intellectum, ut ambulo sedeo, interdum patientis, ut pendeo vapulo; activa vero semper agentis continet sensum, patientis numquam; et quod neutrum non accipit r, activum accipit, ut faciat ex se passivum.

Inchoativa species sco terminatur, ut calesco fervesco, incipio calere fervere. haec non habet tempus praeteritum perfectum rationabiliter: nam res quae modo incipit perfecta esse non potest. senesco autem et cresco inchoativae speciei non sunt, sed neutrae, ideoque faciunt tempore praeterito perfecto senui crevi: non enim veniunt ab aliis, sicut calesco a caleo et fervesco a ferveo. | figurantur autem inchoativa verba aut ab his quae o littera terminantur, ut horreo horresco, vel ex his quae or terminantur, ut misereor miseresco. haec species participium temporis praesentis tantum modo recipit, calescens fervescens miserescens.

Defectiva species tribus modis fit: elocutione, quam quidam figuram vocant, ut fero tuli, feror latus sum, *sum* fui; specie, quam quidam genus vel adfectum vel significationem dicunt, ut soleo solitus sum, fio factus sum, audeo ausus sum, gaudeo gavisus sum. hoc verbum participium temporis futuri dus syllaba terminatum non habet, sed solens soliturus solitus, gaudens gavisus gavisurus. fio factus sum: nam fui ab eo trahitur quod est sum, elocutione defectivum. fio verbum duo recipit participia, hic et haec et hoc fiens et fiendus. nam a verbo sum unum venit participium, hic futurus. nam factus et faciendus participia sunt sine verbi substantia: nam facior non est dicendum. fit defectiva species

---

9 vapulor *om. B* communis *B* 10 latina non erunt *B* 13 personae *B. fortasse* significatio personae. *nam hoc dicere voluit grammaticus, in communi verbi specie potestatem agendi vel patiendi non significatam, sed personas agentis et patientis confusas esse* 16 inter neutram *v* in neutram *B* 21 nam nam res *B* 23 facit *B* 25 ferbesco *corr.* feruesco *B* 29 figuram *bis scriptum est in B* 30 latus sum fui *B*

et tempore, ut odi novi memini pepigi. haec verba nullam habent declinationem praeter has, odi novi memini pepigi, oderam noveram memineram pepigeram, odisse novisse meminisse pepigisse, et participia haec duo futuri temporis, hic osurus hic odendus, et praeteriti hic osus: nam novi et memini nullum habent participium. quidam putant esse defectivam speciem et persona, ut in modo imperativo prima persona deficit temporis praesentis vel futuri numeri singularis. sed errant: aliud est enim species, aliud modus. nam defectio personae primae modi imperativi in omnibus generibus verborum invenitur, defectiva vero species tempore elocutione genere propria tantum modo continet verba.

Frequentativa species est quae non semel sed aliquotiens quid agi declarat, quae to vel so syllaba terminatur, ut aucto curso. haec duo gradus recipit, ut aucto et auctito, curso et cursito. hoc tamen scire debemus, quoniam verba frequentativa a cuiuscumque coniugationis verbo venientia primae sunt coniugationis, ut de prima coniugatione canto cantas cantito cantitas, de secunda augeo auges aucto auctas, de tertia correpta scribo scribis scribto scribtas, de tertia producta, quam quidam quartam dicunt, munio munis munito munitas. quaedam tamen unum in frequentativis gradum accipiunt, ut volo volito, rogo rogito, vivo victito: in his enim prior gradus | non invenitur. quaedam tantum priorem habent, ut inicio iniecto, inlicio inlecto, defendo defenso, tueor tutor. sunt verba quae nullum gradum frequentativum recipiunt, ut amo studeo; sunt e contrario frequentativa tantum sine verbi substantia, ut graecisso patrisso. quaedam utrumque gradum frequentativum habent sine verbi substantia, ut potisso poto.

Inpersonalis species est, quam supra diximus, ut itur sedetur ambulatur statur, taedet pudet paenitet. haec species verborum duo recipit participia, praesentis temporis, taedens pudens paenitens, et futuri dus syllaba terminatum, taedendus pudendus paenitendus. hoc tamen scire debemus, quod inpersonalis species tur quidem terminata sic figuratur, quasi a tertia persona numeri singularis verbi passivi additis personis omnibus utriusque numeri veniat, ut itur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, quamvis non dicatur eor iris: etiam verborum omnium r littera finitorum, ut amatur a me, id est amo, docetur a me, id est doceo, criminatur a me, id est criminor, luctatur a me, id est luctor, sedetur a me, id est sedeo. et vero syllaba finita quasi *a* tertia persona *numeri singularis coniugationis secundae* declinantur personis additis omnibus utriusque numeri de verbo o littera finito, ut taedet me te illum nos vos illos,

---

6 persona ut in modo *v* personam uti nam odo *B* 8 defectio *v* defectiuo *B* 18 quaedam tantum *coniecit editor Vindobonensis* 26 Inpersonalis species — 28 paenitendus *post* 432, 2 haec vero et accusativo *scripta sunt in B*, *transposuit v* 25 supra] *p. 429, 23* ut itur *v* igitur *B* 28 terminatum] terminatur *B* 35 quasi — declinantur] quasi tertiae pernonae (*corr.* personae) declinatione *B*, quasi a tertia persona numeri singularis declinationis secundae *coniecit editor Vindobonensis*

p. 6. 7 V.

quasi dicatur taedeo taedes taedet. sed illa species tur ablativo regitur casu, haec vero et accusativo.

Figura in verbis aut simplex est, ut dico, aut composita, ut indico. componuntur autem verba, sicut nomina, modis quattuor: aut ex duobus corruptis, ut officio, aut ex duobus integris, ut invoco, aut ex corrupto et integro, ut accedo, aut ex integro et corrupto, ut defendo.

Numeri in verbis tot sunt quot et in nominibus, singularis, ut amo, pluralis, ut amamus. numerum vero dualem etiam quidam putant esse, cum dicimus dixere scribsere, quod est pro scribserunt dixerunt. |

Tempora sunt tria, praesens, praeteritum, quod in tria dividitur, in inperfectum perfectum plusquamperfectum, et futurum. quidam tempus praesens esse negant, dicentes res aut factas esse aut habere fieri, fluminis meatui comparantes.

Personae in verbis, sicut in pronominibus, tres sunt, prima, quae de se loquitur, ut amo, secunda, ad quam loquimur, ut amas, tertia, de qua loquimur, ut amat. personae quoque in verbis deficiunt, ut in modo imperativo numeri singularis persona prima deficit, sicut antea monstravi.

Modi verborum sunt quinque, pronuntiativus, quem quidam indicativum vel finitivum dicunt, qui habet tempora tria, instans, id est praesens, praeteritum et futurum. quod tempus, futurum scilicet modi pronuntiativi, *quidam* modum dicunt promissivum. sed errant: nam tempus est futurum specie promissiva, sicut tempus praeteritum imperfectum specie inchoativa et tempus praeteritum plusquamperfectum specie recordativa. secundus modus est imperativus, qui duo tempora habet, praesens et futurum: nam de praeterito nemo imperat. tertius modus est optativus, qui habet tempora tria. quidam negant debere adiungi modo optativo tempus praeteritum, hac ratione quia nemo optat de praeterito. sed errant: nam Vergilius posuit 'fecissentque utinam'. quartus modus est subiunctivus, quem quidam adiunctivum vel coniunctivum vocant, qui modus tempora tria recipit. quintus modus est infinitus, quem *quidam* perpetuum dicunt. et hic similiter tria tempora habet, quamvis in praesenti omnia complectatur, ut est amare modo, amare antea, amare postea.

Sunt verba quae in praesentis temporis tertia persona et praeteriti perfecti communem habent declinationem, ut succendo succendis succendit et succendi succendisti succendit. sunt verba quae *a* diversis prae-

---

20 quod tempus — 23 recordativa *p. 435, 20*

---

1 taedes *v* taedis *B* 2 haec vero et et dativo et accusativo *coniecit editor Vindobonensis coll. Pompei. p. 237, 34* quae autem in et exeunt, aliquando iunguntur dativo, aliquando accusativo 17 antea] *p. 431, 5* mostrani *corr.* monstraui *B* 21 quidam *om. B* 23 species inchoativa *B* 28 fecissemque *corr.* fecissentque *B: Verg. Aen. II 110* 30 quidam *om. B* 32 complectantur *B* 35 succendit et succendi *v* suscendit (*corr.* succendit) ut succendi *B* quae diuersis *B*

p. 7. 8 V.

sentibus temporibus venientia in praeterito perfecto similia sunt, ut cerno cresco crevi. sunt e contrario quae simili tempore praesenti orta in tempore perfecto separantur, ut parco ignosco et servo: ignosco facit peperci, ut 'nec voci iraeque pepercit'; parco vero servo facit parsi, ut Terentius in Hecyra 'hancine ego vitam parsi perdere'. sunt verba quae et modis et | omnibus temporibus et personis deficiant et haec tantum modo habeant, salve salvete salvere; quamvis Plautus in Truculento posuerit 'non salveo', sed inridenter: nam de persona rustici dixit.

DE CONIVGATIONIBVS

Coniugationes verborum sunt tres. prima est quae verbo activo modo pronuntiativo, quem quidam indicativum vel finitivum vocant, temporis praesentis numeri singularis secunda persona as syllaba terminatur, ut amo amas; cuius s littera detracta et bo adiecta fit futurum tempus eiusdem modi, quod quidam modum promissivum putant, ut amabo. detracta syllaba bo fit modi imperativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona, ut ama. huic personae re syllaba adiecta facit modi infiniti temporis praesentis vel omnis declinationem, ut amare. secundae coniugationis modi indicativi temporis praesentis secunda persona es producta syllaba terminatur, ut doceo doces; et s littera in bo syllabam mutata fit eiusdem modi tempus futurum, quod, sicuti docui, quidam promissivum putant, ut docebo. qua syllaba bo detracta fit modi imperativi temporis praesentis secunda persona e producta, ut doce. huic personae to syllaba adiecta fit eiusdem modi temporis futuri secunda et tertia persona, ut doceto; qua syllaba to in re correptam mutata fit modus infinitus, ut docere. tertia coniugatio correpta secundam personam modi indicativi temporis praesentis numeri singularis is syllaba terminatam habet, ut scribo scribis. qua syllaba is in am mutata erit eiusdem modi tempus futurum, ut scribam, vel s tantum modo in am mutata, ut sapio sapis sapiam. imperativi quoque modi temporis praesentis secunda persona fit s detracta de secunda persona numeri singularis modi indicativi temporis praesentis et i in e correptam mutata, ut scribo scribis scribe. sic omnia exceptis verbis tribus, dic duc fac, non dice, non duce, non face; quod si invenerimus, comice dictum intellegendum est. modi ergo imperativi temporis praesentis secundae personae re syllaba adiecta fit modus infinitus etiam eorum verborum, quae | modo imperativo e, non e correpta,

7 salve — 8 de persona rustici dixit *p. 68 ed. Vindob. Prob. cathol. 38, 17*

2 sunt eq. contrario *corr.* sunt e contrario *B* 3 ignosco facit] facit ignosco *B* 4 nec voci] *Verg. Aen. II 534* 5 in haecyra *B: Terent. Hec. III 1, 2* 7 in Truculento] *II 2, 4* Salve. Sat mihist tuae salutis, nihil moror, non salveo 22 e producto *B* 30 s detracta *v* is detracta *B* 31 mutata ut *v* mutata fit ut *B*

p. 9 V.

terminantur, ut scribere dicere facere ducere, excepto uno verbo generis neutri, quod modo infinito sine re syllaba terminatur, ut volo velle, et uno defectivo, sum esse. nam odi novi memini modo tantum modo indicativo declinantur sine tempore futuro: nam praesens praeterito perfecto simile est et praeteritum imperfectum praeterito plusquamperfecto. inveniemus eorum verborum tempus plusquamperfectum modi infiniti, ut est odisse, novisse vel nosse, meminisse. quamvis haec omnia sine coniugatione sint. tertia coniugatio producta, quam quidam quartam dicunt, modi indicativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona is syllaba terminatur, ut munio munis. sed s littera in am mutata fit futuri temporis eiusdem modi prima persona, ut muniam, excepto ibo, et siquid inde nascitur, quamvis Terentius 'non eam ne nunc quidem' et redeam. sed am syllaba detracta et i littera integra remanente fit modi imperativi secunda persona numeri singularis, ut muni. huic to adiecta fit secunda et tertia persona numeri singularis eiusdem modi temporis futuri, ut munito. qua in re mutata fit infinitivi modi tempus omne et omnis persona, ut munire. sic omnes verborum species declinabuntur exceptis inpersonalibus, in quibus personae adiectae ubique faciunt declinationem, et exceptis defectivis.

Quidam putant de secunda persona modi indicativi temporis praesentis omne verbum cuius sit coniugationis posse cognosci. sed errant. nam poterit haec eorum ratio in prima et secunda coniugatione constare: nam prima as, ut amas, secunda es producta syllaba terminatur, ut doces. tertia vero correpta et tertia producta, quam quidam quartam dicunt, non poterunt separatae firmari: nam utraque is syllaba terminatur, ut scribis munis. ergo ut in omni coniugatione firmissima ratio tradatur, consideranda est modi imperativi numeri singularis secunda persona. nam primae coniugationis modi imperativi temporis praesentis numeri singularis secunda persona a terminatur, ut ama, secundae e producta, ut doce, tertiae vero correptae e correpta, ut scribe, tertiae productae i, ut muni.

Species passiva, quae venit de activa, primae personae modi indicativi temporis praesentis r adiecta fit, ut amor tueor scribor munior. sic in tempore futuro eiusdem modi, quod quidam modum promissivum dicunt, in verbis quidem primae et secundae coniugationis r littera adiecta fit, ut amabor docebor; in tertiae vero correptae m in r mutatur, ut scribar moriar. omnis coniugationis verborum passivorum modus imperativus similis est infinito activorum, ut amare docere scribere munire. | nam eiusdem modi tempus futurum r adiecta tempori futuro modi imperativi

---

1 genere neutro *B* 4 praeterito perfecto] et praeteritum perfectum *B* 7 novisse nosse uel meminisse *B* 12 non nam *corr.* non eam *B*: *Terent. Eunuch. I 1, 1* redeam] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 13 detraecta *B* 24 separata *B* 28 secunda e producto *B* 29 tertia uero correpta e correpta *B* 31 tueor] *fortasse* teneor *vel* doceor 34 *fortasse* in tertiae vero correptae et productae m in r mutatur, ut scribar muniar

p. 10 V.

activitatis fiet, ut amator docctor scribitor munitor. nam modus infinitus passivorum omnium coniugationum ex modo infinito activorum fiet e in i mutata, excepta tertia correpta, quae de secunda persona activitatis modi indicativi temporis praesentis numeri singularis fit s littera sublata, primae coniugationis amari, secundae doceri, *tertiae productae muniri*, tertiae vero correptae scribi dici duci legi.

Hoc scire debemus, quod futurum tempus modi optativi primae coniugationis *de* modi indicativi prima persona o littera in em syllabam mutata fiet, utinam amem, secunda vero in am, utinam doceam, tertia utraque sic, utinam scribam, utinam muniam. sed in tertia utraque prima persona modi optativi temporis futuri similis orta primae personae modi indicativi temporis futuri in secunda persona separatur. nam optativi modi temporis futuri secunda persona as syllaba terminatur, utinam scribam scribas, utinam muniam munias; illa autem es, scribam scribes, muniam munies. simile est tempus praesens modi coniunctivi futuro modi optativi in omni coniugatione, cum amem cum doceam cum scribam cum muniam. istis omnibus m in r mutata passivitas fiet, utinam amer cum amer, utinam docear cum decear, utinam scribar cum scribar, utinam muniar cum muniar.

Quidam modi indicativi tempus futurum modum promissivum dicunt. sed errant. nam nec modus indicativus potest esse sine futuro tempore, nec modus aliquis sine tempore praesenti et praeterito poterit reperiri. praeterea species debet dici promissiva: sicut species inchoativa scribebam et species recordativa amaveram scripseram, sic species promissiva amabo.

DE DECLINATIONE

Amo verbum formae primae personam recipientis o littera terminatae, qualitatis finitae, generis, id est significationis *vel* speciei vel adfectus, activi, figurae simplicis, modi indicativi, id est pronuntiativi vel finitivi, temporis praesentis vel instantis, numeri singularis, personae primae, quod declinabitur sic. amo amas amat et pluraliter amamus amatis amant, eodem modo tempore praeterito inperfecto specie inchoativa amabam amabas amabat et pluraliter amabamus amabatis amabant, eodem modo tempore praeterito perfecto amavi amavisti amavit et pluraliter amavimus amavistis amaverunt, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto specie recordativa numero singulari amaveram amaveras amaverat et pluraliter

20 Quidam — 27 amabo *p. 432, 20*

2 activorum et e *B* 5 doceri *v* docere *B* tertiae productae muniri *om. B* 8 de *om. B* in em *v* in m̄ *B* 11 *fortasse* similis reperta 17 utinam docear *v* utinam doceam *B* 18 utinam scribar *v* utinam scribam *B* utinam muniar *v* utinam muniam *B* 28 vel *ante* speciei *om. B*

amaveramus amaveratis amaverant, | eodem modo tempore futuro specie promissiva amabo amabis amabit et pluraliter amabimus amabitis amabunt: modo imperativo tempore praesenti numero singulari ad secundam et tertiam personam ama amet et pluraliter amemus amate ament; eodem modo tempore futuro numeri singularis ad secundam et tertiam personam amato tu, amato vel amet ille, et pluraliter amemus, amatote, ament vel amento vel amamino: modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarem amares amaret et pluraliter utinam amaremus amaretis amarent, eodem modo tempore praeterito perfecto utinam amaverim amaveris amaverit et pluraliter utinam amaverimus amaveritis amaverint, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam amavissem amavisses amavisset et pluraliter utinam amavissemus amavissetis amavissent, eodem modo tempore futuro utinam amem ames amet et pluraliter utinam amemus ametis ament: modo subiunctivo, qui et coniunctivus vocatur, tempore praesenti cum amem ames amet et pluraliter cum amemus ametis ament, eodem modo tempore praeterito inperfecto cum amarem amares amaret et pluraliter cum amaremus amaretis amarent, eodem modo tempore praeterito perfecto cum amaverim amaveris amaverit et pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint, eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum amavissem amavisses amavisset et pluraliter cum amavissemus amavissetis amavissent, eodem modo tempore futuro specie ulteriori cum amavero amaveris amaverit et pluraliter cum amaverimus amaveritis amaverint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto amare, praeterito *perfecto et* plusquamperfecto amavisse vel amasse, futuro amatum ire vel amaturum esse. participia trahuntur a verbo activo praesentis temporis et futuri: nam de praeterito tempore locutio fit, ut 'hic qui amavit'. praesentis temporis participia numero singulari communia sunt generis omnis, ut hic et haec et hoc amans, hi et hae amantes et haec amantia: futuri numeri singularis hic amaturus haec amatura hoc amaturum et pluraliter hi amaturi hae amaturae haec amatura. | inpersonalia sive supina amandi amando amandum: haec a quibusdam gerundia appellantur. hoc modo declinabuntur omnia verba o littera terminata exceptis defectivi generis, ut fio factus sum.

Amor verbum passivum. indicativo modo vel finitivo tempore praesenti numeri singularis amor amaris amatur et pluraliter amamur amamini amantur, eodem modo tempore praeterito inperfecto amabar amabaris amabatur et pluraliter amabamur amabamini amabantur; eodem modo prae-

---

6 *formas imperativi futuri numeri pluralis partim contra rationem fictas sic, ut in codice scriptae sunt, reliqui. Sacerdos autem vel is quem ille secutus est ita scripserat* amemus, amatote vel amamino, ament vel amanto. *nam* amamino *active et* amaminor *passive dici voluit in secunda persona numeri pluralis: cf. Diom. p. 353, 24*   24 perfecto et *om. B*   25 esse] isse *B*   27 '*scribendum fuisset* numero singulari generis omnis, plurali communia' *editor Vindobonensis*

p. 12. 13 V.

terito perfecto amatus sum vel fui, amatus es vel fuisti, amatus est vel fuit, et pluraliter amati sumus vel fuimus, amati estis fuistis, amati sunt fuerunt; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto amatus eram fueram [amati estis fuistis, amati sunt fuerunt]; eodem modo tempore futuro specie promissiva amabor amaberis amabitur et pluraliter amabimur amabimini amabuntur: modo imperativo tempore praesenti ad secundam et tertiam personam amare ametur, et pluraliter *ad* omnes amemur amemini amentur; eodem modo tempore futuro ad secundam et tertiam *personam* amator tu ametur ille, et pluraliter ad omnes amemur ameminor amentur: modo optativo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam amarer amareris amaretur et pluraliter utinam amaremur amaremini amarentur; eodem modo tempore praeterito perfecto utinam amatus sim sis sit, fuerim fueris fuerit, et pluraliter amati simus fuerimus, amati sitis fueritis, amati sint fuerint; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto utinam amatus essem esses esset, fuissem fuisses fuisset, amati essemus essetis essent, fuissemus fuissetis fuissent; eodem modo tempore futuro utinam amer ameris ametur utinam amemur amemini amentur: modo subiunctivo vel coniunctivo tempore praesenti cum amer ameris ametur et pluraliter cum amemur amemini amentur; eodem modo tempore praeterito inperfecto cum amarer amareris amaretur et pluraliter cum amaremur amaremini amarentur; | eodem modo tempore praeterito perfecto cum amatus sim sis sit cum amati simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; eodem modo tempore praeterito plusquamperfecto cum amatus essem esses esset cum amati essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; eodem modo tempore futuro specie ulteriori cum amatus ero eris erit cum amati erimus eritis erunt, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto *amari, praeterito perfecto et plusquamperfecto* amatum esse fuisse, futuro amatum iri amandum esse. participia trahuntur a verbo passivo temporis praeteriti et futuri: nam de praesenti tempore locutio fit, ut 'hic qui amatur'. participia temporis praeteriti hic amatus haec amata hoc amatum et pluraliter hi amati hae amatae haec amata, temporis futuri hic amandus haec amanda hoc amandum hi amandi hae amandae haec amanda. inpersonalia sive supina amatu amatum.

Doceo verbum coniugationis secundae. doceo doces docet docemus docetis docent, tempore praeterito inperfecto specie inchoativa docebam docebas docebat docebamus docebatis docebant, tempore praeterito per-

1 fuisti] fuis *B* 7 pluraliter ad omnes *v* pluraliter omnis *B* 8 personam *om. B* 9 ad omnis *B* ameminor] amaminor *scripsisse videtur grammaticus* 22 fuerim] fuero *B* 28 praeterito inperfecto — amatum iri *v* praeterito inperfecto amatum esse fuisse futuri amaturi *B* 29 amandor (*corr.* amandus) isse *B*

fecto docui docuisti docuit docuimus docuistis docuere docuerunt. praeterito plusquamperfecto specie recordativa docueram docueras docuerat docueramus docueratis docuerant, tempore futuro specie promissiva docebo docebis docebit docebimus docebitis docebunt: modo imperativo tempore praesenti doce doceat doceamus docete doceant; tempore futuro doceto tu, doceto ille vel doceat, doceamus, docetote, doceant vel docento vel docemino: optativo modo tempore praesenti et praeterito inperfecto utinam docerem doceres doceret utinam doceremus doceretis docerent, tempore praeterito perfecto utinam docuerim docueris docuerit utinam docuerimus docueritis docuerint, | tempore praeterito plusquamperfecto utinam docuissem docuisses docuisset utinam docuissemus docuissetis docuissent, tempore futuro utinam doceam doceas doceat utinam doceamus doceatis doceant: subiunctivo modo, qui et coniunctivus vocatur, praesenti tempore cum doceam doceas doceat cum doceamus doceatis doceant, tempore praeterito inperfecto cum docerem doceres doceret cum doceremus doceretis docerent, tempore praeterito perfecto cum docuerim docueris docuerit cum docuerimus docueritis docuerint, tempore plusquamperfecto cum docuissem docuisses docuisset cum docuissemus docuissetis docuissent, tempore futuro specie ulteriori cum docuero docueris docuerit cum docuerimus docueritis docuerint: modo infinito numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto docere, praeterito perfecto et plusquamperfecto docuisse, futuro doctum ire vel docturum esse. participia tempore praesenti hic et haec et hoc docens hi et hae docentes et haec docentia, futuri hic docturus haec doctura hoc docturum hi docturi hae docturae haec doctura. inpersonalia sive supina docendi docendo docendum.

Eiusdem passivum. doceor doceris docetur docemur docemini docentur, praeterito inperfecto docebar docebaris docebatur docebamur docebamini docebantur; praeterito perfecto doctus sum es est docti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt; praeterito plusquamperfecto doctus eram eras erat docti eramus eratis erant, doctus fueram fueras fuerat docti fueramus fueratis fuerant; tempore futuro specie promissiva docebor doceberis docebitur docebimur docebimini docebuntur: modo imperativo docere doceatur doceamur doceamini doceantur *: | modo optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam docerer docereris doceretur utinam doceremur doceremini docerentur; praeterito perfecto utinam doctus sim sis sit docti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam doctus essem esses esset docti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; tempore futuro utinam docear docearis doceatur utinam doceamur doceamini doceantur: modo

6 doceamus, docetote vel docemino, doceant vel docento *grammaticus scripsisse videtur* 11 docuissent] docuissetis *B* 22 vel docturum esse] uedoctorum isse *B* 24 hoc docturum] haec docturum *B* 32 docebimini] docemini *B* 33 *lacunam, qua declinatio modi imperativi temporis futuri excidit, indicavi* 36 fuerim] fuero *B*

p. 15. 16 V.

subiunctivo tempore praesenti cum docear docearis doceatur cum doceamur doceamini doceantur; praeterito inperfecto cum docerer docereris doceretur doceremur doceremini docerentur; praeterito perfecto cum doctus sim sis sit cum docti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum doctus essem esses esset cum docti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro specie ulteriori cum doctus ero eris erit erimus eritis erunt, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: modo infinito numeris personis incertis praesenti et praeterito inperfecto doceri, praeterito perfecto et plusquamperfecto doctum esse fuisse, futuro doctum iri docendum esse. participia temporis praeteriti hic doctus haec docta hoc doctum hi docti doctae docta, futuri docendus docenda docendum docendi docendae docenda, inpersonalia sive supina doctu doctum.

Scribo coniugationis tertiae correptae. scribo scribis scribit scribimus scribitis scribunt, praeterito inperfecto scribebam scribebas scribebat scribebamus scribebatis scribebant, praeterito perfecto scribsi scribsisti scribsit scribsimus scribsistis scribserunt vel scribsere, praeterito plusquamperfecto scripseram scribseras scripserat scripseramus scripseratis scripserant, | futuro scribam scribes scribet scribemus scribetis scribent: imperativo praesentis scribe scribat scribamus scribite scribant; futuro scribito tu, scribito ille vel scribat, scribamus, scribitote *vel* scribimino, scribant vel scribento: optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam scriberem scriberes scriberet utinam scriberemus scriberetis scriberent; praeterito perfecto utinam scribserim scribseris scribserit scribserimus scribseritis scribserint, praeterito plusquamperfecto utinam scripsissem scripsisses scripsisset scripsissemus scripsissetis scripsissent, futuro utinam scribam scribas scribat scribamus scribatis scribant: modo subiunctivo praesenti cum scribam scribas scribat cum scribamus scribatis scribant, praeterito inperfecto cum scriberem scriberes scriberet cum scriberemus scriberetis scriberent, praeterito perfecto cum scribserim scribseris scribserit cum scripserimus scribseritis scripserint, praeterito plusquamperfecto cum scripsissem scripsisses scripsisset cum scripsissemus scripsissetis scripsissent, futuro specie ulteriori cum scribsero scibseris scribserit scribserimus scribseritis scribserint: infinito modo numeris personis incertis tempore praesenti et praeterito inperfecto scribere, praeterito perfecto et plusquamperfecto scribsisse, futuro scribtum ire scribturum esse. participia praesentis hic et haec et hoc scribens hi et hae scribentes et haec scribentia, futuri scripturus scriptura scripturum scripturi scripturae scriptura. inpersonalia sive supina scribendi scribendo scribendum.

---

10 doctum isse *B* docendum isse *B* 17 scribsistis] scribistis *B* 21 vel *post* scribitote *om. B* scribant vel scribunto *grammaticus scripsisse videtur* 34 numero personis *B* 36 scribturum esse] scribtum isse *B*

Eiusdem passivum. scribor scriberis scribitur scribimur scribimini scribuntur, praeterito inperfecto scribebar scribebaris scribebatur scribebamur scribebamini scribebantur; praeterito perfecto scriptus sum es est scribti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuere fuerunt; | praeterito plusquamperfecto scribtus eram eras erat scribti eramus eratis erant, fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant; futuro scribar scriberis scribetur scribemur scribemini scribentur: imperativo scribere scribatur scribamur scribamini scribantur; futuro scribitor tu, *scribitor* vel scribatur ille, scribamur, scribaminor, scribantur: optativo praesenti *et* praeterito inperfecto utinam scriberer scribereris scriberetur utinam scriberemur scriberemini scriberentur; praeterito perfecto utinam scriptus sim sis sit scribti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam scriptus essem esses esset scribti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro utinam scribar scribaris scribatur scribamur scribamini scribantur: modo subiunctivo praesenti cum scribar scribaris scribatur cum scribamur scribamini scribantur, praeterito inperfecto cum scriberer scribereris scriberetur scriberemur scriberemini scriberentur; praeterito perfecto cum scriptus sim sis sit scribti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum scriptus essem esses esset scribti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro ulteriori cum scriptus ero eris erit scripti erimus eritis erint, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: infinito numeris personis incertis praesenti *et* praeterito inperfecto scribi, praeterito perfecto et plusquamperfecto scriptum esse fuisse, futuro scriptum iri vel scribendum esse. participia praeteriti scriptus scripta scriptum, futuri scribendus scribenda scribendum. inpersonalia sive supina scribtu scribtum. |

Munio verbum tertiae coniugationis productae. munio munis munit munimus munitis muniunt, praeterito inperfecto inchoativa specie muniebam muniebas muniebat muniebamus muniebatis muniebant; praeterito perfecto munii vel munivi, munisti munivisti, muniit vel munivit, muniimus munivimus, munistis munivistis, muniere munivere munierunt muniverunt; praeterito plusquamperfecto specie recordativa munieram muniveram, munieras muniveras, munierat muniverat, munieramus, munieratis, munierant; futuro specie promissiva muniam munies muniet muniemus munietis munient; imperativo praesenti muni muniat muniamus munite muniant; futuro munito tu, munito ille muniat, muniamus, munitote munimino, muniant vel muniento: optativo praesenti *et* praeterito inperfecto

---

8 futuro scribtor tu uel scribatur ille *B* 9 scribiminor *grammaticus scripsisse videtur* et *om. B* 12 fuerim] fuero *B* 23 praesenti praeterito *B* 25 esse] isse *B* participium *B* 27 personalia *B* scribtu] scriptus *B* 28 munio munis munis munimus muntis muniunt *B* 31 munii] muni *B* 38 muniant vel muniunto *grammaticus scripsisse videtur* et *om. B*

p. 18. 19 V.

utinam munirem munires muniret utinam muniremus muniretis munirent, praeterito perfecto utinam munierim munieris munierit munierimus munieritis munierint, praeterito plusquamperfecto utinam munissem vel munivissem munisses munisset munissemus munissetis munissent, futuro utinam muniam munias muniat muniamus muniatis muniant: subiunctivo praesenti cum muniam munias muniat muniamus muniatis muniant, praeterito inperfecto cum munirem munires muniret cum muniremus muniretis munirent, praeterito perfecto cum munierim munieris munierit munierimus munieritis munierint, praeterito plusquamperfecto cum munissem munisses munisset munissemus munissetis munissent, futuro ulteriori cum muniero munieris munierit munierimus munieritis munierint: infinito numeris personis incertis praesenti *et* praeterito inperfecto munire, praeterito perfecto *et* plusquamperfecto munisse vel munivisse, futuro munitum ire vel muniturum esse. participia praesentis hic et haec et hoc muniens hi et hae munientes et haec munientia, | futuri muniturus munitura muniturum. inpersonalia sive supina muniendi muniendo muniendum.

Eiusdem passivum. munior muniris munitur munimur munimini muniuntur, praeterito inperfecto muniebar muniebaris muniebatur muniebamur muniebamini muniebantur; praeterito perfecto m[illegible]us sum es est muniti sumus estis sunt, fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt; praeterito plusquamperfecto munitus eram eras erat muniti eramus eratis erant, fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant; tempore futuro muniar munieris munietur muniemur muniemini munientur: imperativo praesenti munire muniatur muniamur muniamini muniantur*: optativo praesenti et praeterito inperfecto utinam munirer munireris muniretur utinam muniremur muniremini munirentur; praeterito perfecto utinam munitus sim sis sit muniti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto utinam munitus essem esses esset essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro utinam muniar muniaris muniatur muniamur muniamini muniantur: subiunctivo praesenti cum muniar muniaris muniatur cum muniamur muniamini muniantur, praeterito inperfecto cum munirer munireris muniretur cum muniremur muniremini munirentur; praeterito perfecto cum munitus sim sis sit cum muniti simus sitis sint, fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint; praeterito plusquamperfecto cum munitus essem esses esset cum muniti essemus essetis essent, fuissem fuisses fuisset fuissemus fuissetis fuissent; futuro ulteriori munitus ero eris erit erimus eritis erint, fuero fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint: infinito numeris personis incertis praesenti et praeterito inperfecto muniri, | praeterito perfecto et plusquamperfecto munitum

12 et *om. B* praeteriti perfecti plusquamperfecti *B* 13 esse] isse *B*
24 *lacunam, qua declinatio imperativi modi temporis futuri excidit, indicavi* 39 munitum esse fuisse] munitum isse uel iuisse *B*

esse fuisse, futuro munitum iri vel muniendum esse. participia praeteriti munitus munita munitum, futuri muniendus munienda muniendum. inpersonalia sive supina munitu munitum.

Ergo species verborum o littera terminatorum sunt hae, activa, ut amo, neutra, ut sedeo; r vero terminatorum passiva amor, deponens luctor, communis criminor. inchoativa vero et o littera terminatur, ut calesco, et r, ut miserescor. sic et quaedam defectiva, sed elocutione, et o, ut fero tuli, et r, feror latus sum. nam quaedam eiusdem speciei, id est declinationis defectivae elocutione, *nec o* nec r, sed m terminantur * odi novi memini. defectiva quaedam qualitate, id est genere, o quidem terminantur, ut fio, sed tempus praeteritum perfectum sic habent, ac si ab r veniant, ut fio factus sum, soleo solitus sum. frequentativa species et o terminatur, ut dicto dictito, et r, ut dictor dictitor; inpersonalis et r, ut itur, et t, ut taedet.

DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis, quam verbis adiciendo eorum significationem complemus. adverbio accidunt tria, significatio comparatio figura. significatio in multa dividitur: est enim loci, ut hic; temporis, ut heri nuper; numeri, ut semel; negandi, ut non; confirmandi, *ut* etiam; demonstrandi, ut ecce; optandi, ut utinam; hortandi, ut heia; ordinis, *ut* deinde; interrogandi, *ut* cur; similitudinis, *ut* quasi; qualitatis, *ut* sapienter; dubitantis, ut forsitan; eventus, ut forte; personalis, ut mecum; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; quantitatis, ut saepius; separandi, ut seorsum; eligendi, ut potius; congregandi, ut simul; prohibendi, ut ne; comparandi, ut magis. ergo adverbia vocalibus quidem quinque terminantur, a e i o u, semivocalibus quinque, l m n r s, muta *una*, c: a, 'heia age rumpe moras'; e correpto, 'facile omnes cum valemus'; e producto, 'nefarie molientem'; ae diphthongo, 'militiae contubernales'; i, 'domi una eruditi'; | o, 'bellum subito exarsit' et 'falso queritur'; u, 'nec visu facilis' (hoc magis verbum supinum est); l, 'quem semel risisse'; m, 'tum me confectum'; n,

---

17 significatio — 24 magis *Don. 386, 8*

---

1 muniendum esse *B* 6 terminata ut kalesco *B* 9 nec o *om. B, add. v* terminantur] '*supplendum videtur* ut sum; defectiva quaedam tempore i terminantur, ut odi *etc.' editor Vindobonensis* 10 quaedam] quidem *B* 11 sed sed tempus *B* 18 ut *ante* etiam deinde cur quasi sapienter *om. B* 19 eia *corr.* heia *B* 22 heu] eu *B* 25 una *om. B* 26 heia] *Verg. Aen. IIII 569* facile] *Terent. Andr. II, 1, 9* valemus] ual. *B* 27 nefarie] *Cic. in Catil. II 1, 1* militiae] *Cic. p. Ligar. 7, 21* 28 domi] *Cic. p. Ligar. 7, 21* bellum] *Cic. p. Ligar. 1, 3* 29 falso *Sallust. Iug. 1, 1* nec visu] *Verg. Aen. III 621* 30 quem] *Cic. de fin. V 30, 92* tum] *Verg. Aen. VI 520* comfectum *corr.* confectum *B*

'en crimen en causa', 'en qui nostra'; r, 'cur non Mopse boni'; s, 'heus heus Syre'; c, 'hic hic sunt nostro'. comparatio duobus *gradibus* fit: nam aut uni comparamus, ut iustius, aut multis, ut iustissime. figura aut simplex est, ut iuste, aut composita, ut iniuste.

Adverbia aut ex se nascuntur, ut heri nuper, aut ab aliis, ut docte sapienter. adverbia a nominibus us terminatis venientia e producto terminabuntur, ut rectus recte, summus summe, exceptis tribus, bonus bene, malus male, ritus rite; aut o terminantur producto, *ut* falsus falso. is vero terminata nomina facient adverbia aut e correpto terminata aut ter, ut facilis facile vel faciliter, suavis suave vel suaviter. n et s vel x terminata nomina in ter faciunt adverbia, ut clemens clementer, felix feliciter. r terminata nomina e producto terminant adverbia, si non fuerint comparativa, ut miser misere; si fuerint nomina comparativa, us terminabuntur adverbia, ut felicior felicius, quod etiam nomen erit comparativum generis neutri.

DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis cum tempore et casu. participium dictum est, quod partem recipiat a nomine, partem a verbo. recipit a nomine duo, genus et casum, ut hic doctus generis masculini casus nominativi: a verbo duo, tempora et significationem, id est adfectum vel genus vel speciem; tempus praesens, ut docens, futurum, ut docturus vel docendus, praeteritum, ut doctus; significationem aut activam, ut docens docturus, aut passivam, ut doctus docendus: ab utroque duo, numerum et figuram; numerum a verbo et a nomine singularem, ut hic doctus, pluralem, ut hi docti. figura in participiis aut simplex est, ut scribens, aut composita, ut inscribens. genera in participiis quattuor sunt, masculinum doctus, femininum docta, neutrum doctum, commune hic et haec et hoc docens, quod temporis praesentis semper ut sit necesse est. | casus in participiis tot sunt, quot et in nominibus et in pronominibus. participia a verbo activo veniunt temporis praesentis, ut docens, futuri, ut docturus, de passivo temporis praeteriti, ut doctus, futuri docendus; a neutro praesens natans, praeteritum natatus, duo futura nataturus natandus; a deponenti praesens obsonans, praeteritum obsonatus, duo futura obsonaturus obsonandus: sic et de communi criminans criminatus criminaturus criminandus.

Sunt quaedam participia eadem etiam nomina, ut cultus sapiens.

1 en crimen] *Cic. p. Deiot. 6, 17* en qui] *Verg. Aen. VIIII 600* cur] *Verg. bucol. 5, 1* 2 heus] *Terent. Heauton tim. II 3, 107* hic] *Cic. in Catil. I 4, 9* duobus fit *B* duobus fit modis *v* 7 bene] bone *B* 8 ut *ante* falsus *om. B* 10 n et s terminata nomina uel (x *add. v*) ter faciunt *Bv* 14 quod etiam *v* quid etiam *B* 32 praeteriti *B*

quorum quidem species genetivo dinoscitur, ut cultus, si sit nomen, huius cultus faciet, si participium temporis praeteriti, huius culti. nam sapiens tempore participium, comparatione nomen declaratur: nam si fecerit futuro tempore sapiturus, sapiens participium est; si fecerit sapiens sapientior sapientissimus, nomen est. sunt nomina quae speciem habent participiorum, non tamen sunt participia, ut decens pudens. *sunt participia* sine verbi alicuius substantia, ut tunicatus galeatus pudendus. omnia igitur participia aut n et s terminantur temporis praesentis, ut amans, aut rus temporis futuri activitatis, ut amaturus, aut dus temporis futuri passivitatis, ut amandus: temporis praeteriti aut tus, ut amatus, aut xus, ut nexus, aut sus, ut visus tersus mersus. hoc tamen scire debemus, quod participium sus terminatum aut de secunda erit coniugatione aut de tertia correpta. sed haec exempla de genere masculino sunt tantum modo. excepto tempore praesenti cetera omnia genere feminino a terminantur, neutro m. numeri in participiis duo sunt, singularis, ut hic doctus, pluralis, ut hi docti. sunt non nulla participia quae adiecta praepositione transeunt in nomen, ut innocens indoctus indomitus insciens. nec enim possunt sic cum praepositione a verbo venire: nemo enim dicit *innoceo vel* indoceor vel indomor vel inscio, sicut indicens et indicans indico, et insipiens insipio.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque dictionem. coniunctioni accidunt tria, potestas figura ordo.

Potestas in quinque dividitur. sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales. copulativae sunt sex, et que at atque ac ast: ut 'et te montosae misere', 'teque isto corpore s.', 'at tuba t.'| 'atque ea diversa', 'ac me cum ab reliquorum', 'ast de me divum'. disiunctivae vero quinque, aut vel ve nec neque: ut 'aut age diversos', 'vel tu quod s.', 'miscerive probet populos', 'nec

19 DE CONIVNCTIONE *Don. 388, 27 Diom. 415, 12*

5 speciem habent participiorum ut docens pudens non tamen sunt participia sine uerbi aliqua substantia *B.* decens *recepi ex Diom. p. 389, 29* inpersonalium declinatio non facile admittit participia, et errant qui decens pudens participia opinantur esse, cum sint appellationes 10 ut amatus aut us nexus et sus *B* 16 transeant ad (*corr.* in) nomen *B* 18 innoceo vel *om. B. cf. Don. p. 388, 16* sunt item alia participia, quae accepta praepositione et a verbis et a participiis recedunt, ut nocens innocens: nam noceo dicitur, innoceo non dicitur 19 uel inscior *B* 24 potestas coniunctionum in quinque (distributa *add. Diom.*) species dividitur *Donatus et Diomedes* 26 et te] *Verg. Aen. VII 744* teque isto corp. s. *B: Verg. Aen. IIII 703* at tuba r. *B: Verg. Aen. VIIII 503* at tuba terribilem sonitum procul aere canoro 27 atque] *Verg. Aen. VIIII 1* ac me] *Sallust. Catil. 3, 5* ast] *Verg. Aen. X 743* 28 aut age] *Verg. Aen. I 70* 29 vel tu] *Verg. Aen. V 691* miserive *v B* (?): *Verg. Aen. IIII 112.* prouet *B* nec tibi] *Verg. Aen. IIII 365*

p. 23. 24 V.

tibi diva parens', 'neque ego hanc abscondere'. expletivae vero decem, quidem equidem saltem videlicet quamquam quamvis quoque autem vero etsi: ut 'est quidem hoc coeptum atque temptatum', 'equidem merui nec d.', 'saltem siqua mihi de te', 'videlicet ille servus Cliniae', 'quamquam haec inter nos nuper', 'quamvis increpitent socii', 'hanc quoque deserimus',

ille autem neque te Phoebi cortina fefellit,
me vero primum dulces ante omnia Musae,

'etsi scio ego Philumena'. causales viginti et sex, si tametsi tamen siquidem quandoquidem quinetiam quatenus sin seu sive nam namque nisi nisisi enim etenim ni sed intereaquando (*quando* potest et adverbium esse temporis, ut Terentius in Eunucho 'veniet Chaerea. fraterne? quando? hodie') quamobrem praesertim item itemque ceterum alioquin praeterea: ut 'si bene quid de te merui', 'tametsi haudquaquam par gloria sequitur', [et si fata deum] 'tamen quia nati sunt cives, monitos esse etiam atque etiam volo', 'si tu quidem vera praedicas', 'quandoquidem tu solus regnas', 'quinetiam patria excussos', quatenus Lucretius libro secundo,

quatenus in pullos animantium vertier ova
cernimus alituum,
sin has non possim naturae acquirere partes,

'seu pacem seu bella geram', 'sive Erycis fines', 'nam mihi parta quies', 'namque fatebor enim', 'nisi me animus fallit hic profecto', 'nisi si id est quod suspicor', 'quis enim modus adsit amori', | 'etenim quod sit ingenium tantum', 'ni me quae Salium fortuna', 'sed tibi ingentes pop.', 'interea sacra

---

1 neque ego] *Verg. Aen. IIII 337* 3 etsi *inter causales coniunctiones ponitur a Donato et Diomede, item a Charisio p. 224, 32 Victorino p. 203, 9 Probo p. 144,2* equidem] *Verg. Aen. XII 931* 4 saltem] *Verg. Aen. IIII 327* videlicet] *Terent. Heauton tim. III 2, 3* 5 quamquam] *Terent. Heauton tim. I 1, 1* quamvis] *Verg. Aen. III 454* 6 hanc] *Verg. Aen. III 190* 7 ille] *Verg. Aen. VI 347* foeibi cortina ffe *B* 8 me vero] *Verg. georg. II 475* 9 etsiecio ego fil *B*: *Terent. Hec. II 2, 1* viginti et septem *editor Vindobonensis* 11 interea quando potest *B* 12 in Eunucho] *IIII 4, 29* 14 ut *v* aut *B* si bene quit *B*: *Verg. Aen. IIII 317* tametsi autquaquam *B*: *Sallust. Catil. 3, 2* 15 et si] *Verg. Aen. II 54. exemplum* si *coniunctionis sic, quasi* etsi *scriptum esset, quae coniunctio non inter causales, sed inter expletivas posita erat, vel ab ipso grammatico non recte interpositum vel postea additum est* tamen] *Cic. in Catil. II 12, 27* 16 siquidem tu vera praedicas *grammaticus scripsisse videtur: Terent. Eunuch. V 1, 12* siquidem tu istaec vera praedicas 17 quandoquidem] *Terent. Phorm. II 3, 58* quinetiam] *Verg. Aen. VII 299* 19 quatenus] *Lucret. II 927* 21 sin has] *Verg. georg. II 483* 22 seu pacem] *Verg. Aen. VIIII 279* sive] *Verg. Aen. I 570* nam mihi] *Verg. Aen. VII 598* 23 namque] *Verg. bucol. 1, 32* nisi me] *Terent. Heauton tim. IIII 1, 1* 24 nisi si] *Terent. Andr. I 5, 14* quis enim] *Verg. bucol. 2, 68* 25 etenim] *Cic. in Verr. act. pr. 4, 10* ni me] *Verg. Aen. V 356* 26 sed tibi] *Verg. Aen. VIII 475* 27 interea] *Verg. Aen. VIII 172*

haec, quando huc ven.', 'quamobrem nisi si id est quod suspicor mali' (haec non tam coniunctio quam tres partes orationis nuncupandae, quam ob rem), 'his praesertim iam noctibus', 'item alii per dedecora patrimoniis amissis', 'itemque senatus magna pars', 'ceterum mihi in dies magis auxiliorum', 'alioquin hoc fieri non potest', 'praeterea si n. d.'. rationales duodecim, itaque quoniam enimvero quia quapropter quoniamquidem quippe ergo ideo igitur scilicet propterea: 'itaque si mihi stomachum moveritis', 'quoniam de moribus civitatis', 'enimvero Dave', 'sed quia provenere', 'quapropter te', 'quoniamquidem circ. v.', 'quippe secundae res', 'ergo ausculta', 'Graiumque ideo', 'igitur colos', 'scilicet is superis', 'proptereaque nunc misera in maerore est'. inter causam autem et rationem hoc est, quod in ratione semper causa est, in causa vero non semper est ratio, et quod in ratione semper consilium continetur, in causa vero non semper. causas habet Iuno ut irascatur Aeneae, non rationem; habet rationem doctus ut sit litteratus, habet et causam. nequidem ideo non est posita, quia sic iuncta latina non est. nam huic coniunctioni aliqua pars orationis interponi debet, ac si dicamus 'ne ego quidem': nam 'ne quidem ego' nusquam lectum est, ideoque veluti barbarismus devitatur.

Figurae coniunctionis aut simplices sunt, ut quoniam, aut compositae, ut quandoquidem. ordo in tria dividitur: aut tantum praeponitur, ut *ast*, 'ast illum ereptae magno'; aut semper subiungitur, ut que, 'arma virumque'; aut et praeponitur et subiungitur, ut *et*, 'et me Foebus equis oriens', [ut] 'memet super ipsa dedissem'.

Quidam coniunctiones disiunctivas non putant oportere dici coniunctiones, hac ratione: si ideo dictae sunt coniunctiones a coniungendo, quae | disiungunt non sunt coniunctiones. sed errant: nam coniunctio eo dicta, quod verba coniungat, non sensus. ergo [haec] coniunctio disiunctiva sensus quidem separat, verba vero coniungit, unde nomen accepit.

---

1 quamobrem] *Terent. Andr. I 5, 14* quam ob rem? nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt 3 his] *Cic. in Catil. II 10, 23* item] *Sallust. Catil. 37, 5* 4 itemque] *Sallust. Catil. 53, 1* 5 ceterum] *Sallust. Catil. 20, 6* ceterum mihi in dies magis animus accenditur 6 praeterea] *Verg. Aen. V 64* 7 quia] qua *B* 8 itaque] *Cic. pro Mur. 13, 28* quoniam] *Sallust. Catil. 5, 9* 9 enimvero] *Terent. Andr. I 3, 1* sed quia] *Sallust. Catil. 8, 3* 10 quapropter te] *Terent. Hec. V 1, 7* quoniamquidem] *Sallust. Catil. 31, 9* quippe] *Sallust. Catil. 11, 7* 11 ergo] *Terent. Phorm. I 2, 12* Graiumque] *Verg. Aen. IIII 228* igitur] *Sallust. Catil. 15, 5* 12 scilicet] *Verg. Aen. IIII 379* propterea quae v *B (?)*: *Terent. Andr. IIII 2, 10* 23 ut ast illum *B*: *Verg. Aen. III 330* 24 ut et me *B*: *duo Vergilii exempla bucol. 3, 63* et me Phoebus amat *et Aen. V 739* et me saevus equis Oriens adflavit anhelis *neglegenter coniuncta sunt* 25 memet] *Verg. Aen. IIII 606, ubi* memet *pro* me et *dictum esse voluit grammaticus* 26 dici coniunes hac *B*

DE INTERIECTIONE

Interiectio est pars orationis adverbio persimilis, qua significantur animi variae passiones, quas quidam adfectus dicunt: laetitiae vel laudis, ut va, ut Terentius 'va consilium callidum'; irascentis vel dolentis, 'heu stirpem invisam'; laetantis et irascentis, ut 'pro di immortales, facinus indignum', Cicero 'pro di immortales, qui hic inluxit dies'; laetantis et risus, ut hahahae; admirantis, ut papae; dolentis, 'heu ne lacrima'; admirantis et dolentis, ut

o fortunati quorum iam moenia surgunt

et 'o miserae, quas non manus' vel 'o dolor atque decus'; hortantis, ut 'heia age, rumpe moras'. item plurimae, quas adfectus faciunt animorum.

DE SEPTIMO CASV

Septimus casus fit duobus ablativis pariter copulatis, qui locutionem habet ablativorum casuum, intellectum genetivorum: nihil enim significat auferendum. hic fit modis octo: aut ex participio et nomine, ut 'ducente dea', 'volente deo'; aut ex nomine et participio, ut 'oratore declamante', 'Sacerdote docente'; aut ex duobus participiis, ut 'docto exponente'; aut ex duobus nominibus, ut 'bono homine'; aut ex pronomine et nomine, ut 'me duce'; aut ex nomine et pronomine *, ut 'laetante me'. nam ex duobus pronominibus septimus casus fieri non potest. quidam putant his casibus iunctis intellectum fieri dativi casus et vocari ipsum quoque septimum casum, ut est 'et magno se corpore miscet'. sed errant: nam ibi antiquorum more ablativum pro dativo posuit, quod licet etiam, si non iunxerimus duos ablativos [ponere ablativum scilicet pro dativo], ut est 'haeret pede pes' et 'parce metu Cytherea', pro pedi, pro metui; quod septimus casus fieri non potest sine duobus ablativis et sine intellectu casus genetivi.

---

13 DE SEPTIMO CASV *Diom. 317, 23 exc. Charis. 534, 22 Dosith 23, 10*

---

3 laetitiae ut ua uel laudis ut terentius *B*|: *Andr. III 4, 10* 5 heu] *Verg. Aen. VII 293* pro di] *Terent. Adelph. III 4, 1* immortale *B* 6 Cicero] in Pisonem *Quintil. VIIII 4, 76 Diom. p. 468, 10* 7 haaae *corr.* hahahae *B* 8 heu] *Terent. Heaut. tim. I 1, 31* 9 o fortunati] *Verg. Aen. I 437* 10 o miserae] *Verg. Aen. V 623* o dolor] *Verg. Aen. X 507* 11 heia *Verg. Aen. IIII 569* 16 auferendi *B* ducente dea] *Verg. Aen. II 632* 17 volente deo] *Verg. Aen. I 303* 20 *lacuna quam indicavi haec fere exciderunt*, ut 'auctore me', aut ex pronomine et participio, ut 'me legente', aut ex participio et pronomine 23 et magno] *Verg. Aen. VI 727* 26 haeret] *Verg. Aen. X 361* parce] *Verg. Aen. I 257*

De syncope. Syncope est, cum una vel plures litterae eliduntur, ut

apparent rari nantes in gurgite vasto,

id est natantes.

De synalifa. Synalifa est, quando finita pars orationis in vocalem vel in m litteram vel in s altera parte orationis | incipiente a vocali eliditur, ut 'mene efferre pedem' et 'mene incepto'. sic in vocali. in m littera m non sola perit in metro, sed etiam vocalis quae eam antecedit, ut 'monstrum horrendum ingens'. s vero littera eliditur sola, si a consonanti incipiat altera pars orationis, ut Lucretius 'mensibus frigus' et alibi 'ex infantibus parvis'. cum vocali vero praecedente et iuncta perit s, si in eam finiatur pars orationis et sequens pars orationis incipiat a vocali, ut Vergilius

rursus in secessu longo sub rupe cavata.

non tamen omnes syllabae quae sic cadunt, id est aut in vocalem aut in m aut in s, necesse est ut synalifam patiantur; sed quae synalifam patiuntur sic cadant necesse est. ceterum sunt quae sic eveniunt, non tamen eliduntur: de vocali, ut 'texunt umbracula vites' et 'sucus pecori et lac subducitur agnis' et 'Aeaeque insula Circae', de m, ut 'hic ver purpureum varios', *de s*, ut 'ecce manus iuvenem interea'. hoc tamen scire debemus, quod versus percutientes [id est scandentes] interdum accentus alios pronuntiamus, quam per singula verba ponentes. toro et pater, acutum accentum in to ponimus et in pa; scandendo vero 'inde toro pater Aeneas' in ro et in ter. haec igitur in metro ideo suam non continent rationem, quia in ipsis nulla intellectus ratio continetur: nam ropater nihil significat. inter syncopen ergo et synalifam hoc est, quod syncope ab ipsis ponitur poetis, nantes pro natantes; synalifa autem a nobis vel pronuntiantibus vel pedes scandentibus fit, cum a poeta plenum verbum ponatur. 'mene incepto', nos scandimus meninceplo: monstrhor nos percutimus, cum poeta posuerit 'monstrum horrendum': et 'infantibu parvis' et 'rursin secessu longo' scandimus, cum *infantibus et* rursus posuerit poeta.

1 De syncope *p. 452, 7* 4 De synalifa *p. 453, 4*

2 apparent] *Verg. Aen. I 118* 6 mene efferre] *Verg. Aen. II 657* mene incepto] *Verg. Aen. I 37* 8 monstrum] *Verg. Aen. IIII 181* eliditur *v* dicitur *B* 9 mensib. *B* mensibu *v. in lacuna libri sexti haec posuit Lachmannus in Lucret. p. 399* 10 ex infantib. *B* ex infantibu *v: Lucret. I 186* 12 oratio incipiat *B* 13 rursus] *Verg. Aen. III 229* 14 omnis syllabae *B* 17 eliduntur ut de uocali ut *B* texunt] *Verg. bucol. 9, 42* sucus] *Verg. bucol. 3, 6* 18 Aeaeaeque *Vergilius Aen. III 386* circe *B* 19 hic ver] *Verg. bucol. 9, 40* de s ut] et *B* et de s *v* ecce] ece *B: Verg. Aen. II 57* 21 scandentes *v* candentes *B* 22 verba, pronuntiantes toro *coniecit editor Vindobonensis* 23 inde] *Verg. Aen. II 2* 27 uel pronuntiantibus *editor Vindobonensis* uel a pronuntiantibus *B* 28 meninccpto] mencepto *B* 30 infantib. paruis *B* 31 infantibus et *om. B*

p. 28. 27 V.

De diaeresi. Diaeresis est, cum duae vocales in syllabam ductae singulare pronuntiatae dividuntur, ut 'aulae in medio' et frugiferae, aulai et frugiferai. huic contraria est synaeresis. |

De synaeresi. Synaeresis est, cum dictio duarum syllabarum in unam cogitur, ut 'fixerit aeripidem' pro aëripidem, et 'hortator scelerum Oelides' pro Aeolides.

De tmesi. Tmesis, hoc est intercisio, sic fit, cum in medio unius verbi alterum interponitur, ut est 'septem conpacta trioni': positum est verbum conpacta inter septemtriones.

De enallaxi vel enallage. Enallaxis vel enallage est, cum contra naturam suam verbum positum hoc significat, ac si *proprium* verbum poneretur, ut est rursum, hoc significat quod rursus.

Nunc de soloecismo ceterisque vitiis tractabimus, quibus expositis docebimus quid vitare vel dicere debemus.

DE SOLOECISMO

Soloecismus est latini sermonis inpropria ordinatio, oratio inconsequens, verborum inter se non suo loco positorum vitiosa structura, carens ordine sermo, dictio non cohaerens. soloecismus dictus est duobus modis, vel quod sit τοῦ σῴου λόγου αἰκισμός, id est integrae laesio dictionis, vel quod aliquando Σόλοικοι, Cilicienses cives, Athenas profecti non integre loquentes vitioso sermoni de vocabulo suo nomen dederunt. fit autem soloecismus modis XVI: per inmutationem generum pronominum, ut Terentius 'habeas quicum cantites' pro 'cum qua cantites', et Plautus 'sed quis illaec mulier est' pro 'sed quae il-

4 De synaeresi *p. 453, 1* 7 de tmesi *p. 466, 25*

1 de diheresi diheresis *B* *fortasse* cum duae vocales in unam syllabam coniunctae diductae et singulares pronuntiatae dividuntur: *cf. [Prob.] de ult. syll. p. 263, 21* 2 aulae] *Verg. Aen. III 354* aulai medio et frugae aulai et frugai *B*, et fugae aulai et fugai *v, ubi* fugai *ad Lucret. I 1047 et IIII 713 pertinere voluit editor.* frugiferae *et* frugiferai *coniecit editor Vindobonensis, quod ad Ennii exemplum* terrai frugiferai *a Charisio p. 19, 1 exc. Char. p. 538, 27 fragm. Bob. de nom. p. 555, 3 citatum pertinet* 3 synheresis *B, item* 4 5 fixerit eripedem *B: Verg. Aen. VI 803* hortator] *Verg. Aen. VI 529* 6 pro eolides *B* 7 *tmesin, quae infra p. 466, 25 inter tropos refertur, multos inter metaplasmos reponere ait Consentius p. 390, 29. eos hoc loco secutus est grammaticus. eodem rettulit enallagen inter schemata dianoeas positam rhet. lat. ed. Halm p. 76, 8. nam ad tractatum de metaplasmis omnia quae praeter ordinem ante commentarium de soloecismo scripta sunt pertinent* 8 septem] *Verg. georg. III 381* septem subiecta trioni: *cf. Ribbeck prol. ad Verg. p. 211* 9 uerbum est *B* 10 est uel enallage *B* 11 ac si uerbum *B* ac si uerum *v* 13 tractamus *B* 20 aliquando soloecoe sicilienses *B* 21 sermoni *editor Vindobonensis* sermone *B* 23 habeas] *Terent. Adelph. IIII, 7, 32* 24 sed quis] *ad Plaut. Trucul. I 1, 76* sed haec quis mulier (quibus melius *codices,* quis mulier *Camerarius*) est? Astaphium ancillulast *pertinere videtur. cf. mil. gl. II 4, 8 (v. 361 R) Epid. IIII 1, 6*

laec': per casus, ac si dicas 'sequor homine' pro 'sequor hominem', Terentius 'ita ut vobis decet' pro 'ita ut vos decet': per numeros, 'vos, o Calliope, precor' et 'pars in frusta secant': per personas, ac si dicas 'ego facit' pro 'ego facio': per tempora, ut 'et omnis humo fumat' pro fumavit: per qualitates nominum, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro Dardanius, proprium pro appellativo: per genera verborum, ac si dicas sedeor pro sedeo, ut Terentius 'eique anulum, dum luctat, detraxit' pro luctatur, et Vergilius 'pictis bellantur Amazones armis' pro bellant: per genera nominum, ac si dicas hic caelus pro hoc caelum, quamvis Lucretius | caelos dicit: per formas vel qualitates verborum, ac si dicas taedeo pro taedet me, quasi personale pro inpersonali,

at vero Rutulis impar ea pugna videri
iam dudum,

pro videbatur, infinitum pro finito: per modos, ut * per adverbia, ac si dicas 'ite intus' pro intro vel 'estote intro' pro intus: per praepositiones, ac si dicas 'apud illum vado' *pro 'ad illum vado' vel 'ad illum sum'* pro 'apud illum sum': per gradus conlationis, hoc est comparationis, ut est 'Saturnia pulchra dearum' pro pulcherrima, et Lucretius 'inferiora magis' pro inferiora: per geminationem abnuendi, 'nulla neque amnem libavit quadrupes': [per ordinis immutationem] * ut

inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae:

per anastrophen, ut 'Thestylis *et' pro 'et Thestylis'*. haec si a nobis

---

24 per anastrophen *p. 462, 29. 466, 12*

---

2 ita ut vobis] *Terent. Adelph. III 4, 45* haec primum ut fiant deos quaeso ut vobis decet. *ib. V 8, 5* immo hercle ita nobis decet uos o calliopa *B: Verg. Aen. VIIII 525* 3 pars] *Verg. Aen. I 212* 4 et omnis] *Verg. Aen. III 3* 6 hauriat] *Verg. Aen. IIII 661* 9 eique anulum] *Terent. Hecyr. V 3, 31* dicitque sese illi anulum, dum luctat, detraxisse 10 pictis] *Verg. Aen. XI 660* 11 ac si dicas *v* ac dicas hac si dicas *B* 12 caelos d. *B* caelos dixerit *v: Lucret. II 1097* quis pariter caelos omnis convertere 13 pro inpersonali. per modos ut at vero — infinitum pro finito. per adverbia *v:* 'finitum pro infinito *cod. manifesto sphalmate. haec literis maiusculis miniatis, post verba* pro inpersonali, *partim in margine, partim inter lineas scripta huius loci sunt' editor Vindobonensis. versum Vergilii (Aen. XII 216) pro exemplo soloecismi per qualitates verborum posuit Cominianus Charis. p. 266, 25. itaque v.* at vero Rutulis — infinitum pro finito *in B, ut videtur, partim superscripta partim in margine posita in suum locum revocavi: deinde lacunam, qua exemplum soloecismi per modos (Charis. p. 267, 8) excidit, indicavi* 18 pro ad illum vado vel ad illum sum *om. B* 20 Saturnia] *Enn. annal. I 65 ed. Vahl.* interiora *priore loco B: Lucret. I 1063* 21 nulla] *Verg. bucol. 5, 25* 22 imutationem B. *non diversum est hoc genus ab eo quod sequitur, per anastrophen. deinde lacunam indicavi, qua definitio soloecismi per detractionem excidit: cf. Charis. p. 267, 29* detractione, cum minus quam debet sententia verborum habet, ut implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae': deest enim caruis 23 inplentur] *Verg. Aen. I 215* 24 ut Thestylis et pro et Thestylis *v* ut thestylis *B: Verg. bucol. 2, 10*

p. 28. 29 V.

dicantur, vitia sunt; si a poetis vel oratoribus, schemata, id est figurae, nuncupantur.

DE BARBARISMO

Barbarismus est vitiosa dictio unius verbi, qui fit modis octo: per productionem, ac si dicas pērnix *et* per producas, quae correpta est: per correptionem, stetĕrunt te correpta, quae longa est: per aspirationem, ac si dicas hora vultus, cum ora debeant dici: per lenitatem, ac si dicas oram tempus dici, cum horam debeas dicere: per immutationem litterarum, ac si dicas olminem pro hominem: per accentum, ac si dicas iste *et* te acuas, cum is debeas: per immutationem loquellarum, ac si graecum nomen latine dicas vel latinum nomen graece scribas vel dicas, ut puta si philosophum per f scribas, cum per p et h scribere debeas, vel si felix scribas per p et h, cum f ratio exigat: per immutationem accentuum, ac si dicas Cĕrĕs ce longa, cum brevis sit, et res brevi, cum sit longa. haec vitia, cum dicuntur, barbarismi sunt; cum scribuntur, barbarolexis; et cum | dicuntur a nobis, vitia sunt, *cum* a poetis, metaplasmi. inter barbarismum et soloecismum hoc est, quod soloecismus latinus est sermo perversus, barbarismus vero nullam latini sermonis continet rationem, et quod soloecismus pluribus partibus orationis fit, barbarismus una; quamvis et soloecismus potest interdum una parte orationis fieri, ac si dicas uni 'habete'. inter figuram et metaplasmum hoc est, quod figura virtus est veniens ex soloecismo, metaplasmus vero veniens de barbarismo, de quibus mixte tractabimus.

DE METAPLASMIS VEL FIGVRIS

Metaplasmus vel figura est dictio aliter composita quam debet metri vel decoris causa. huius species sunt plurimae, sed maxime necessariae hae, prothesis, epenthesis, paragoge, aphaeresis quae et encope vocatur, syncope, apocope, antithesis, metathesis, systole, ectasis, diaeresis, episynaliphe, ecthlipsis, protheseon parallage.

De prothesi. Prothesis est, cum in prima parte dictionis aut littera plus est aut syllaba, littera, ut 'gnatique', syllaba, ut 'tetulisset pedem'.

---

24 DE METAPLASMIS *Charis. 277, 24 Diom. 440, 27 Don. 395, 27*

---

1 oratoribus] oratoria *B* 5 et *om. B* 6 quaequae *B* 7 cum cum ora *B* 6 et *om. B* 12 filosofum *B* 14 ceres ce longam cum urebes sit et res breue *B* 16 cum *ultimo loco om. B* 21 habete] salvete *Serv. in Don. p. 446, 7* 25 metaplasmus est uel figura dictio *B* 28 synstole *B* diheresis *B* 29 ecthlipsis *v* ellipsis *B* 31 gnatique] *Verg. Aen VI 116* gnatique patrisque. *idem exemplum est in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 262, 25* tetulissem *scripsisse videtur grammaticus: Terent. Andr. IIII 5, 13* numquam huc tetulissem pedem, *quod exemplum positum est in [Probi] libro de ultimis syllabis p. 262, 30*

De epenthesi. Epenthesis est, cum in medio verbo aut littera additur, ut relliquias, aut syllaba, ut Mavors.

De paragoge. Paragoge est, cum in fine verbi syllaba additur, ut 'admittier orant'.

De aphaeresi. Aphaeresis fit [encope], cum a prima parte verbi syllaba tollitur, ut linquere.

De syncope. Syncope est, cum de medio verbo littera tollitur, ut oraclum, vel syllaba, ut vixet.

De apocope. Apocope est, cum in fine dictionis syllaba tollitur, ut luxuriat pro luxuriatur et luctat pro luctatur.

De antithesi. Antithesis est litterae pro littera commutatio, ut olli pro illi. |

De metathesi. Metathesis est, cum isdem litteris in verbo manentibus fit transmutatio litterarum, ac si dicas leriquias pro reliquias.

De systole. Systole est, cum producta syllaba contra rationem metri causa corripitur, ut 'stetĕruntque comae' pro stetērunt.

De ectasi. Ectasis est, cum corripienda syllaba producitur metri causa, ut

religione patrum multos servata per annos,

ut re producatur, quae semper correpta pronuntiatur, et 'reliquias Danaum'. sed hi versus acephali dicuntur, ut Homerus 'ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον'. sicut e contrario in metro proceleumatico, ubi omnes breves esse debent, ponitur novissimus pes anapaestus *pro* proceleumatico, ut novissima syllaba solvatur, quae longa est, et pro duabus brevibus accipiatur, ut est illud graecum 'ὄνος ὄνος ἀπέθανε τίνι τίνι θανάτῳ;' τῳ enim longa pro duabus brevibus soluta accipitur. nam 'genua labant *' sicut metricis placet, ut proceleumaticus pro dactylo sit, duabus prioribus brevibus pro una longa positis. *

7 De syncope *p. 448, 1*

4 admittier] *Verg. Aen. VIIII 231* 5 aphaeresis fit vel encope *v* 7 de syncope *B* 8 vixet] *Verg. Aen. XI 118.* vixet cui vitam deus *[Prob.] de ult. syll. p. 263, 10: cf. Pompei. p. 285, 29. 297, 10* 10 luxuriat] *Verg. georg. III 81* luctat] *Terent. Hecyr. V 3, 31. cf. supra p. 450, 9* 16 stéteruntque] *Verg. Aen. II 774* 18 religione] *Verg. Aen. II 715* serbata *B* 19 reliquias] *Verg. Aen. I 30* danaum et religione patrum sed *B* 20 acefali *B* Homerus] *Il. Ψ 2* 21 Ἑλλήσποντον] ΕΛΛΕϹΠ. *B* 22 pro *om. B, add. v.* 24 ὄνος] *Plot. de metr. p. 2651* moreris asine moreris asine vapulans 25 nam genualabit *B* nam genere valebit *v: Verg. Aen. XII 905* genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. *idem versus in exemplis metri asynarteti positus est infra, Plot. de metr. p. 2664. quam doctrinam si hoc quoque loco grammaticus secutus est, verba lacunis et perturbato ordine corrupta ita fere restitui possunt, sicut conieci ind. lect. Halens. hibern. a. 1872 p. IV, ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.* nam 'genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis' est versus asynartetus quattuor breves ab initio habens, genua la, sicut metricis placet, ut proceleumaticus pro dactylo sit, duabus prioribus brevibus pro una longa positis, sicut e contrario in metro proceleumatico *sqq. deinde ante episynaloephen definitio figurae diaereseos (cf. p. 449, 1) excidit.*

p. 30 31 V.

De episynaliphe. Episynaliphe vel synaeresis est, cum plurimarum syllabarum dictio in pauciores concluditur, ut 'fixerit aeripidem' et Oelides *pro* aëripedem et Aeolides.

De synaliphe. Synaliphe est, cum de convenientibus inter se litteris priorum fit elisio. haec fit modis tribus, sicut ante monstravi.

De ecthlipsi. De hac supervacuum est dicere, quia synaliphae similis est. quidam tamen inter synaliphen et ecthlipsin hoc interesse voluerunt, ut synaliphe sit vocalium, ecthlipsis vero consonantium.

De protheseon parallage. Protheseon parallage est, cum altera praepositio pro altera ponitur, ut 'cui tantum de te licuit' pro 'in te'.

DE CETERIS VITIIS

De acyrologia. Acyrologia est dictio inconvenienter et inproprie | prolata, ut est

hunc ego si tantum potui sperare dolorem

pro timere: proprie enim speramus bona, timemus mala.

De cacenphato. Cacenphaton est oratio turpem significationem habens inturpibus verbis, ut 'lepus tute es et pulpamentum quaeris' et Cicero 'filiusque eius inpuber nudus stans sub fornice'.

De aeschrologia. Aeschrologia est verborum turpitudo, non intellectus, 'conprime sis iram' et 'arrectique ora tenebant' et Cicero 'teneat nunc Metellus testes meos'. inter cacenphaton ergo et aeschrologian hoc est, quod cacenphaton honestis verbis turpem continet sensum, aeschrologia vero obscenis verbis honestum exprimit intellectum.

---

1 De episynaliphe *p. 449, 4* 4 De synaliphe *p. 448, 3* 11 DE CETERIS VITIIS *Charis. 270, 23 Diom. 449, 5 Don. 394, 25 Pompei. 293, 1* 16 De cacenphato *p. 461, 24*

---

1 Episynaliphe est uel syneresis cum complurimarum syllabarum ratio in *B* 2 fixerit eripedem et eolides oelides et aeripidem de synaliphe *B: Verg. Aen. VI 803. 529* 6 de ecthlipsi *om. B* quia *editor Vindobonensis* quae *B* 10 cui] *Verg. Aen. VI 501* 11 *inscriptionem* DE CETERIS VITIIS *in B v omissam addidi* 14 hunc] *Verg. Aen. IIII 419* sprerare *B* 15 mala] bona *B* 16 de ΚΑΚΕΝΦΑΤΟ cacenfaton *B* 17 in turpibus *v.* inturpibus *scripsi: rectius erat* non turpibus. *nam* caceuphaton *hoc loco illud tantum dixit Sacerdos, quod fit in sensu, ut ait Pompeius p. 293, 21* lepus] *Terent. Eunuch. III 1, 36. Vopisc. vit. Numerian. c. 13* nam et 'lepus tute es, pulpamentum quaeris' Livii Andronici dictum est, multaque alia, quae Plautus Caeciliusque posuerunt 18 filiusque] *Cic. in Verr. act. sec. II 63, 154* 20 conprime *editor Vindobonensis coll. Plaut. Trucul. II 2, 6,* reprime *B et hoc loco et infra p. 461, 25.* conprime *grammaticum scripsisse apparet, quoniam* reprime *turpitudinem non habet* arrectique] *Verg. Aen. II 1* conticuere omnes intentique ora tenebant. *cf. Ribbeck. prol. in Verg. p. 211. Terentii exemplum Andr. V 4, 30* arrige aures Pamphile *plerique grammatici posuerunt* 21 teneat] *Cic. in Ver. act. sec. II 56, 139* 21 inhonestis *coniecit editor Vindobonensis contra rationem grammatici* 22 honestus exprimitur interietus *B*

De pleonasmo. Pleonasmos est unius verbi adiectio amplius, quam exigit sensus, ut 'sic ore locuta est'.

De perissologia. Perissologia est multorum verborum ad sensum exprimendum supervacua adiectio, ut est 'ibant qua poterant, et qua non poterant non ibant'.

De macrologia. Macrologia est oratio longa sine cultu, ut est 'retro, unde venerant, domum reversi sunt'.

De tautologia. Tautologia est eiusdem sensus vel verbi iteratio, ut est 'ego ipse feci' et 'qualem pateris libamus et auro' pro aureis pateris: duo posuit pro uno, ut 'media testudine templi septa armis'.

De eclipsi. Eclipsis est sensus minus habens verborum, | quam necessitas postulat, *ut* 'quem tibi iam Troia': 'dedit' aut aliquid tale subauditur.

De tapinosi. Tapinosis est rei magnae humilis expositio, ut Horatius 'Pelidae stomachum cedere nescii' pro fervore vel iracundia.

De cacosyntheto. Cacosyntheton est indecens structura verborum, ut 'versaque iuvencum terga fatigamus hasta'.

De hiulcatione. Hiulcatio est, si finiatur in vocalem oratio et excipiatur a vocali, quod facit hiare dictionem, ut 'insulae Ionio in magno'.

De myotacismo. Myotacismus fit, cum finita pars orationis in m et excepta *a vocali* foedam faciat dictionem, ut

poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

huic vitio similes sunt † nattacismi, rottacismi et omnino, cum in consonantem finiatur pars orationis et excipiatur a vocali. hoc namque volunt technographi, ut pars orationis finiatur in vocalem et excipiatur a consonanti.

De aprepia. Aprepia est absurda et indecens verborum structura, ut 'o Tite tute Tati tibi tanta'.

---

2 sic ore] *Verg. Aen. I 614* 4 supernaqua *B* ibant] *cf. Charis. p. 271, 10.* et *ante* qua *additum praeter Sacerdotem habet Priscianus l. XVII p. 110, 9, quod grammaticis tribuendum esse vidit Naekius opusc. philol. v. I p. 354* 6 retro] *cf. Charis. p. 271, 13* 7 uenerunt *Bv* 9 egomet ipse *Charisius Diomedes Donatus*, egomet ipse perfeci *Pompei p. 294, 21* qualem] *Verg. georg. II 192* 10 media] *Verg. Aen. I 505: cf. Serv. in h. l.* septarmis *B* 12 De ellipsi. ellipsis *v* 13 ut *om. B* quem] *Verg. Aen. III 340* 16 Pelidae] *Hor. carm. I 6, 6* 18 versaque] *Verg. Aen. VIIII 609* 19 de hinlatione hiulatio *B* de hiulca oratione. hiulca oratio *v* 20 quae facit *B* insulae] *Verg. Aen. III 211* 22 pars] parte *B* 23 a vocali *om. B* 24 poetam cum *B*: *Terent. Andr. prol. 1* similis *B* 25 nytacismi rotacismi *editor Vindobonensis. scribendum erat* labdacismi et iotacismi. *nam haec vitia, quae cum myotacismo a grammaticis coniungi solent, hoc loco omitti non poterant. sed ut prava vitiorum definitio errori grammatici tribuenda est, ita de nominibus vitiorum erravit* 26 finiat pars *B* 30 o tite tate tibi tanta *B*: *Enn. annal. v. 113 ed. Vahl.*

De amphibolia. Amphibolia est dictio ambigua dubiam faciens sensuum sententiam, ut 'aut mixta rubent ubi lilia multa alba rosa'.

DE SCHEMATIBVS

De homonymia. Homonymia est, cum duae res vel plures uno nomine nuncupantur, ut 'liceat superesse nepotem', filium filii, et 'quis ganeo, quis nepos', id est luxuriosus. hic enim nepos uno nomine multa significavit.

De synonymia. Synonymia est, cum una res multis nominibus nuncupatur, ut 'et magno telluris amore', id est terrae, et 'optata potiuntur Troes harena', id est terra, 'in litore ponunt', id est terra.

De cacozelia. Cacozelia est quae fit duobus modis, aut magnarum rerum humilis dictio, aut minimarum oratio tumens:

reliquias Troiae cineres atque ossa peremptae,

pro exercitu et viris fortibus; e contrario

fores effregit atque in aedes inruit
alienas, ipsum dominum atque omnem familiam
mulcavit,

pro lupanari et lenone et meretricibus. hanc quidam anasceuan dicunt *vel catasceuan*: | catasceuan cum mediocri oratione res maximae deprimuntur, anasceuan, cum res humiles sublevantur tumore aliquo dictionis.

De polyptoto. Polyptoton est oratio per plures variata casus, ut

litora litoribus contraria, fluctibus undas
deprecor, arma armis, pugnent ipsique nepotesque.

De hirmo. Hirmos est oratio unius tenoris eosdem casus ad clausulam usque conservans et rationabilem continens ordinem, ut

principio caelum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit.

hic enim philosophice pro merito elementa ordinavit.

De polysyndeto. Polysyndeton est oratio plurimis coniunctionibus copulata, ut

Acamasque Thoasque

---

3 DE SCHEMATIBVS *Charis. 279, 22 Diom. 443, 5 Don. 397, 4 Pompei. 200, 1*

---

2 aut mixta] *Verg. Aen. XII 68* 3 *inscriptionem* DE SCHEMATIBVS *in B omissam addidi* 5 liceat] *Verg. Aen. X 47* 6 quis] *Cic. in Catil. II 4, 7* 9 et magno] *Verg. Aen. I 171 sqq.* 14 reliquias] *Verg. Aen. V 787* perempta *B* 16 fores] *Terent. Adelph. I 2, 8* 19 anasceuam dicunt catasceuan cum mediocri *B*, *correxit editor Vindobonensis* 20 res maxime deponuntur anasceua cum res *B* 23 litora] *Verg. Aen. IIII 628* 27 principio] *Verg. Aen. VI 724* 30 ordinabit *B* 33 Acamasque] *Verg. Aen. II 262*

Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.

De dialyto. Dialyton vel asyndeton est dictio sine coniunctione prolata, ut

alii navalibus ite,
ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

De prolempsi. Prolempsis est, cum, antequam res vel personae finiuntur, numerus terminatur, *ut*

interea reges, ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum

et cetera; iterum

et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
procedunt.

De zeugmate. Zeugma est, cum rebus singulis verba necessaria applicantur, ut 'regem adit et regi memorat'.

De mesozeuxi. Mesozeuxis est, cum superiorem et inferiorem orationem verbum in medio positum ordinat, ut 'multum ille et terris iactatus et alto': utrique respondet, et terris et alto, verbum iactatus in medio positum.

De hypozeuxi. Hypozeuxis est, quotiens unum verbum in duplici multiplicive sententia postea applicatur omnibus superioribus respondens, ut est

qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis.

De prozeuxi. Prozeuxis, quae est contraria hypozeuxi, fit hoc modo, cum antea verbum ponitur, quod omnia posteriora coniungat, | ut

dat tibi praeterea fortunae parva prioris
munera reliquias Troia ex ardente receptas.

De promesozeuxi. Promesozeuxis [est], quae constat de prozeuxi et mesozeuxi, fit hoc modo: verba necessaria ante et in medio posita nectunt secum orationem, ut

da propriam, Thymbraee, domum, da moenia fessis.

hic enim ideo promesozeuxis est, quod et ante et in medio verbum necessarium 'da' sermonibus copulatur.

---

5 alii nauali ite *B*: *Verg. Aen. IIII 593* 8 ut *om. B* 9 interea] *Verg. Aen. XII 161 sqq.* 10 curro *B* 14 *Sacerdoti tribuendum est quod zeugma pro hypozeuxi, quam vulgo grammatici et rhetores dixerunt, et hypozeuxin pro zeugmate dixit* 15 regem] *Verg. Aen. X 149* 16 interiorem *B* 17 multum] *Verg. Aen. I 3* 18 respondit *B* 21 multiplicique *B* 24 qui] *Verg. Aen. III 359* 25 quae est] est quae *B* 27 dat] *Verg. Aen. VII 243* 28 troiae ex *B* 29 *fortasse* 'promesozeuxis est quae constat de prozeuxi et mesozeuxi. fit autem hoc modo cum verba necessaria ante et in medio posita nectuntur cum oratione 30 nectunt *v* nectat *B* 32 da propriam] *Verg. Aen. III 85* thymbreae *B*

p. 34 v.

De synlempsi prima. Synlempsis prima fit, cum dictio singularis plurali alligatur, ut 'pars *in* frusta secant'.

De secunda synlempsi. Secunda synlempsis contraria fit, cum dictio pluralis singulari concluditur, ut 'hic illius arma, hic currus fuit'.

De tertia synlempsi. Synlempsis tertia fit hoc modo: plurali vel singulari dictioni casus necessarius primo adtribuitur * ad quam sit alter casus necessario inducendus, et non adnectitur, ut est in plurali quidem numero sic,

aspice bis senos laetantes agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo.

huc usque necessarius est casus 'cycnos': nam in hoc,

ut reduces illi ludunt stridentibus alis,

'cycni' necessarius casus non adicitur, sed sufficit et ad hunc intellectum antepositum verbum 'cycnos'. tale est

populo ut placerent quas fecisset fabulas:

supra enim 'fabulae' subauditur. de singulari vero sic,

est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae,

id est natam; et

invenies alium, si te hic fastidit Alexis:

supra 'Alexim' subauditur. ergo tertia synlempsis fit duobus modis de numero utroque.

De anacolutho. Anacoluthon est dictio non habens verba sibi necessario iungenda, ac si ponamus 'quamquam' nec subiungamus 'tamen', quod verbum necessario subiungendum est. quod genus figurae anacoluthon primum vocatur, ut

quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam:

non intulit 'tamen'. secundum anacoluthon fit, cum 'tamen' subiungimus, cum non praeposuerimus 'quamquam', ut 'tamen haec quoque siquis captus amore leget'. tertium anacoluthon est, cum oratio, in qua et 'quamquam' et 'tamen' necessaria sint duo verba, nullum habeat, ut

---

2 pars] *Verg. Aen. I 212* in *om. B* 3 contraria] '*addendum videtur* primae' *editor Vindobonensis. potius scribendum erat* quae est contraria primae. *an* e contrario fit *vel* contra fit? 4 hic illius] *Verg. Aen. I 16* 6 ad quem *corr.* ad quam *B*. *lacuna quam indicavi haec fere exciderunt*, deinde alia dictio additur 9 aspice] *Verg. Aen. I 393 sqq.* 14 non dicitur *B* 16 populo] *Terent. Andr. prol. 3* placerent *v* placeret *B* 17 fabulae *v* fabula *B* 18 est mihi] *Verg. Aen. VII 268* iungere rei nostrae *B* 20 invenies] *Verg. bucol. 2, 73* te hic] te ic *B* 23 De anacolutho] de anacoluthon *B* 24 nec] et *B* et non *v* subiungamus *v* subigamus *B* 25 necessario iungendum est *B* 27 quamquam] *Verg. Aen. II 12* 29 non tulit *B* 30 tamen haec] *Verg. bucol. 6, 9*

p. 35 V.

'Marco Lepido cum | omnibus copiis Italia pulso segnior' et cetera. hic enim, si integra esset oratio, sic posuisset, 'quamquam Marco Lepido cum omnibus copiis Italia pulso tamen segnior'.

De anadiplosi. Anadiplosis est, cum ultimum verbum dictionis *praecedentis in* sequentis principio iteratur, ut 'sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens'.

De anaphora. Anaphora est, cum idem verbum in principio tam primae quam secundae ponitur dictionis, ut

nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis.

De epanalempsi. Epanalempsis fit hoc modo: idem verbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut 'pater, inquam, hospitis me lumine orbavit, pater'.

De epizeuxi. Epizeuxis est eiusdem verbi repetitio cum impetu pronuntiationis, ut

me me (adsum, qui feci), in me convertite ferrum,
o Rutuli.

De paronomasia. Paronomasia est, cum iteratur dictio litteris vel syllabis demutatis: litteris, ut

nam inceptio est amentium, haud amantium:

syllabis, ut Cicero 'nam qui nunc est locus disertissimus, erit locus desertissimus'; syllabis quidem sic, nam quod supra fuit 'est', posuit postea 'erit', mutavit syllabas; litteris vero sic, nam quod supra *'disertissimus' fuit, postea* 'desertissimus' posuit, litteras commutavit.

De schesi *onomaton*. Schesis onomaton est, cum singulis nominibus epitheta iunguntur, ut

et malesuada fames et turpis egestas
pallentesque habitant morbi tristisque senectus.

De parhomoeo. Parhomoeon est, cum multorum verborum diver-

1 Marco Lepido] *Victorin. in Cic. rhet. I 20 p. 205, 29 ed. Halm* M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat. *Serv. in Verg. Aen. I 630* Sallustius, segnior neque minus gravis et multiplex cura. *in Sallustii historiarum libro primo posuerunt Kritzius fr. 56 et Dietschius fr. 54* 2 hic enim *bis scriptum habet B* 4 dictionis sequenti principio *B* 5 sequitur] *Verg. Aen. X 180* 8 quam] quan *B* dictioni *B* 9 nate] *Verg. Aen. I 664* 11 de epanalenpsi *B* 12 pater] *cf. Charis. p. 281, 20* 16 me] *Verg. Aen. VIIII 427* 18 paronomasia est] paronomalisia est paronomasia est *B* 20 nam] *Terent. Andr. I 3, 13* haud] aut *B* 21 Cicero] *cf. Charis. p. 282, 2* est] es *B* 22 desertissimus] disertissimus *B* 23 mutabit *B* quod supra disertissimus posuit *B* 25 De schesi scesis onomaton est *B* 27 et] *Verg. Aen. VI 275* pallentesque habitant morbi tristisque senectus Et metus et malesuada fames ac turpis egestas 29 de paromoeosi parhomoeon *B*

sorum initia similibus litteris proferuntur, ut 'casus Cassandra canebat' et illud, 'Clitipho consilia consequi consimilia'.

De homoeoteleuto. Homoeoteleuton, quod contrarium parhomoeo est, fit hoc modo, cum diversae orationis fines isdem litteris terminantur, ut 'caesa iungebant foedera porca'. |

De homoeoptoto. Homoeoptoton est oratio excurrens per eosdem casus, ut

'hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus
laeta facit

et 'Acamasque Thoasque' et

fores effregit atque in aedes inruit
alienas.

omnes enim casus similes sunt. homoeoptoton quidam hirmo simile esse putant, errantes. nam hirmos ab homoeoptoto hoc distat, quod hirmos cum similibus casibus struatur, tum etiam ordinem necessaria continet ratione, homoeoptoton vero similes tantum exigit casus.

De iso. Ison est res pares in diversa qualitate eodem fine laudis vel detractionis iungendae, ut latro et gladiator pares sunt detractione, beneficus et integer pares sunt laude. sic Sallustius 'magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii: Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate vitae Cato; ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat'.

De homoeo. Homoeon est res similes in eadem qualitate eandem laudem vel detractionem habentes, ut fur et fur similes sunt, et orator et orator similes sunt, ut est

illum indignanti similem similemque minanti
aspiceres.

inter par ergo et simile hoc est, quod par de diversis venit, simile de isdem.

De diaeresi. Diaeresis est, quam latine divisionem dicimus. haec est unius rei separatio, ut puta vinum vel unus taurus dividitur. sic Vergilius

vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes

---

1 casus] *Verg. Aen. III 183* 2 illut clitifo *B. fortasse* illud Terentii, Clitipho: *Terent. Heauton tim. I 2, 35* 4 finis *B* 5 caesa] *Verg. Aen. VIII 641* 8 hoc] *Verg. Aen. II 394* 10 Acamasque] *Verg. Aen. II 262* 11 fores] *Terent. Adelph. I 2, 8* 13 heirmo *et deinde* heirmos *v B(?)* 15 ordines necessaria continet rationem *B* ordines necessario continet et rationem *v* 16 similis *B* 17 de hiso hison *B* 18 iungens *v* 19 magnitudo] *Sallust. Catil. 54, 1* 24 de homoeon homoeon *B* res similis *B* 25 habens et fur et fur similes *B* 27 illum] *Verg. Aen. VIII 649* 31 de diheresi diheresis *B* 34 vina] *Verg. Aen. I 195.*

litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
dividit:

non partitur, quoniam unum corpus est vini.

De merismo. Merismos, quam nos partitionem vocamus, fit hoc modo, cum multae res separantur, ut puta pecora multa partiuntur,

quam septem ingentia victor
corpora fundat humo et numerum cum navibus aequet,
et socios partitur in omnis:

non dividit, quia septem sunt, non unum corpus. hac dictione poetae quidem indifferenter utuntur: nam Vergilius 'mecum partire laborem' pro divide, et Lucanus 'divisere deos' pro partiti sunt. oratores vero certe ponunt, ut Cicero in Verrinis 'quid? cum accusationis tuae dividere membra coeperit (non partiri, quia una accusatio est) et in digitis singulas partes constituerit'; | non divisiones, quoniam multae res partiendae sunt post accusationem divisam. sic ipse in rhetoricis 'partitur apud Terentium optime senex (non dividit, quia intulit diversas res, non unam),

eo pacto et gnati vitam et consilium meum
cognosces et quid facere in hac re te velim.'

DE TROPIS

Tropi similes sunt metaplasmis, non, ut quidam putant, dissimiles, dicentes quia metaplasmi vitia habent, tropi vero virtutes. nam in ambobus utraque reperimus: ergo potestate pares, nomine separantur.

De antonomasia. Antonomasia est [cum] vocabulum quod sine nomine proprio positum loco fungitur proprietatis, ut Latona natum ponimus, et Apollo intellegitur. haec fit modis quattuor, ab animo, a corpore, ab his quae extrinsecus nuncupantur, a loco, *ut* 'magnanimusque Anchisiades' *et*

ergo his aligerum dictis adfatur Amorem

et

o qui res hominumque deumque
aeternis regis imperiis et fulmine terres

---

20 DE TROPIS *Charis. 272, 1 Diom. 456, 26 Don. 399, 12 Pompei. 305, 1*

---

6 quam] *Verg. Aen. I 192* 9 hac ratione *B* 10 mecum] *Verg. Aen. XI 510* 11 divisere] *Lucan. Pharsal. II 35* 12 in Verrinis] *divin. in Caec. 14, 45* 14 partes causae constituere *Cicero* diuisionis *B* 15 in rhetoricis] *de inv. I 23, 33* 17 eo pacto] *Terent. Andr. I 1, 22* 20 *inscriptionem* DE TROPIS *in B v omissam addidi* 21 Tropi similes suut metaplasmis *editor Vindobonensis* strophis similes sunt metaplasmi *B* 22 tropi] strophi *B* 24 antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur *Diomedes p. 459, 5: cf. ib. p. 458, 32* 27 extrensecus *B constanter* ut *om. B* magnanimusque] *Verg. Aen. V 407* 28 et *om. B* 29 ergo] *Verg. Aen. I 663* 31 o qui] *Verg. Aen. I 229*

p. 37. 38 V.

et 'Delius inspirat vates': ab animo Aeneas, a corpore Cupido, ab his quae extrinsecus sunt Iuppiter, a loco Apollo. in uno loco omnia,

armipotens praesens belli Tritonia virgo:

[ab] extrinsecus armipotens, ab animi voluntate praesens belli, a loco Tritonia, a corpore virgo, quamvis sit hoc nomen [virgo] commune animi, quod casta, et corporis, quod intacta.

De allegoria. Allegoria est dictio aliud significans quam continetur in verbis, *ut*

et iam tempus equum fumantia solvere colla,

quo significatur carmen esse finitum. huius species ex plurimis necessariae sunt septem, ironia, *astismos*, sarcasmos, antiphrasis, *cacophemia*, aenigma sive griphus, paroemia.

De ironia. Ironia est oratio cum inrisione, pronuntiatio dictionis in contrarium redigens intellectum, ut est

egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque p. m. m. n.

haec enim dictio nisi aliter pronuntietur, quam qualitas sua postulat, non erit voluntati dicentis apte positus intellectus. |

De astismo. Astimos, quem quidam charientismon dicunt, dictio est urbanitate et faceta gratia composita, ut Terentius

tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi religio est dicere.

astismos fit tribus modis: per euphemian, ac si dicimus fata Parcas, quod non parcant, quale est exemplum quod posuimus Terentianum; per cacemphaton, ut est illud Plautinum, 'conprime sis iram'; nam rem turpem sonat utpote a meretricis ancilla dicta oratio: per similitudinem, quo modo dictum est de Carbone, qui mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus florere coepit, 'postquam Crassus carbo factus est', id est periit, 'Carbo crassus factus est', id est res ante mortua revixit, id est ad florem pervenit; et illud de Pompeio, qui co-

24 per cacemphaton *p. 453, 16*

1 Delius] *Verg. Aen. VI 12* 2 omnia ab extrinsecus armipotens — virgo ab extrinsecus armipotens *manifesto errore v* 3 armipotens — virgo *om. B, add. v: Verg. Aen. XI 483* 6 casta et *v* castaque *B* 8 ut *om. B* 9 et iam] *Verg georg. II 542* equm *B* 10 quo] qua *B* carmen esse finiendum *Charisius Diomedes Pompeius* 11 sunt ex ironia sarcasmo antiphrasi enigma siue griphus parhoemia *B* 13 *fortasse* pronuntiatione 15 egregiam] *Verg. Aen. IIII 93* 17 sua *v* suam *B* 19 quem *v* quam *B* 21 tum] *Terent. Heauton tim. II 1, 16* 23 per eufemia *B* 25 reprime *B: Plaut. Trucul. II 2, 6: cf. supra p. 453, 20* 26 utpote a *v* ut poetae *B* 28 postquam] *versum quadratum esse* postquam Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est *monuit Hauptius Herm. I (a. 1866) p. 32. dictum hoc esse de C. Papirio Carbone, L. Licinii Crassi inimico (Cic. de or. III 3, 10), indicavit editor Vindobonensis* 30 mortua revixit *v* motua raeuixit B

p. 38. 39 V.

loris erat rubei, sed animi inverecundi, 'quem non pudet et rubet, non est homo, sed ropio'. ropio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis.

De sarcasmo. Sarcasmos est oratio cum insultatione, ut est

en agros et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens,

et Cicero 'en crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset'. inter ironiam ergo et sarcasmon hoc est, quod ironia contrarium dictioni continet sensum cum inrisione, sarcasmos vero eodem modo quo dicitur intellegatur necesse est, quamvis cum inrisione. |

De antiphrasi. Antiphrasis est, cum ponitur verbum bonum pro malo, malum tamen significatur, ut Parcae ab eo quod non parcant, et Eumenides ab eo quod nulli εὐμενεῖς sint, id est propitiae. antiphrasim alii euphemian vocant.

De cacophemia. Cacophemia [est], quam quidam dysphemian vocant, e contrario euphemiae fit: nam verbum malum pro bono ponitur, sed tamen bonum intellegitur, ut est 'pro supreme Iuppiter', id est summe, non infime.

De aenigmate. Aenigma vel griphus est dictio obscura, quaestio vulgaris, allegoria difficilis, antequam fuerit intellecta, postea ridicula, ut est

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me,

de glacie, quae de aqua procreata aquam soluta parit; vel carbo de flamma natus *flammam* gignit. Vergilius de ore putei.

tris pateat caeli spatium non amplius ulnas.

De paroemia. Paroemia est vulgaris proverbi usurpatio ad aliquam rem significandam, cum aliud intellegitur, quam quod dictione monstratur, ut 'adversum stimulum calces'. quo significatur contra pessimos vel potentiores audere stultum esse.

De anastrophe. Anastrophe est duorum verborum transversa dictio,

29 De anastrophe *p. 450, 24. 466, 12*

1 quem] *versum Sotadeum* quem non pudet et rubet, non est homo, sed ropio *constituit Hauptius l. c. convicium e militari carmine petitum esse coniecerat editor Vindobonensis, qui Sallustium apud Suetonium de gramm. c. 15 de Pompeio scripsisse* 'oris probi animo inverecundo' *adnotavit. itaque Sallustium grammaticus secutus est.* ropio *autem, in quo rubei coloris significatio inest, dubito num incorruptum sit* 2 minium *v* mimium *B* piccis *corr.* piscis *B* 3 penis *v* pene *B* 4 cum insultatione *editor Vindobonensis* cum exultatione *B. cf. Pompei p. 312, 5* insultat ei cum summa inrisione 5 en agros] *Verg. Aen. XII 359* 6 metire] etire *B* 7 en crimen] *Cic. p. Deiot. 6, 17* 10 quo dicitur *v* quod igitur *B* 12 significat *B* 13 nulli eumenis sunt *B* 17 pro suppreme *B: Terent. Adelph. II 1, 42* 22 solutam parit *v* solutam paro *B* 23 flammam *om. B, add. v* 24 tris pateant *B: Verg. bucol. 3, 105* 25 de parhoemia parhoemia *B* 27 adversum] *Terent. Phorm. I 2, 28* quo *v* quod *B*

ut 'Italiam contra', id est 'contra Italiam', et 'ipsis ex vincula sertis' pro 'ex ipsis sertis vincula'.

De catachresi. Catachresis est dictio inpropria alterius dictionis sibi vindicans proprietatem, ut 'camposque liquentes' pro mari, cum campi proprie sint terrae, et

praecipitemque Daren ardens agit aequore toto,

id est campo. hanc quidam metaphoran dicunt, de qua plenius docebo.

De epitheto. Epitheton est dictio propriis adiecta nominibus vel demonstrandi vel ornandi vel vituperandi *causa*, ut Larissaeus Achilles, pius Aeneas, fallax Vlixes. sumitur epitheton modis quinque: ab animo, *ut* 'nec bonus Eurytion'; a corpore, *ut* 'quantusque cavo Polyphemus', [ab] extrinsecus, ut 'rex Anius'; a loco, ut 'Troianus Acestes'; | ab accidentibus, ut 'pallida Tisiphone'. sed ne quidam putent nos supervacue posuisse epitheton, cum in antonomasia eadem tractaverimus, neve dicat uni rei duo nomina posuisse, hoc sciat, quod inter antonomasian et epitheton hoc est, quod antonomasia non accipit nomina propria, sicut ante monstravi, epitheton vero accipiat necesse est propriam appellationem; et quod antonomasia per accidentia fieri non potest, cum epitheton possit, ut pulcher Iulus, pallentes morbi, dira fames, candida lilia.

De antapodosi. Antapodosis est, quam nos appellamus reciprocam dictionem, cum duae dictiones invicem reddunt sibi verba necessaria, ut 'olli dura quies oculos', urget scilicet, 'et ferreus urget somnus', 'oculos' utique subauditur; et 'nocte leves stipulae melius', 'tondentur' subauditur, '*nocte arida prata tondentur*', '*melius*' *subauditur.* [prata autem dicuntur et loca fenicularia, ut est 'nocte arida prata tondentur', et loca florida, ut est

ac velut in pratis, ubi apes aestate serena
floribus insidunt variis et candida circum
lilia funduntur.]

De homoeosi. Homoeosis est ignotae rei descriptio per similitudinem eius quae cognita est. haec dividitur tribus modis, in parabolam, in

1 Italiam] *Verg. Aen. I 13* ipsis] *Verg. bucol. 6, 19* 4 camposque] *Verg. Aen. VI 724* 6 praecipitemque] *Verg. Aen. V 456* 8 de epitheton epitheton *B* 9 causa *om. B, add. v* larisseus *B: Verg. Aen. II 197* 10 ab animo nem bonus *B: Verg. Aen. V 541* 11 ut *om. B* quantusque] *Verg. Aen. III 641* 12 extrensecus *B* rex] *Verg. Aen. III 80* Troianus] *Verg. Aen. V 757* 13 pallida] *Verg. Aen. X 761* 19 pallentes] *Verg. Aen. VI 275* dira famis *B: Verg. Aen. III 256* 20 candida] *Verg. Aen. VI 708* 21 de antopodosi antopodosis *B* 23 olli] *Verg. Aen. X 745* 24 nocte leues stipulae melius condentur subauditur prata autem dicuntur *B: Verg. georg. I 289.* '*totus hic locus,* prata autem dicuntur *usque ad finem, e glossemate irrepsisse videtur' editor Vindobonensis* 28 ac velut] *Verg. Aen. VI 707* 32 tribus modis in paradigma in parabolam in icon *B*

paradigma, in icona. parabola est rerum dissimilium comparatio, ut 'ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio, sic cunctus pelagi cecidit fragor'. quidam hanc inter homoeosin et parabolen putant differentiam, quod homoeosis est, cum exposita re, quam ad comparationem induximus, tunc rem exponimus, propter quam similitudo videtur inducta; parabola vero, cum primo res exponitur, cuius gratia similitudo trahitur, et sic inducitur similitudo, ut est

namque ipsa decoram
caesariem nato genetrix lumenque iuventae
purpureum, et laetos oculis adflarat honores,
quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
tunc sic reginam adloquitur.

hic enim *non* intulit 'talis erat Aeneas', sicut antea 'sic cunctus pelagi cecidit fragor', sed rem posuit ante similitudinem. praeterea alia differentia, quod homoeosis genus est in se habens tres species, parabolam paradigma icona, parabola vero species nihil praeter | se continens; sicut exordium genus est et eius species principium et insinuatio, sicut Cicero in rhetoricis dicit. fit autem parabola modis octo: per habitum corporis, ut 'os umerosque deo similis' et 'virginis os habitumque gerens'; per colorem, ut

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
siquis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
alba rosa, tales virgo dabat ore colores;

per altitudinem, ut

Aetnaeos fratres caelo capita alta ferentes,
qualis cum vertice celso;

per magnitudinem, ut

ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
urbis opus

et 'instar montis equum' et

pelago credas innare revulsas
Cycladas aut montes concurrere montibus altos,
tanta mole viri turritis puppibus instant;

per effectum, ut

in segetem veluti cum flamma furentibus austris

---

1 ac veluti] *Verg. Aen. I 148* 2 cohorta es *B* 5 duximus *B* 8 namque] *Verg. Aen. I 589* 10 honores et quale *B* 14 non *om. B* 19 in rhetoricis] *de invent. I 15, 20* igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et in insinuationem 20 os] *Verg. Aen. I 589* virginis] *Verg. Aen. I 315* 21 per colorem] uel colorem *B* 22 Indum] *Verg. Aen. XII 67* 26 Aetnaeos] *Verg. Aen. III 678* 29 ingentemque] *Verg. Aen. V 118* gyan *B* 31 instar] *Verg. Aen. II 15* 32 pelago] *Verg. Aen. VIII 691* 36 in segetem] *Verg. Aen. II 304*

p. 11. 42 V.

incidit, aut rapidus montano flumine torrens
sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto
accipiens sonitum saxi de vertice pastor;

per numerum, *ut* 'quam multa grandine nimbi culminibus crepitant' et

quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
vel cum sole novo densae torrentur aristae;

per animi passionem, ut

nigra velut magnas domini cum divitis aedis
pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo;

per pulchritudinem, ut

ipse ante alios pulcherrimus omnis
infert se socium Aeneas atque agmina iungit,
qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
deserit,
haud illo segnior ibat
Aeneas; tantum egregio decus enitet ore.

De paradigmate. Paradigma est rei praeteritae relatio ad hortationem vel dehortationem: *ad hortationem*, ut est

Antenor potuit mediis elapsus Achivis;

ad dehortationem, ut 'quin occidit una Sarpedon, mea progenies'.

De icone. Icon est personarum similium comparatio, ut

talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus:

equus enim equo comparatur. |

De hyperbole. Hyperbole est dictio ultra fidem prolata tam in maius quam *in* minus, ut candidior cycnis, vilior alga. hanc poetae quidem sine colasi dicunt, ut 'geminique minantur in caelum scopuli', non addidit 'paene' aut tale aliquid; oratores vero cum colasi, id est cum cautela verisimilitudinis, ut Cicero 'parietes medius fidius, ut mihi videntur, huius curiae tibi gratias agere gestiunt': hyperbole, sed addidit colasin 'ut mihi videntur'.

---

19 De paradigmate *p. 469, 16*

---

5 ut *om. B* quam multa] *Verg. Aen. V 458* nimui *B* 7 quam multi *Verg. Aen. VII 718. 720* uolbuntur *B* 10 nigra] *Verg. Aen. XII 473* divitis] uidetis *B* 13 ipse] *Verg. Aen. IIII 141 sqq.* 14 infert] inter *B* 17 haud] aut *B* 19 relatio ad horationem uel dehortatione ut est *B* 21 Antenor] *Verg. Aen. I 242* 22 quin] *Verg. Aen. X 470* 24 talis amyclei domitum *B: Verg. georg. III 89* 27 tam immaius quam minus *B* 28 candidior] *Verg. bucol. 7, 38. 42* 29 geminique] *Verg. Aen. I 162* 31 parietes] *Cic. pro Marc. 3, 10*

De colasi. Colasis est dictio reprehendens et puniens orationem ultra quam credi potest elatam, ac si dicas 'velocior Euro paene', quoniam velocius vento nihil poterit reperiri.

De hyperbato. Hyperbaton est oratio non servans ordinem mox, sed postea. huius species sunt IIII, parenthesis hysterologia synchysis *tmesis*.

De parenthesi. Parenthesis est, cum dictionis ordo interposita sententia diducitur, ut est

at regina dolos (quis fallere possit amantem?)
praesensit.

De hysterologia. Hysterologia vel hysteronproteron est, cum id quod primum esse debet postea ponitur, ut 'scuta latentia condunt', id est condunt et latentia faciunt. inter anastrophen ergo et hysterologian hoc est, quod anastrophe duorum verborum perversus ordo ponitur, ut Thestylis et' *pro* '*et* Thestylis'; hysterologia vero sensuum habet cum verbis praeposterum ordinem, ut est

postera Phoebea lustrabat lampade terras
humentemque aurora polo dimoverat umbram:

primo enim noctis umbra discedit, et sic sol oritur.

De synchysi. Synchysis est multis hyperbatis unius orationis ordo factus perversus, ut est

tris notus abreptas in saxa latentia torquet,
saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras:

ordo est 'tris notus abreptas in saxa *torquet* mediis latentia fluctibus, quae saxa Itali aras vocant.'

De tmesi. Tmesis est, cum una pars orationis secatur alia | interposita, ut est 'septem conpacta triones', id est septemtriones.

De metaphora. Metaphora est oratio a propria significatione ad non propriam translata. fit autem modis IIII: ab animali ad animale,

atque gubernator magna contorsit equos vi,

pro auriga *animali* animale posuit gubernatorem: ab inanimali ad inanimale, ut est 'qua sequar fastigia rerum'; nam et tectorum fastigia

---

12 inter anastrophen *p. 450, 24. 462, 29* 25 De tmesi *p. 449,* 7

---

4 hyperbato] hyperbaton *B* 5 sunt III *omisso vocabulo* tmesis *v*, *quod addidi ex Diom. p. 460, 25 et Charis. p. 275, 7* tmesis *om. B* 7 diducitur]dicitur *B* 8 at] *Verg. Aen. IIII 296* 10 est nel ysteronproteron *B* 11 scuta] *Verg. Aen. III 237* 13 ut thestilis et thestylis (*omisso* pro et) *B: Verg. bucol. 2, 10* 14 sensum habet cum uerbis praeposteris ordinem *B* 16 postera] *Verg. Aen. IIII 6* 17 umbras *B* 21 tris] *Verg. Aen. I 108* 23 est] et *B* in sax mediis quae latentia *B* 26 septem] *Verg. georg. III 381* 27 ad non propriam similitudinem *Charisius p. 272, 9 et Diomedes p. 457, 5* 28 ab animali ad inanimale *B* 29 ut cumque gubernator *Charisius p. 272, 26 et Diomedes p. 457, 28: Enn. annal. v. 160 ed. Vahl.* 30 pro auriga animal posuit *B* 31 qua sequar] *Verg. Aen. I 342* sed summa sequar fastigia rerum

inanimalia sunt, et res inanimales: ab animali ad inanimale, *ut est* 'vertice montis': ab inanimali ad animale, *ut est* 'pectore *robur concipis*', pro animo.

De metalempsi. Metalempsis est dictio per gradus interpretationis descendens ad propriam significationem, ut est 'speluncis abdidit atris', nigris, tenebricosis.

De metonymia. Metonymia est oratio ab aliqua propria significatione ad propriam proximitatis interpretatione descendens. haec fit modis sex: per id quod continetur illud quod continet, ut est 'et vina coronant', pro crateris: per id quod continet illud quod continetur, ut est 'caelo gratissimus amnis', pro dis, qui continentur a caelo: per inventorem id quod inventum est, *ut est* 'sine Cerere et Libero friget Venus'; inventores enim posuit pro inventis, pro tritico Cererem, pro vino Liberum: * per efficientem id quod efficitur, ut 'melior remis', pro velocitate remigum remos posuit, qui efficiunt navibus celeritatem: per id quod efficitur illud quod efficit, *ut est* pallidus * effectus positum pro effectore.

De onomatopoeia. Onomatopoeia est verborum figuratio ad imitandas voces expressa, ut dicimus equum hinnire ab eo quod vox equi sic sonet. |

De periphrasi. Periphrasis est res longiore oratione extenta, quam necessitas postulat. ea fit modis tribus: aut ornandae rei gratia, ut est

postera Phoebea lustrabat lampade terras
umentemque Aurora polo dimoverat umbram,

pro 'lucebat' vel 'dies incipiebat'. fit et celandae turpitudinis causa, ut est

placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

vult enim coitum dicere. fit sine hac utraque significatione, cum pro ipsa re ponenda quasi pertinens res ad eam rem quam nolumus ponere dicatur, ut est 'aut duri miles Vlixi', id est ipse Vlixes; quasi militem ad Vlixem pertinentem pro ipso Vlixe posuit.

---

1 ut est *om. B* vertice] *Verg. Aen. V 35* 2 ad animale pectori pro animae *B: Verg. Aen. XI 368* si tantum pectore robur concipis. *nam hoc exemplo usi sunt Charisius p. 272, 18 Diomedes p. 457, 16 Donatus p. 399, 27* 4 metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens *Charisius p. 273, 5: cf. Diom. p. 458, 7* 5 descendes *B* speluncis] *Verg. Aen. I 60* 7 metonymia est dictio ab aliis significationibus ad aliam proximitatem translata *Charisius p. 273, 10: cf. Diom. p. 458, 13* 9 et vina] *Verg. Aen. VII 147* 10 caelo] *Verg. Aen. VIII 64* 12 ut est *om. B* sine Cerere] *Terent. Eunuch. IIII 5, 6* 14 *lacuna quam indicavi excidit definitio et exemplum metonymiae, quae est ei quae praecedit contraria, qua per inventum dicitur inventor* melior] *Verg. Aen. V 153* 16 ut est *om. B* pallidus Orcus *coniecit editor Vindobonensis coll. Verg. georg. I 277. fortasse* pallidus Orcus, quia faciat pallidos, effectum posuit pro effectore 18 de onomatopyia onomatopyia *B* 19 innire *B* 22 postera] *Verg. Aen. IIII 6* lustrab. lampade *B* 25 placidumque] *Verg. Aen. VIII 405* 26 coniugis *bis scriptum habet B* 29 aut duri] *Verg. Aen. II 7*

De synecdoche. Synecdoche est oratio plus minusve dicens, quam necessaria postulat significatio [postulat intellectus]. haec fit modis quattuor: aut ex parte totum, ut 'stant litore puppes' pro navibus: aut per totum pars, *ut* 'ingens a vertice pontus' pro fluctu, parte ponti: per id quod dicitur illud quod sequitur, *ut*

rex ambas ultra fossam † retinere coepit;

subauditur enim 'manus': per id quod sequitur illud quod debuisset dici, ut est

et iam summa procul villarum culmina fumant,

cum debuisset praeponere vesperam factam. ex hac figura, id est synecdoche, nascuntur duae, aposiopesis et epidiorthosis.

De aposiopesi. Aposiopesis est dictio cuius finis reticetur, ut aut terreatur auditor, aut ad desiderium intendatur auditus, ut

quos ego — sed motos praestat componere fluctus

et 'quem quidem ego si sensero' et

donec Calchante ministro —
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo?

De epidiorthosi. Epidiorthosis est oblivionis correctio, ut

filius huic fato divum prolesque virilis
nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est;

hic enim quod oblitus ante dixerat non fuisse, postea corrigens fuisse quidem dixit, sed cito perisse: Terentius

filium unicum adolescentem
habeo. at quid dixi habere me? immo habui, Chreme;
nunc habeam necne | incertum est:

et Cicero 'cum huius mulieris viro — fratrem volui dicere; semper hic erro'.

Quidam inter tropos ponunt etiam probationem, quae fit modis tribus, exemplo argumento signo.

De probatione. Probatio est rei factae vel non factae ratio confirmatione dictionis ad persuasionem deducta, ac si voluerimus probare nescio quem sacrilegium fecisse vel non fecisse.

De exemplo. Exemplum est rerum per res diversas adprobatio, ut

---

2 postulat intellectus, *quod non diversum est ab eo quod praecedit* postulat significatio, *ad hoc ipsum corrigendum adscriptum esse videtur, nisi potius ex simili eiusdem figurae definitione relictum est* 3 stant] *Verg. Aen. III 277* 4 ut *om. B* ingens] *Verg. Aen. I 114* 5 ut *om. B* 6 rex ambas *v* rex amus *B. Ennii versum esse putat Lachmannus in Lucret. IIII 619* retinere] protendere *coniecit Lachmannus l. c.* 9 et iam] *Verg. bucol. 1, 83* 13 incendatur *B* 14 quos ego] *Verg. Aen. I 135* 15 quem] *Terent. Andr. I 1, 137* 16 donec] donhaec *B: Verg. Aen. II 100* 18 obliuio correptio *B* obliti correctio *v* 19 filius] *Verg. Aen. VII 50* 23 filium unicum] *Terent. Heauton tim. I 1, 41* 24 creme *B* 26 cum huius] *Cic. pro Cael. 13, 32* muliore *corr.* mulieris *B* 31 ad persuationem *B*

si voluerimus docere ratione domum regi *et* demus exemplum mundum regi ratione. exemplum dicitur modis quattuor: a minore ad maius, ut est 'servi mehercule mei si me isto pacto metuerent'; a maiore ad minus, ut est

at non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in igni,

hoc commune est paradigmati; a simili, ut est 'et si me meis civibus iniuria suspectum atque offensum viderem'; e contrario, ut est 'quippe secundae res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriae temperarent'.

De argumento. Argumentum est rei confirmatio necessaria probatione facta, ac si dicas 'si dies est, lucet'.

De signo. Signum est res quae tam credi quam non credi possit, ac si dicamus eum qui iuxta cadaver occisi gladium tenens inventus est homicidium perpetrasse, cum possit signum esse hoc et veritatis et falsi. ergo inter paradigma et exemplum et argumentum et signum hoc est, quod paradigma non inducitur nisi aut a petentibus aut ad petentes, ut 'Antenor potuit' et 'quin occidit una Sarpedon'; exemplum vero de definitione venit et non petente aliquo, ac si dicas ratione omnes res humanas regi, ubi etiam mundus regatur ratione; argumentum vero, quod necessariam habet probationem, quam nec exemplum nec signum, et quod exemplum et paradigma ex aliis conprobatur, argumentum vero ex ipsius rei effectu; signum vero inter falsum et verum positum est, sicut ante monstravi. hoc tamen scire debemus, quod argumentum, si praeposteram interdum acceperit dictionem, falsum incipit esse et non firmum, ut puta 'si lucet, dies est' falsum est argumentum, quod oratores non necessarium vocant: nam et noctu lucere potest. illud vero 'si nox est, tenebrae sunt' aut 'si dies est, lucet' firmum est, quod illi necessarium nuncupant argumentum. sin dixerim 'si tenebrae | sunt, nox est', tale *est* ut 'si lucet, dies est', id est non necessarium. sic Cicero in rhetoricis.

De hemiastato. Hemiastaton est, cum dictio continet speciei ignorantiam et scientiam generis, ut est 'hunc, inquit, frondoso vertice collem (quis deus incertum est) habitat deus'. hic enim certum est de genere, quod sit in loco deus; sed de specie dubitatur, quis deus sit.

---

16 ergo inter paradigma *p. 465, 19*

---

1 et *om. B* regi rationem *B* 2 ducitur *v. an* inducitur? 3 servi] *Cic. in Catil. I 7, 17* 5 at non] *Verg. Aen. VIIII 144* 7 et si] *Cic. in Catil. I 7, 17* 9 quippe] *Sallust. Catil. 11, 7* 13 tum credi quum non credi *v B(?)* 17 a petentibus *v* a parentibus *B* 18 Antenor] *Verg. Aen. I 242* quin] *Verg. Aen. X 470* 20 *fortasse* argumentum vero hoc distat, quod 21 quam] quum *v B (?)* 29 sin dixerint *B* tale ut *B* 30 in rethorico *B: Cic. de inv. I 46, 86* 31 de emiastato *B* 32 hunc] *Verg. Aen. VIII 351* 34 quis] qui *B*

De metanoea. Metanoea vel metagnosis est dictio continens paenitudinem rei aut factae, quae fieri non debuit, ut 'insontem infando indicio, quia b. v. d. n. n. c. l. lugent', aut non factae, quae fieri debuisset, ut

saepe fugam Danai Troia cupiere relicta
moliri et longo fessi discedere bello;
fecissentque utinam!

De exoche. Exoche est oratio incipiens ab specie et gradatim ad genus cum coniunctione decenter adscendens. huius species sunt tres.

De exoche prima. Exoche prima fit hoc modo, quando una species ponitur, et statim genus per coniunctionem crescit, ut est 'leonem atque alias feras': nam leo speciale est, fera generale est.

De exoche secunda. Exoche secunda est, cum duo nomina specialia ponuntur, et sic eminens *oratio ad* generale nomen ascendit, ut est 'probitatem industriam ceterasque artes bonas'.

De exoche tertia. Exoche tertia eodem modo quo et superiores conponitur, uno tantum modo addito nomine speciali ante generalem appellationem, ut est 'Hipponem Adrumetum Leptim ceterasque civitates'. exoche autem dicta est, quod gradatim oratio emineat: nam eminere graece ἐξέχειν dicunt.

Huc usque artium grammaticarum fecimus instituta. de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus. |

---

1 metanoea est uel metagnosis dictio *B* 2 insontem] *Verg. Aen. II 84* 3 non factae] non facta re *B* 5 saepe] *Verg. Aen. II 108* troiam *B* 6 disdedere *B* 8 ab speciem *B* 14 oratio ad *om. B* probitatem] *Sallust. Iug. 1, 3* 18 Hipponem] *Sallust. Iug. 19, 1* 20 exechin *B* 22 exponemus M. CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM FELICITER | A littera terminatus *B. incriptionem secundi libri addidit editor Vindobonensis. prima pars libri, in qua eadem quae in catholicis Probi p. 3—6, 24 leguntur scripta erant, non defectu membranarum periit, sed consilio vel neglegentia scribentis omissa est.*

LIBER SECVNDVS

A littera terminatus nominativus singularis sive pura sive aliqua consonanti praeiuncta generis masculini vel feminini tantum modo latinorum nominum reperitur, qui genetivum ae diphthongo terminans docebit nos, quo modo totos casus utriusque numeri declinemus secundum rationem primae declinationis, quam paulo ante monstravi. inveniuntur etiam generis neutri nomina a littera terminata, sed peregrina, quae declinabuntur ratione tertiae declinationis, quae, sic uti docui, genetivo is syllaba terminatur, ut hoc toreuma huius toreumatis, hoc schema schematis. nam quod Plautus in Amphitryone posuit, 'in servili schema', non neutri generis declinationem subvertit, sed genus nominis. haec enim schema declinavit ab hac schema, sicut haec fortuna ab hac fortuna, primae declinationis, non tertiae hoc schema genere neutro: nam ab hoc schemate posuisset: a enim terminata nomina generis neutri solius latinitas non habet praeter hoc Turia, nomen fluminis lectum in Sallustio, et trium generum hic et haec et hoc verna. pronomina vero a littera terminata solius generis feminini reperiuntur us genetivo facientia vel ae diphthongo, ut ipsa ipsius, ista istius, mea meae, tua tuae, sua suae. participium a terminatum generis tantum modo erit feminini et ae diphthongo faciet genetivo, ut haec docta huius doctae.

B littera nullum nomen repperi terminatum; qui invenerit, et declinationem demonstret; nec pronomen nec participium.

C littera unum nomen repperi terminatum generis neutri declinationis tertiae is faciens genetivo, hoc lac huius lactis. Plautus hoc lacte | posuit,

---

Prob. cathol. 6, 25—77   15 Turia — verna *p. 480, 6*

---

2 consonanti iuncta *Probus. fortasse* consonanti praeposita et iuncta   6 paulo ante monstravi] *cf. Prob. p. 3, 6. 4, 6*   8 sic uti docui] *cf. Prob. p. 3, 19. 6, 1*   9 terminantur *B* terminato *codex Probi p. 6, 31*   10 in amphiryone *B*: *prol. 117*   12 decliuabit *B*   15 thuria *v B(?)*   in Sallustio] in secunda historia Sallustii *Probus*   23 nullum *corr.* unum *B*

'sicut lacte lactis'. quidam putant hoc lact debere dici. sed errant: duabus enim mutis nullum nomen terminari potest. Vergilius

lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

et declinatur numero tantum modo singulari. nam quod Plautus lactes posuit genere masculino numero plurali, non a nominativo hoc lac vel hoc lacte, sed hi lactes numero semper plurali. sunt autem lactes partes corporis in intestinis pinguissimae. sane pronomina generis omnis invenies, hic haec hoc, genetivo *singulari* ius facientia, huius, genetivo plurali rum, horum, dativo et ablativo is, his et ab his.

D littera nullum nomen repperi terminatum; doceat declinationem qui invenerit. sane pronomina generis neutri *invenies genetivo singulari* ius facientia, illud illius, istud istius (nam ipsum dicitur, non ipsud: Vergilius 'atque ipsum corpus amici' et 'hoc ipsum ut strueret'), genetivo *plurali* rum, illorum istorum, dativo *et ablativo is, illis istis et* ab illis istis.

E littera terminata nomina generis masculini et feminini non inveni latina, sed graeca e producta terminata, quae aut graeca ratione declinabuntur nulla ratione latinitatis, ut haec Danae huius Danaes, qua syllaba nullus genetivus latinus terminatur; aut e in a mutans in nominativo | declinabitur ratione primae declinationis, ae diphthongo faciens genetivum, Danaa Danaae, Helena Helenae. generis neutri latina nomina reperies e terminata, sed correpta, quae is facientia genetivo declinabuntur secundum rationem tertiae declinationis, venientia a communi genere is terminato cum aliqua consonanti praeposita et iuncta, hoc suave huius suavis, hoc monile huius monilis. hoc praesepe huius praesepis hoc genere declinatur. nam quod Plautus 'haec praesepes mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio. sed pes terminata nomina sive correpta sive producta aut tis facient genetivo aut dis aut pis, ut praepes praepetis, pes pedis, satrapes satrapis. nam dapes numero semper plurali declinatur: dapem tantum modo legi numero singulari, sicut multorum nominum aliqui casus inveniuntur, ut sponte, tabes tabo tabe,

Prob. cathol. 6, 25—8, 9

1 sicut lacte lacti simile *v* sicut lacte lacti simile est *codex Probi p. 7, 8: Plaut. Bacch. v. 19 R. cf. Ritschel. opusc. philol. v II p. 570 sqq.* 3 lac] *Verg. bucol. 2, 22* 5 uel haec lacte sed hii lactes *B* 6 partes *Probus* partis *v B* 8 singulari *om. B* 9 dativo his et ab his ablatiuo d littera *B* 11 neutri invenies genetivo ius facientia *v* neutrius facientia *B* 13 atque] *Verg. Aen. I 486* hoc] *Verg. Aen. II 60* 14 plurali *om. B, add. v* datiuo ab illis istis e littera *B* 17 e producto *B* 20 declinauitur *B* 22 correpto *B* 25 hoc enim genere *ex editis Probi exemplaribus v* 26 haec praesepes *Probus* haec praesepis *B. scribendum est aut* nam quod Plautus dixit 'haec praesepes mea est' genere feminino *incerto Plauti exemplo, aut* nam quod Plautus usus est genere feminino haec praesepes, *ut referatur ad versum a Charisio p. 59, 14 citatum Curcul. II 1, 13* 27 pes enim terminata — aut dis, praepes praepetis, pes pedis: nam dapes *Probus* 31 tabes *et* tabe *om. Probus*

p. 49. 50 V.

Iuppiter o Iuppiter. nam qui declinat hic Iuppiter huius Iovis, potest et hic Phoebus huius Apollinis declinare. pronomina vero e correpta terminata generis quidem masculini ius facient genetivo *singulari*, plurali genetivo rum, dativo et ablativo is, ille ipse, illius ipsius, illorum ipsorum; generis vero neutri genetivo singulari is facient, genetivo plurali um, dativo et ablativo bus, ut tale quale, talis qualis, talium qualium, talibus qualibus. nam e correpta vel producta terminatus nominativus participiorum nullius generis invenitur.

F g h: his litteris terminata nomina non potui reperire, nec pronomina nec participia.

I littera terminata nomina quattuor tantum modo repperi sine aliqua declinatione. nam monoptota sunt duo generis omnis, hic et haec et hoc nihili, hic et haec et hoc frugi, et duo generis neutri numeri tantum modo singularis, hoc gummi, hoc sinapi; quamvis Plautus in Pseudulo haec sinapis declinaverit. inveni et duo in numero plurali masculina, in singulari neutra, hi Argi hoc Argos, hi porri hoc porrum.

K: hac littera nullum nomen terminatur ratione in primo libro monstrata.

L littera terminata nomina latina generis masculini vel feminini | exceptis quattuor nulla reperies, hic sol, haec Tanaquil, hic consul, hic et haec et hoc exul; generis vero neutri plurima, quae si erunt monosyllaba, in genetivo *l* litteram duplicabunt, mel mellis, fel fellis: excipitur unum sal salis, unde quidam hoc sale declinant. omnia tamen ratione tertiae declinationis flectuntur: nam is syllaba genetivum proferunt. siqua alia inventa fuerint, exceptis supra positis, generis masculini vel femini, barbara sunt, ut Hannibal Asdrubal. inveniuntur et generis neutri barbara l littera terminata, hoc Muthul, hoc Suthul, oppidorum nomina. sunt item generis masculini l littera nomina terminata, Samuel Daniel *Isdrahel*, huius Samuelis Danielis Isdrahelis.

M littera terminatum nomen generis masculini vel feminini, excepto uno generis omnis monoptoto, latinitas non habet, hic et haec et hoc nequam. neutri generis plurima reperies, quae genetivo casu aut una i aut duabus terminabuntur; tunc una, si ante um syllabam nominativus i non habuerit, ut bellum regnum sceptrum, belli regni sceptri. si habuerit, genetivo duabus i terminabuntur, ut hoc sacrificium huius sacrificii;

Prob. cathol. 8, 9—36 1 nam qui declinat — declinare *Prob. 17, 8 Pompei. 172, 21. 186, 12*

---

3 singulari *om. B* 4 ipse] ipsius *B* 14 in speudulo *B*: *Pseud. III 2, 28 (817 R)* teritur senapis scelera 16 hoc porrum hi porri *B* 17 in primo libro] *cf. p. 491, 7* 21 exusul *corr.* exul *B* 22 l *om. B* sunt — Isdrahelis] *'totum hoc comma, quod in parallelo catholicorum Probi capite non comparet, glossema librarii redolet' editor Vindobonensis* 28 Isdrahel *om. B, add. v* 33 tum *corr. tunc B* 35 genetiuo duabus i terminabitur *B* genetivus duabus i terminabitur *Probus*

sicut etiam quae ante us syllabam habent i, *ut* Terentius Terentii. ex quibus una *syllaba* sublata fit vocativus singularis, si sint nomina propria, ut o Terenti; sin appellativa, novissimam i in e correptam mutabunt in vocativo, ut o egregie. omnia tamen nomina m terminata secundae sunt declinationis: nam i faciunt genetivo, excepto nequam monoptoto. pronomen m littera terminatum us faciet genetivo, hoc ipsum huius ipsius, hoc unum huius unius.

N littera terminata nomina tertiae sunt declinationis: nam omnia genetivo is faciunt. latina quidem generis masculini vel feminini rara habentur; duo simplicia, hic rien rienis, lien lienis; composita generis omnis hic et haec et hoc tibicen tibicinis, cornicen cornicinis, fidicen fidicinis; quamvis Terentius fidicina et tibicina posuerit. neutri generis multa inveniuntur en in nominativo correpta, | in genetivo e in i mutata, ut hoc pollen pollinis, carmen carminis, lumen luminis, limen liminis. sed quoniam multa graeca [Sinon Sinonis] vel barbara [Saxon Saxonis] reperiuntur generis masculini vel feminini, observare debemus ut tunc producamus, cum apud illos producitur, ut Idmon Idmonis, Sinon Sinonis, tunc corripiamus, si illi corripiunt, Memnon Memnonis, hic et haec Saxon huius Saxonis. hic Titan, hic Pan, huius Titanos vel Titanis, *huius Panos vel Panis*, 'P a n o s d e m o r e L y c a e i' sine alicuius declinationis ratione: nulla enim declinatio genetivum nos syllaba terminat. posuit Lucretius graece hoc sanguen, cum sit latine hic sanguis sanguinis, contra rationem guis terminatorum, quae genetivum similem nominativo faciunt, [hic sanguis huius sanguinis] hic anguis huius anguis, hic pinguis huius pinguis. hoc tamen scire debemus, quod n littera terminatum nomen solius generis feminini non potest reperiri.

O pura terminata genetivo o producant necesse est et tertiae declinationis sint nomina: nam is faciunt genetivo, leo leonis, Pollio Pollionis. excipitur unum, quod in genetivo o in e correptam mutat ante novissimam syllabam, hic Anio huius Anienis, nomen fluminis, 'g e l i d u m q u e

Prob. cathol. 8, 37—9, 28

1 ut *om. B* 2 syllaba *om. B, ut videtur, add. v* 3 nouissimam i in e correptam mutabitur *B* nouissimam us in e correptam mutabunt *Probus* 11 tiuicen cornicen tiuicinis cornicinis *B* 12 tiuicina *B* 15 Sinon Sinonis *et* Saxon Saxonis *om. Probus* 17 Idmon Idmonis *non recte a Sacerdote inter exempla genetivi producti relatum, pro latino nomine positum est apud Probum*, sed quoniam multa graeca vel barbara nomina reperiuntur generis masculini vel feminini (nam latina exceptis supra positis et uno altero proprio, hic Idmon Idmonis, o et in nominativo et in genetivo correpta, alia non inveniuntur), observandum est ut tunc producamus latine, si apud illos producuntur, ut Sinon Sinonis 19 hic titan hic pan hius titanos uel titanis panos de more *B*, hic Titan Pan, Titanis Panis vel Titanos Panos, ut Vergilius Panos de more *Probus: Verg. Aen. VIII 344* 21 posuit Lucretius hoc sanguen novo more, cum sit hic sanguis huius sanguinis *Probus: Lucret. I 837. 860* 25 debebmus *B* 27 producant *Probus* producantur *B* 30 gelidumque Anienem (*Verg. Aen. VII 683*), *alienum ab hoc loco exemplum, om. Probus*

p. 51. 52 V.

Anienem'. cum aliqua vero consonanti praeposita et iuncta et corripiuntur et producuntur, ideoque per singulas litteras doceamus iunctas o litterae. bo terminata producuntur genetivo, Libo Libonis, Carbo Carbonis. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus o littera finitus sive pura sive aliqua consonanti praeposita et iuncta corripitur, exceptis graecis nominibus, quae producuntur, ut Dido Manto, ideoque indifferenter declinantur et graece et latine, ut 'fatidicae Mantus'. co syllaba si inventa fuerint, producentur et tertiae sunt declinationis: barbara quaedam audivi, Sicco Sicconis, Franco Franconis. do omnia in genetivo o in i mutant, ordo ordinis, hirundo hirundinis, cardo cardinis, exceptis duobus, quae et in genetivo o habent productam, pedo pedonis, cerdo cerdonis: nam Dido graecum est. | fo terminata producuntur in genetivo, bufo bufonis, Gorfo Gorfonis, et siqua talia. go finita omnia o in i mutent in genetivo casu necesse est et generis sint feminini, virgo virginis, Carthago Carthaginis, uligo uliginis. excipitur unum, quod in genetivo ante nis syllabam o producta terminatur et generis est masculini, ut ligo ligonis. mango latinum non est, sicut arbitror. nam ambages et compages nominativo utriusque numeri declinantur, sicut strages: Lucanus 'compage soluta', non compagine, a nominativo singulari haec compages, non haec compago; nam compaginis et compagine diceretur. Vergilius 'laxis laterum compagibus', non compaginibus, et 'multae ambages', non ambagines. omnia tamen, sicut docuimus, nomina o terminata sive pura sive aliqua littera anteposita et iuncta tertiae declinationis sunt; exceptis graecis, quae et us faciunt et nis, Dido Didus et Didonis. ho finita producuntur in genetivo, lurcho lurchonis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem. hoc tamen scire debemus *

* * *

Prob. cathol. 9, 28—10, 20

---

5 corripitur *Probus* corripiuntur *B* 6 indeoque *B* 7 fatidicae] *Verg. Aen. X 199* 16 syllaba *B* ut ligo ligonis, mango. *ambago* latinum non est *v addito, ut apparet, verbo* ambago, *quamquam id deesse in codice' ab editore non indicatum, sed sic, quasi exesum et coniectura suppletum esset, inclinatis litteris expressum est. 'τὸ mango hic et apud Probum librariorum glossema est, textui male intrusum' editor Vindobonensis, quem olim Prob. p. 10, 8 secutus sum. immo, si antiqua a recentioribus secernere volumus, potius verba* mango latinum non est, sicut arbitror *secludenda sunt. nam haec a grammatico, cuius commentarius et in hoc Sacerdotis libro et in catholicis Probi expressus est, addita erant, cum is* mango *latinum nomen non esse vellet. deinde ea quae de v.* ambago *et* compago *scripta invenerat (cf. de dub. nom. p. 572, 5. 574, 10) neglegenter excerpserat.* Argo latinum non est *coniecit Steupius de Prob. gramm. p. 151* 18 Lucanus] *Pharsal. I 72* 21 laxis] *Verg. Aen. I 122* multae] *Verg. Aen. I 341* 23 tertiae sunt declinationis, id est genetivum singularem is syllaba terminant, exceptis graecis, quae et graeca ratione us faciunt genetivo et latina is *Probus* 26 in Plauto] *Pers. III 3, 16 (421 R)* *uno membranarum quaternione in codice amisso ea quae apud Probum p. 10, 20--25, 12 scripta sunt perierunt*

Nas syllaba terminata latina indifferenter declinabuntur, aut primae declinationis nae genetivo, Maecenas Maecenae, aut tertiae tis, Maecenatis, Asprenas Asprenae Asprenatis. graeca tertiae sunt declinationis acuta novissima syllaba contra rationem latinitatis, sed dis facientia genetivo, Maenas Maenadis, nomen Bacchae: sic Persius et Horatius. nes correpta syllaba nomen terminatum non legi; producta vero, si latina fuerint, indifferenter primae vel tertiae declinationis ratione flectentur, Nolanes Nolanae vel Nolanis. graeca vero tunc primae erunt declinationis apud nos, si apud Graecos ου fecerint genetivo, | *tunc tertiae, si apud Graecos ους fecerint genetivo*, Ὀστάνης Ὀστάνου hic Hostanes huius Hostanae, Δημοσθένης Δημοσθένους hic Demosthenes huius Demosthenis. nis: hac syllaba finita nomina tertiae sunt declinationis similem genetivum nominativo facientia, ut canis inanis, excepto uno, quod ris facit genetivo, cinis cineris. sed haec latina sunt: nam graeca nis terminata aut nis faciunt genetivo aut dis, Philenis huius Philenidis vel Philenis, Dardanis huius Dardanidis vel Dardanis. nos terminata nomina tertiae sunt declinationis is pura facientia genetivo, o correpta, Minos Minois. nus: hac syllaba omnia nomina terminata secundae sunt declinationis, ni faciunt genetivo, Linus Lini, canus cani, sanus sani, Ianus Iani, annus anni, exceptis duobus tertiae declinationis, *uno ris faciente genetivo*, Venus Veneris, altero is nova ratione, anus anuis: Terentius

huius anuis causa, opinor, quae erat mortua:

et duobus quartae declinationis, haec manus huius manus, hic sinus huius sinus. nam neutra nomina nus terminata omnia ris faciunt genetivo secundum rationem. hoc tamen scire debemus, quod omnis nominativus us terminatus corripitur, excepto qui in genetivo *u* habet ante novissimam syllabam *habentem* dumtaxat consonantem. nam anus et sus anuis et suis,

---

Prob. cathol. 25, 13—26, 2 27 anus et sus *Prob. 24, 5*

---

1 aut primae declinationis ae facientia genetivo, ut Maecenas Maecenae, aut tertiae tis facientia, ut Maecenatis *Probus* 3 Asprenas Asprenae Asprenatis *v coll. Quintil. I 5, 62*, aspernas aspernae aspernatis *B et codex Charisii p. 66, 12* 5 Maenas *legitur apud Persium 1, 101 et 105. apud Horatium* Maenas *non invenitur, sed* Thyias *carm. III 15, 10 et* Thyiadas *carm. II 19, 9* 7 tertiae declinationis ratione *v* tertiationis ratione *B* 8 primae erunt declinationis aput nos si aput graecos. oc fecerint genetiuo ΟϹΤΑΝΕϹ ΟϹΤΑΝΟϹ hic ostanes huius hostanae hic ΔΗΜΟϹΘΕΝΕϹ huius demosthenis *B* 12 hac] has *B* 15 Philenis huius Philenis vel Philenidis *v* filenis filenidis *B* 17 o in nominativo producta, in genetivo correpta, ut Minos Minois *Probus* 19 canus cani] kanus kani *B* 20 uno ris faciente genetivo *om. B, add. v Probus* 22 huius] *Terent. Heauton tim. II 3, 46* 25 secundum rationem, quam frequentissime ante monstravi *v Probus* 26 excepto qui in genetiuo habent ante nobissimam syllabam dumtaxat consonantem nam anus et sus anuis et suis quamuis habent in genetiuo u ante nobissimam syllabam non habent aliquam consonantem *B* excepto eo, qui in genetivo u habet ante novissimam syllabam habentem dumtaxat consonantem. nam anus et sus anuis et suis habent quidem in genetivo u ante novissimam syllabam, tamen corripiuntur, quoniam ipsa novissima syllaba genetivo consonantem non habet *Probus: cf. Prob. p. 24, 3*

quamvis habeant in genetivo u ante novissimam syllabam, *tamen corripiuntur, quoniam ipsa novissima syllaba* non habet aliquam consonantem. * ante se habens in us secundae declinationis ui terminabit genetivo iuncta consonanti, quae convenit. gnas tertiae sunt declinationis, praegnas praegnatis. gnes tertiae sunt declinationis, magnes magnetis, e ubique producta. gnis tertiae sunt declinationis et similem faciunt genetivum nominativo, hic ignis huius ignis. gnos: hac syllaba nullum nomen repperi terminatum. gnus: omnia nomina hac syllaba terminata secundae sunt declinationis, agnus agni, magnus magni, et siqua talia. |

Pas terminata nomina graeca sunt tertiae declinationis, lampas lampadis. pes producta nomina latina tertiae sunt declinationis, pis faciunt genetivo, rupes rupis, vulpes vulpis, puppes puppis, excepto uno monosyllabo, *quod* dis facit genetivo, pes pedis. ex eo figurata corripiuntur et dis faciunt genetivo, alipes alipedis, sonipes sonipedis. unum excipitur ab eo tractum, quod in nominativo producitur, in genetivo pis facit, haec apes huius apis: nam apes quasi ἄπους, quod sine pedibus nascatur, sicut Vergilius de his 'trunca pedum'. nam si pes corripueris, erit barbarismus. graece significat hominem sine filiis. pes correpta latina non tracta a pede tis faciunt genetivo, praepes praepetis, hospes hospitis. pis nomina latina sunt *tertiae declinationis* et dis faciunt genetivo, lapis lapidis, graeca aut dis aut pis, iaspis iaspidis, Serapis Serapidis vel huius Serapis. pos nomina terminata producuntur et sunt declinationis tertiae. si sint tamen generis communis, tis faciunt *genetivo,* ut hic et haec nepos huius nepotis; unius vero generis *pos* terminata ris, ut lepos leporis. nam quod Arpos legimus, numero semper plurali declinatur. correpta pos si inventa fuerint terminata, latina non sunt et sunt declinationis secundae, pi faciunt genetivo. pus latina secundae sunt declinationis, pi faciunt genetivo, lupus lupi, campus campi, lippus lippi, exceptis duobus, uno monosyllabo indeclinabili, hoc pus, et uno tertiae ris faciente genetivo, lepus leporis o correpta: nam producta significat elegantiam. graeca tertiae sunt declinationis dis facientia genetivo, Oedipus Oedipodis, Melampus Melampodis; quamvis hic Oedipodes lectum sit. pys: hac syllaba finita nomina graeca sunt. nam y litteram latina nomina neque habent neque recipiunt. sunt ergo tertiae declinationis graeca is pura terminata genetivo, hic Capys huius Capyis. *pans tertiae declinationis tis*

Prob. cathol. 26, 2—27, 8

3 ante se habens — convenit, *quae apud Probum non leguntur, ex adnotatione de nominibus* u *ante* us *habentibus relicta sunt* 11 latina vel graeca *Probus* 13 quod *ante* dis *om. B, add. v Probus* 15 in genetiuo corripitur pis, *sed deleto* corripitur *B* 17 trunca] *Verg. georg. IIII 310* 20 tertiae declinationis *om. B* 23 genetivo *om. B, add. v Probus* 24 pos *om. B, add. v Probus* 25 declinatur *Probus* declinantur *B* 32 quamuis hic oedipodis *B v* 34 terminata *Probus* terminantia *B* 35 pans tertiae declinationis tis faciunt genetivo *v Probus, om. B sine lacuna, ut videtur*

faciunt genetivo, hic stipans huius stipantis. hoc tamen scire debemus, quod omnia nomina n et s terminata tis faciunt genetivo exceptis duobus, quae et tis faciunt et dis, frons frondis et frontis, lens lentis vel lendis. quidam putant haec lentis debere dici et haec lendis; sed errant.

Quas: hac syllaba nulla nomina repperi terminata. ques finita nomina correpta sunt et tertiae declinationis, tis | faciunt genetivo, eques equitis. nam quies et inquies es terminantur, non ques. nam cum de his ante tractarim, tamen omnia tertiae sunt declinationis. quis: hac syllaba tantum pronomina reguntur, nomina nulla terminantur. quos quus: his syllabis finita nomina secundae sunt declinationis, qui faciunt genetivo, equus equi.

Ras: hac syllaba finita primae sunt declinationis, rae faciunt genetivo, hic Hieras huius Hierae: Cicero in Caesarianis sic 'Hieras' inquit 'Blaesamius et Antiochus'. res terminata nomina correpta sunt *tertiae declinationis* et tis faciunt genetivo, teres teretis, producta ris, Antores Antoris, Seres Seris: Lucanus 'sub iuga iam Seres': Verres Verris; exceptis duobus, uno monosyllabo quintae declinationis, res rei, et uno disyllabo, quod in genetivo crescit una syllaba, Ceres Cereris. ris tertiae sunt declinationis, ris vel dis faciunt genetivo, haec Iris huius Iris vel Iridis, hic Paris huius Paris vel Paridis, ut 'Parim creat' et 'iudicium Paridis'. unum ris facit solum, hic Liris huius Liris. ros finita nomina producuntur et sunt tertiae declinationis, ris faciunt genetivo, ros roris. graeca secundum rationem suam declinabuntur: si apud illos ος, apud nos is, ἥρως ἥρωος, *heros* herois; si apud illos τος, apud nos tis, Ἔρως Ἔρωτος, *Eros* Erotis. Tharros nomen est numeri semper pluralis. rus terminata nomina, si aliud ex se genus fecerint, secundae erunt declinationis, ri facient genetivo, carus cari, austerus austeri, mirus miri. hac ratione, id est secundae declinationis, etiam graeca nomina declinantur, quamvis non faciant aliud genus, Tartarus Tartari, Gargarus Gargari. quae vero latina fuerint et aliud genus ex se non faciunt, ea quartae sunt declinationis, hic currus huius currus, haec nurus huius nurus. excipiuntur quattuor, unum ri faciens *genetivo*, quamvis aliud ex se genus non

Prob. cathol. 27, 8—28, 7 25 Tharros *Prob. 22, 26*

2 n et s] en et s *B* 4 haec lendis] hic lendos *B* 7 non ques *v* non quies *B* nam quae producta es terminantur, de his ante tractavi *Probus*: *cf. Prob. p. 18, 11* 13 hic ieras huius ierae *B* in Caesarianis] *p. Deiot. 15, 41* inquid *B* 14 tertiae declinationis *om. B* 16 Lucanus] *Pharsal. 1 19* 20 Parim] *Verg. Aen. X 705* iudicium] *Verg. Aen. I 27* 21 nomina] omnia *B* 22 is faciunt *Steupius de Prob gramm. p. 154. rectius erat* latina ris faciunt: *cf. p. 476, 12* 24 heros *om. B* 25 Eros *om. B* *fortasse* Tarros nomen civitatis est: *cf. Prob. p. 22, 26* Tarrhos nomen civitatis lectum in Sallustio 27 karus kari *B* miri] mirus *corr.* miri *B* 32 genetivo *om. B, add. v Probus* non faciat *Probus* non facit *B*

p. 56 V.

faciat, hic murus huius muri; alterum indifferenter declinatum et | secundae declinationis ri faciens genetivo et quartae rus, haec laurus huius lauri vel laurus; altera duo monosyllaba tertiae declinationis, haec grus gruis, hoc rus ruris. hoc tamen teneamus, omnia monosyllaba tertiae esse declinationis exceptis duobus quintae declinationis, spes res.

Sas: hac syllaba nulla nomina repperi terminata. ses: hac syllaba nomina finita graeca sunt: indifferenter quoque declinantur, et primae sunt declinationis sae *facientia genetivo* et tertiae sis, ut Cambyses Cambysae vel Cambysis, Perses Persae vel Persis. nam quod Sallustius *ait* 'ad bellum Persi Macedonicum', non declinationem mutavit, sed antiqua usus est consuetudine, dativum posuit pro genetivo, ut Cicero 'filiumque Verri' pro Verris, et Vergilius 'inmitis Achilli' pro Achillis. sis omnia nomina tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo, *latina quidem sis*, hic ensis huius ensis; peregrina sis vel dis, Isis Isidis vel Isis, basis huius basis vel basidis, haec cassis huius cassis vel cassidis, quamvis Vergilius haec cassida declinaverit. sos: hac syllaba pura nullum nomen latinum repperi terminatum, unum graecum legi in Sallustio secundae declinationis, haec Amisos huius Amisi. cetera * insons insontis: sic Horatius. sons vero non legi. Sallustius numero plurali utrumque, 'insontis sicut sontis'. de n et s terminatis docui frequentissime. sus: nomina hac syllaba terminata propria [sunt] vel aliud genus ex se facientia secundae sunt declinationis, si faciunt genetivo, Nisus Nisi, proprium et participium. appellativa vero, si non faciunt aliud ex se genus, quartae sunt declinationis, sus facient genetivo, hic occasus huius occasus. nam plausus, si sit participium, huius plausi, si nomen appellativum non faciens aliud ex se genus, huius plausus; sicut nisus participium nisi, appellativum unius generis nisus. excipitur unum monosyllabum is faciens

---

Prob. cathol. 28, 7—29, 1 9 Perses *Prob. 24, 28*

---

3 haec grus gruis sus suis rus ruris, *sed deletis* sus suis *B* 8 facientia genetivo *om. B* 9 nam quod Sallustius ait *Probus* uel quod Sallustius *B. Sallustii verba saepe a grammaticis citata primo historiarum libro tribuerunt alii, quos indicaverunt Linkerus Sall. hist. prooem. p. 85 et Kritzius Sall. hist. fragm. p. 6* 11 filiumque Verri *in Ciceronis Verrinis non legitur: cf. Ritschel. supplem. quaestionis de declinatione quadam latina reconditiore p. IV* 12 inmitis] *Verg. Aen. I 30* 13 latina quidem sis *om. B, add. Probus* 14 peregrina is uel dis *B* 15 Vergilius] *Aen. XI 775* 18 haec Camisos huius Camisi *v codex Probi: cf. Prisc. l. VIII p. 435, 13* Sallustius in IIII historiarum 'Amisumque adsideri sine procliis audiebat'

cetera insons insontis *B* cetera in sons tis facient, insons insontis *v* sons correpta (*l.* correpta o) in medio habens n tis faciet, insons insontis *Probus: cf. Prob. p. 6, 11.* insons, *non* insos *dicendum esse praecepisse videtur grammaticus* Horatius] *carm. II 19, 29* insons Cerberus, *sat. I 6, 69* purus et insons 19 Sallustius] *Catil. 16, 3.* Sallustius — sontis *glossema esse coniecit Steupius de Prob. gramm. p. 154* 20 de n et s docui frequentissime terminatis *B* 26 sicut uisus *B* 27 uisus *posteriore loco corr.* nisus *B*

genetivo, sus suis, ratione monosyllaborum, de qua frequentissime tractavi.

Tas: omnia nomina hac syllaba finita tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, facultas facultatis, et siqua talia. hoc naptas | primae est tae genetivo faciens, huius naptae, nomen barbarum neutrum contra rationem neutrorum, quae latina genetivum ae diphthongo non terminant, exceptis tribus, hic et haec et hoc verna huius vernae, *hic et haec et hoc advena huius* advenae, hoc [flumen] Turia huius Turiae, hoc naptas huius naptae, genus olei cedro simile, sicut Sallustius in historiarum libro quarto ait. sed vide ne melius sit, si sit indeclinabile. tes finita nomina latina tis faciunt genetivo, haec rates huius ratis; graeca vero tae, si apud illos *του*, *Achates Achatae* *Ἀχάτης Ἀχάτου*; at tis syllaba, si apud illos *τος*, Crates Cratetis *Κράτης Κράτητος*, ut Bibaculus de Catone grammatico,

en cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

tis terminata nomina tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo latina, hic mitis huius mitis, haec neptis huius neptis; graeca tis vel dis, hic Attis Attidis vel Attis, haec amystis huius amystis vel amystidis, nomen lectum in Horatio. tos terminata omnia nomina corripiuntur et graeca sunt et secundae declinationis, ti faciunt genetivo, Neritos Neriti, Berytos Beryti, Pontos Ponti; quae poterunt latine melius dici, si o in u mutaverint. tus terminata nomina exceptis graecis venientibus a syllaba tos cetera facientia aliud genus secundae sunt declinationis ti facientia genetivo, ut hic stultus huius stulti: venatus participium est faciens venati: hic artus huius arti, angustus [angusti] (nam artus, id est membra, numero semper plurali declinantur); non facientia tus, vestitus huius vestitus, res ipsa. nam hoc tus neutrorum ratione us finitorum ris facit genetivo, hoc tus huius turis: Vergilius 'ture calent arae': praeterea monosyllabum est. excipiuntur duo tis facientia genetivo, virtus iuventus, virtutis iuventutis.

Ctus finita nomina, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis, rectus recti; non facientia | aliud ex se genus quartae, hic rictus huius rictus, hic luctus huius luctus. excipitur unum, quod quamvis non faciat ex se aliud genus, tamen cti facit genetivo, hic lectus huius

---

Prob. cathol. 29, 1—31 3 naptas *p. 481, 20* 6 verna, Turia *p. 471, 15*

---

4 tae] ae *B* 5 quae] qua *B* 6 hic et haec et hoc advena huius *om. B*, *add. v* 7 napta *B. fortasse* sic et hoc naptas, *nisi potius* advena, *quod exemplum supra p. 471, 15 non legitur, postea adscriptum est* 8 caedro *B* 10 tae] ae *B* 11 Achates Achatae *Ἀχάτης* *om. B* crates cratis κρατος ut uiuaculus *B: Sueton. de gramm. c. 11* 15 hic attis atthidis uel attis *B* hic Atthis Atthidis vel Atthis *v* 17 in Horatio] *carm. I 36, 14* Threicia vincat amystide omnia] omnium *B* 20 tos] tus *B* 26 ture] *Verg. Aen. I 417* 27 et excipiuntur *B* 29 nomina] omnia *B* secundae sun declinationis senecta hic rectus, *sed deleto* senecta *B* 30 hic rictus huius rictus *v* *Probus* hic rectus huius rectus *B*

p. 58. 59 V.

lecti; non, ut quidam imperiti dicunt, huius lectus. nam Cicero 'me in meo lecto', qui ablativus ab i littera terminato genetivo venit, non us; et Terentius 'lectos sterni iube', qui accusativus os terminatus *a* genetivo venit i terminato, non us. unum excipitur tertiae declinationis tis faciens genetivo, senectus senectutis. ptus finita nomina, si fecerint aliud ex se genus, secundae sunt declinationis, pti *faciunt genetivo*, hic raptus huius rapti; si minus, quartae, ptus facient genetivo, hic sumptus huius sumptus * 'quos ergo faciunt'; sumptus, acceptus, huius sumpti: facit enim haec sumpta. stus: finita nomina ista syllaba, si fecerint aliud ex se genus et si propria sint, secundae erunt declinationis, hic castus huius casti, hic Augustus huius Augusti; non facientia autem quartae erunt declinationis, stus facient genetivo excepto uno mustus musti, hic aestus huius aestus, hic quaestus huius quaestus. *hic questus*, si participium sit, huius questi; si non fecerit aliud genus, huius questus: Vergilius 'questuque cruentus'. excipitur unum, quod et sti facit et stus genetivo, hic cestus, tunica Veneris, huius cesti, hic caestus pugilum huius caestus: Vergilius 'quid siquis caestus ipsius H.'. et orthographia distant et declinatione. ergo omnia sti faciunt genetivo exceptis quattuor, quaestus, aestus, caestus, *questus* querella. thas unum barbarum legi, hoc naphthas huius naphthae. de hoc et supra docui; sed melius indeclinabile erit. | thes graecum inveni, sed productum, apud Ovidium, Ianthes Ianthis vel Ianthidis. this tertiae declinationis this vel dis facit genetivo,

---

Prob. cathol. 29, 31—30, 19 20 naphthas *p. 480, 3*

---

1 imperiti huius lectus dicunt nam *B* Cicero] *in Catil. I 4, 9* paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *cf. p. Sull. 18, 52* me in meo lectulo trucidaret 2 ab i littera terminato genetivo venit, non us, et Terentius *Probus* ab i littera terminato genetiuo ctis facit non us ut terentius *B: Adelph. II 4, 21* et lectulos iube sterni nobis 3 a *om. B* 6 faciunt genetivo *post* pti *om B, add. v.* 7 sin minus *v* quartas *corr.* quartae *B* hic sumptus huius sumptus quos ergo faciunt *B sine lacuna, ut videtur,* hic sumptus huius sumptus, Terentius sumptus quos ergo faciunt *v* hic sumptus erogatio huius sumptus: Terentius 'sumptus quos faciunt' *Probus. ad Ter. Adelph. V 3, 21* principio, si id te mordet, sumptum filii Quem faciunt *rettulit editor Vindobonensis. cf. Hec. IIII 4, 63* sumptus quos fecisti, *Heauton tim. I 1, 78* sumptus domi tantos ego solus faciam 9 facit enim haec sumpta *v* faciunt enim hac sumpta *B* 12 stus facient *v* tus facient *B* 13 hic questus *om. B* particium *B* 14 huius questi] huius quaesti *Bv* huius questus *v* huius quaestus *B* questuque *v* quaestuque *B: Verg. Aen. VII 501* 16 hic caestus tunicam (*corr.* — ca) ueneris huius caesti *B. cum a vetere grammatico* caestus *utraque significatione, ut videtur, positum esset (cf. Paul. Fest. p. 45, 12), recentior, qui illius commentarios excerpsit, neglegentius* hic cestus *secundae declinationis et* hic caestus *quartae distinxit: cf. Serv. in Verg. Aen. V 69.* et orthographia — querella *pro glossemate habuit Steupius de Prob. gramm. p. 153* 17 quid siquisq. *corr.* quid siquis *B: Verg. Aen. V 410* 19 questus *om. B, add. v* 20 hoc napthas huius napthae *B* 21 apud oboedium *B: Ovid. metam. VIIII 715 sqq.* Ianthes Ianthis vel Ianthidis *v* ianthes ianthi uel ianthidis *B* Ianthes huius Ianthes vel Ianthidis *Probus. grammatici errori tribuendum est, quod genetivum* Ianthes *pro nominativo posuit*

haec Atthis huius Atthis vel Atthidis: sic Ovidius. thos: nullum nomen hac syllaba repperi terminatum. thus secundae sunt declinationis, thi faciunt *genetivo*, Parthus Parthi, acanthus acanthi: Vergilius 'croceo velamen acantho': Xanthus Xanthi. thys vel thrys tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo, hic Panthys Panthyis, Othrys Othryis, Tethys Tethyis.

Vas tertiae sunt declinationis, et sis faciunt *genetivo* et dis, hoc vas huius vasis vel vadis: Cicero 'vultu tamquam vade'. ves omnia corripiuntur et tertiae sunt declinationis, tis faciunt genetivo, dives divitis. vis tertiae sunt declinationis, similem nominativo faciunt genetivum, hic civis huius civis, *haec vis huius vis*, et plurali hae vis: nam hae vires numero semper plurali declinantur. vos vus: rationem supra docui horum nominum, et quod secundae sint declinationis, parvus parvi.

Xas: hac syllaba nullum nomen finitum repperi. xes tertiae sunt declinationis et producuntur, xis genetivo faciunt, Araxes Araxis, Xerxes Xerxis. xis latina xis genetivo faciunt, hic axis huius axis; graeca et xis et dis, hic Alexis huius Alexis vel Alexidis tertiae declinationis. xos corripiuntur et graeca sunt secundae declinationis, xi faciunt genetivo, haec Naxos huius Naxi. xus secundae sunt declinationis, xi faciunt genetivo, laxus laxi, fluxus fluxi, taxus taxi, buxus buxi. excipitur unum quartae declinationis xus faciens genetivo, hic luxus huius luxus, luxuriam significans: Terentius 'adulescens luxu perditus'. nam luxus, vacillans, huius luxi facit: Sallustius ablativo 'luxo pede'. zas barbara sunt et primae declinationis, zae *faciunt genetivo*, hic Ormizas huius Ormizae. | zes producuntur et primae sunt declinationis, hic Artabazes huius Artabazae. zis zos zus nulla nomina terminantur.

T duo tantum modo nomina reperiuntur latina, unum indeclinabile, hoc git, genus seminis, et unum tertiae declinationis tis *faciens* genetivo, caput capitis, et siquid ab eo nascitur, sinciput sincipitis. u omnia neutra sunt quartae declinationis u terminantia genetivum dativum et ablativum, sed producta; nominativum accusativum et vocativum u correpta ter-

---

Prob. cathol. 30, 19—31, 26 7 Vas *Prob. 19, 16*

---

1 haec] hic *Bv* sic oboedius *B: heroid. 15, 18* 3 genetivo *om. B* Vergilius] *Aen. I 649. 711* 7 genetivo *om. B* 8 Cicero] *p. Sest. 8, 19* 10 hic civis huius civis haec vis huius vis et plurali hae vis *v ex Probo*, hic ciuis huius ciuis et plurali hae ciues *B sine lacuna, ut videtur* 12 supra] *cf. Prob. p. 19, 13* 13 declinationis, vi faciunt genetivum parvus parvi *v* 17 tertiae rationis declinatione *B* tertiae ratione declinationis *v* 21 hic luxus] haec luxus *B et codex Probi* 22 adulensceus *B: Ter. Adelph. IIII 7, 42* 24 faciunt genetivo *om. B, add. v* 27 t hac littera duo tantummodo nomina reperiuntur terminata latina *v* 28 faciens *om. B, add. v* 29 sinciput sincipitis *v* sinciput sinciputis *B* u littera nomina terminata omnia *v* 31 producto *B* u correpto terminant *v* u correpto terminat *B*

minant, ut hoc cornu gelu veru. tamen quarta declinatio in genere quidem masculino et feminino us genetivo terminatur, in genere neutro u. x tertiae sunt declinationis, is faciunt genetivo ante eam c vel g posita, ut pix picis, arx arcis, nux nucis. excipiuntur IIII, nix nivis, nox noctis, senex senis, supellex supellectilis. y z nulla nomina terminantur.

Omnia igitur nomina monosyllaba tertiae *sunt* declinationis exceptis quinque, tribus indeclinabilibus, git ir pus, et duobus declinationis quintae, res rei, spes spei, e contra rationem quintae declinationis correpta in genetivo, quoniam nominativus ante es consonantem habet iunctam, ut fides fidei.

Ergo breviter doceamus, quot modis singuli casus utriusque numeri terminentur. nominativus singularis fit modis quindecim, a, e utraque, i, o utraque, u l m n r s x c t, poeta monile Danae gummi Varro Dido [ordo] genu mel bonum carmen orator sacerdos verax lac caput. genetivus singularis fit modis quattuor, ae i s u, huius poetae grammatici sacerdotis cornu. dativus singularis fit modis quattuor, ae i o u, huic Aeneae sacerdoti docto genu. accusativus singularis fit modis quattuor, m n s u, hunc sacerdotem carmen pectus cornu. vocativus vero tot modis fit, quot et nominativus, id est quindecim, qui supra *scripti* sunt. ablativus singularis fit modis novem, a, e utraque, i o u m s t, ab hoc poeta sacerdote specie suavi docto gelu nequam nugas *git*. | nominativus pluralis fit modis quinque, a ae i m s, haec regna, hae Musae, hi docti, hi nequam, hi oratores. genetivus pluralis fit modis tribus, m s i, horum bonorum, horum nugas, horum nihili. dativus et ablativus pluralis fiunt modis tribus, i m s, his et ab his nihili, his et ab his nequam, his et ab his nugas. accusativus pluralis fit modis quattuor, a s m i, haec regna, hos nugas, hos nequam, hos nihili. vocativus pluralis fit modis totidem, quot et nominativus eiusdem numeri, id est quinque, a ae i m s, o sceptra, o fortunae, o nihili, o nequam, o nugas. hoc tamen scire debemus, quod, si in casibus cuiuslibet numeri aliquem modum praetermisimus, de his est monoptotis, nequam nihili nugas. formae casuum sunt sex, unaria binaria ternaria quaternaria quinaria senaria. senaria forma regit pronomina tantum modo singularis numeri, nullus nullius nulli nullum o nulle a nullo.

Prob. cathol. 31, 26—33, 7

1 docueram tamen quod quarta *v ex Probo* 3 x hac littera terminata omnia tertiae *v* 4 ut pix cis *B* nucis] nucus *corr.* nucis *B* 6 tertiae declinationis exceptis *B* tertiae sunt declinationis: nam is faciunt genetivo exceptis *v Probus* 8 correptae *B* 14 ordo *om. Probus* 17 aeneae docto sacerdoti genu *Bv* 19 scripti *om. Bv* 20 t] c *Bv et codex Probi* 21 git *om. Bv et codex Probi, apud Probum add. Putschius.* hoc *coniecit editor Vindobonensis* 26 haec regna hoc (*corr.* haec) nugas haec nequam aec nihili *B* haec sceptra hos nugas hos nequam hos nihili *Probus* 28 i m] m i *B* 30 quod si quid in casibus *Bv* quod in quibus casibus *codex Probi. fortasse* quod si in quibusdam casibus

DE VERBIS

In hoc libro etiam de verbis tractabo, sicut ante promisi. quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae verbi personae, qualis sit secunda persona, unde coniugatio declaratur, diligentissime hoc docebo. atque interim de vocalibus tractemus positis ante novissimam litteram o primae verbi personae. inveniuntur autem vocales ante novissimam litteram o tres, e i u [sed i et u correptae], consonantes vero multae, de quibus postea docebimus. prima coniugatio tres has vocales ante novissimam litteram o primae verbi personae recipit, *e*, commeo commeas commeat, i, lanio lanias laniat, u, fluctuo fluctuas fluctuat. secunda coniugatio e solam recipit ante novissimam litteram o primae verbi personae, doceo doces docet, video vides videt; tertia coniugatio correpta duas, i, rapio rapis rapit, et u, ruo ruis ruit; tertia producta, quam *quidam* quartam dicunt coniugationem, et ipsa duas, e, redeo redis redit, et i, munio munis munit. sed quoniam tota vis verborum et in tempore praeterito perfecto modi indicativi continetur, sicut in secunda persona eiusdem modi temporis praesentis et in secunda persona modi imperativi temporis praesentis | *coniugatio* declaratur, per singulas litteras primae verbi personae doceamus personam primam eiusdem modi temporis praeteriti perfecti et modi imperativi temporis praesentis secundam personam, quae fit litteris quidem tribus, modis vero IIII, sicut exemplis paulo ante monstravi, a ama, e producta doce, e correpta lege, i muni. extra hos modos siquod

Prob. cathol. 33, 8—28

2 sicut ante promisi] *cf. p. 470, 21* de catholicis vero nominum atque verborum latius exponemus, *Prob. p. 3, 2* nunc de catholicis nominum verborumque rationibus doceamus   quorum rationem per singularum litterarum syllabas primae nerbi personae, qualem faciat secundam, unde modi imperatiui secunda persona cognoscitur ex qua coniugatione cognosceretur (*corr.* declinaretur) adque interim *codex Probi. scripturam codicis, quae neglegentiae grammatici tribuenda esse videtur, servavi. rectius erat* quorum rationem per singulas litteras et syllabas primae verbi personae, ex quibus cognoscitur, qualis sit secunda persona, unde coniugatio declaratur, diligentissime docebo   5 nouissimamq. *corr.* nouissimam *priore loco B*   7 sed i et u correptae, *quae ab hoc loco aliena sunt, ad definitionem tertiae coniugationis correptae pertinere videntur*   8 prima coniugatio tres habet vocales ante novissimam litteram primae verbi personae, recipit e correptam, commeo commeas commee *Probus*   9 e *ante* commeo *om. B*   13 quidam *om. B, add. Probus*   14 et ipsa duas *v* et ipsa duob. *B*   16 continetur *bis scriptum est in B*   18 coniugatio *om. B.* declinatur *pro* declaratur *codex Probi. praeterea ex ratione Sacerdotis, qui exempla imperativi a Probo in superioribus posita omisit, potius scribendum erat* sed quoniam tota vis verborum et in secunda persona modi imperativi temporis praesentis et in tempore praeterito perfecto modi indicativi continetur, sicut in secunda persona eiusdem modi temporis praesentis coniugatio declaratur   19 personam primam] personam secundam *B* secundam personam *codex Probi.* secundam personam modi indicativi temporis praesentis et primam personam *olim conieci*   21 sicut exemplis paulo ante monstravi *ad exempla imperativorum a Probo p. 33, 17 posita spectant*

verbum alia littera terminaverit secundam personam modi imperativi temporis praesentis, nullius coniugationis continet rationem, ut es dic velis cedo, et siqua talia.

E: hanc litteram ante o habentia verba aut primae sunt coniugationis aut secundae aut tertiae productae: si primae fuerint, *avi* facient temporis praeteriti perfecti modi indicativi primam personam, ut commeo commeas commeavi, remeo remeas remeavi; si secundae, aut cui, ut arceo arcui, iaceo iacui, aut di, ut prandeo prandi, interdum crescente una syllaba in principio, ut mordeo mordes momordi, pendeo pendes pependi, aut xi, ut lugeo luxi, aut gui, ut langueo langui, aut si, *ut* algeo alsi, ardeo arsi; si tertiae productae, aut vi aut duabus i, ut eo is ii vel ivi. i: hanc litteram ante o habens verbum aut primae est declinationis aut tertiae utriusque: si primae, avi facit tempore perfecto, lanio lanias laniavi; si tertiae correptae, ui separatis, rapio rapis rapui, aut pi, capio cepi; si tertiae productae, aut vi iuncta aut duabus i, ut munio munivi vel munii. *u:* hanc litteram separatam ante o habens verbum aut primae est coniugationis aut tertiae correptae: si primae fuerint, avi facient tempore perfecto, fluctuo fluctuavi; si tertiae correptae, separatis ui, ut ruo rui, unguo ungui, sed antique dicimus ungo ungis unxi.

Ergo breviter per singulas litteras ante eo positas decurramus, ut facilius cognoscamus e ante o posita cuius sint coniugationis vel quo modo faciant tempus praeteritum perfectum. a: hanc litteram ante eo habens verbum non reperitur. b ante eo posita aut secundae sunt coniugationis aut tertiae productae: secundae bui faciunt, ut rubeo rubui, sorbeo sorbui (nam sorbsi barbarismus est); tertiae productae ivi vel ii, subeo subivi vel subii. | inveni unum primae coniugationis, *beo* beavi faciens tempore perfecto: Terentius 'ecquid beo te?', beo beas beavi. c ante eo posita secundae sunt coniugationis et aut cui faciunt aut xi, ut arceo arcui, luceo luxi. d ante eo posita secundae sunt coniugationis, aut di faciunt aut si, ut prandeo prandi, ardeo arsi, interdum in principio verbi crescente una syllaba, ut mordeo momordi et pendeo pependi (exceptis duobus defectivis genere, quae incipientia quasi neutra tempus faciunt perfectum quasi passiva, id est quasi r littera finita, ut gaudeo gavisus

---

Prob. cathol. 33, 28—34, 13   24 sorbeo *p. 490, 11*

---

5 avi *om. B sine lacuna, ut videtur, add. v*   tempore praeterito perfecto *v B*   10 gui] xui *corr.* gui *B*   langueo lauxui aut si algeo *B*   11 si tertia producta aut ui aut duas i i *B*   15 aut duas ii *B*   16 u *om. B, add. v*   19 sed] si *B*   20 breuiter] urebiter *B*   ut facilius cognoscamus e ante o posita cuius sit coniugationis vel quo modo faciat speciem perfectam *Probus*   21 e ante o] ante eo *B*   22 faciunt *B*   26 beo *om. B*   27 et quid *B: Terent. Eunuch. II 2, 48*   c ante eo] c anteo *B*   29 di] si *corr.* di *B*   30 arsi aut interdum *B*   31 momorsi *B*   32 duobus a defectiuis *B*

sum, audeo ausus sum); aut dui, ut studeo studui, strideo stridui. sed vide ne magis dicendum sit strido stridis: Vergilius 'stridunt silvae', non strident. e ante eo posita tertiam coniugationem productam regit, tempus perfectum ivi faciet vel ii, ut anteeo anteivi vel anteii, praeeo praeivi *vel* praeii. f: hanc litteram ante eo habens nullum repperi verbum. g litteram ante eo habens verbum secundam regit coniugationem. tempus vero perfectum modo triplici terminabit: nam aut xi faciet aut gui aut si, ut lugeo luxi, egeo egui, tergeo tersi. dicimus et tergo tergis tertia correpta: legimus et 'spicula lucida tergent', quod venit a tergeo *terges*, et tergunt ab eo quod est tergo tergis: 'qua mensas detergeo'. h i k: his litteris ante eo positis verbum regi non inveni. l ante eo posita secundam regit coniugationem, specie perfecta lui vel levi *faciens*, ut caleo calui, deleo delevi, conpleo conplevi. excipitur unum ab utraque ratione defectivum genere, faciens speciem perfectam scilicet quasi passivam, soleo solitus sum. m ante eo posita primam regit coniugationem, specie perfecta avi faciens, remeo remeavi, commeo commeavi. hoc tamen scire debemus, quod omnia verba e ante o habentia secundae sint coniugationis necesse est, excepto eo et illis quaecumque ab hoc verbo fuerint tracta, quae omnia tertiae sunt productae praeter duo primae coniugationis, quae supra posita monstravi, remeo commeo. | n ante eo habentia verba, si venerint *a verbo eo*, tertiae productae sunt, specie perfecta facientia ivi vel ii, ut ineo inivi vel inii; si non venerint, secundae erunt coniugationis, nui facientia specie perfecta, ut moneo monui. o ante eo habentia verba tertiae sunt coniugationis, vi vel ii facientia specie perfecta, ut coeo coivi vel coii. p: hanc litteram ante eo verbum habens non inveni, q: hanc litteram ante eo habens verbum non inveni. r: haec littera ante eo posita secundae coniugationis regit verba, rui faciunt specie perfecta, careo carui; tertiae vero productae, ivi vel ii, pereo

---

Prob. cathol. 34, 13—35, 8   8 tergo *p. 490, 25*

---

1 ausus sum] ausum *corr.* ausus sum *B*   dui] stui *corr.* tui *B*   2 stridunt] strident *corr.* stridunt *B*: *Verg. Aen. II 418*   5 praeiui praeii (*om.* vel) *B*   7 terminauit *B*   8 tergeo] tergo *B*   tergsi *corr.* tersi *B*   dicimus et tergo tergis tertiae correptae: legimus enim et tergent, quod venit a verbo tergeo, et tergunt ab eo quod est tergo *Probus*   9 spicula lucida tergunt quod uenit a tergeo et gunt ab eo quod est tergo gergis (*corr.* tergis) *B*: *Verg. Aen. VII 626*   10 qua] *exemplum a Probo omissum, a Sacerdote neglegentius adscriptum, ad Plaut. Menaechm. I 1, 2 (v. 78 R)* ideo quia mensam, quando edo, detergeo *rettulit editor Vindobonensis*   11 h i k ante eo positas verbum regere non inveni *Probus*   regi] regens *B*   12 speciem perfectam lui vel leui ut caleo *B et codex Probi*   14 ab utraque ratione defectiuum genere *Probus* ab utroque genere ratione defectiuo (rum *suprascr.*) *B*   15 soleo *in marg. add. B*   16 speciem perfectam aui *B*   20 n ante eo habentia verba, si venerint a verbo eo, sicut supra posui, tertiae *Probus*   ante o *B*   21 a verbo eo *om. B, add. v*   specie perfectae *B*   28 careo karui *B*

perivi vel perii. s ante eo posita unum repperi verbum tertiae productae, ivi vel ii faciens specie perfecta, transeo transivi vel transii. t: hanc litteram ante eo inveni, sed secundae coniugationis, specie perfecta *facientem* tui, ut lateo pateo, latui patui. tertiae productae si inventum fuerit, a verbo veniet eo is et faciet ivi vel ii specie perfecta. nam, sicut ante docui, e ante eo verba habentia omnia secundae sunt coniugationis excepto eo is, et siquid ab eo nascitur. nam tertiae sunt productae praeter duo verba primae coniugationis, quae ante posui, commeo commeas, remeo remeas. tertia enim correpta coniugatio eo non terminatur, sicut supra monstravi. hoc tamen scire debemus, quod tertiae productae coniugationis species perfecta duobus tantum modo modis terminatur, ivi *vel* ii. v: hanc litteram ante eo positam verbum habens secundae coniugationis inveni specie perfecta faciens ivi, coniveo conives conivi: Cicero 'siqui exire velint, conivere possum': et ceveo ceves cevi, Persius 'an Romule ceves'. x y z: has litteras ante eo verbum habens non inveni.

Quoniam sufficienter, sicut arbitror, de verbis e ante o habentibus docui, consequens puto de his tractare, quae i ante o habent, per singulas litteras ante io positas, quae primam regunt coniugationem vel tertiam utramque. nam secunda coniugatio eo tantum modo terminatur. a ante io habens verbum tertiae correptae inveni, ai faciens specie perfecta, aio ais ait, ai aisti ait, aie aiat. b ante io habentia verba tertiae sunt productae, vi vel bii facientia specie perfecta, ambio ambivi vel ambii. c ante io habentia tertiae productae *vel correptae* sunt: productae civi vel xi | facientia specie perfecta, sarcio sarcivi, vincio vinxi; tertiae vero correptae ieci, ut inicio inieci. d ante io non inveni. e ante io non inveni. f ante io habentia verba tertiae coniugationis sunt productae, fivi vel fii faciunt specie perfecta, suffio suffivi vel suffii. unum repperi eiusdem coniugationis defectivum genere, sicut soleo solitus sum, sic fio factus sum. g ante io habens verbum tale inveni, *fugio:* facit enim fugio fugis *fugi*, quod est tertiae correptae, cum in imperativi modi secunda persona fuge faciat, ut Vergilius 'heu fuge crudelis terras'. h ante io habentia verba primae coniugationis repperi, avi facientia specie perfecta, hio inhio, hiavi inhiavi. i k ante io finita verba non inveni. l ante

---

Prob. cathol *35, 8—36, 4* 14 ceveo *p. 489, 10*

---

3 facientem *om. B* 10 supra monstravi] *p. 484, 12. 485, 4* 11 vel *om. B* 13 speciem perfectam faciens *B* Cicero] *in Catil. II 12, 27* 14 conibere *B* Persius] *sat. 1, 87* 15 ceuis *B* 18 de is *B* de iis *v* 21 speciem perfectam *B* 22 ai aisti] aio aistis *B* 24 tertiae productae sunt productae ciui *B* tertiae sunt productae civi *v* 25 uixi *corr.* uinxi *B* 27 fivi vel fii *v* fui uel fii *B* 29 fio fio factus sum *B* fio fis factus sum *v* *Probus* 30 fugio *priore loco et* fugi *om. B.* *fortasse* fugio faciens specie perfecta fugi 32 faciat] facit *B* heu] *Verg. Aen. III 44* 33 habentia verba *v* habens uerba *B*

io verbum habens tertiae productae repperi, ivi vel ii faciens, polio polivi vel polii. participium passivum posuit Vergilius, 'iam parte polita', et modi indicativi activitatis speciem inperfectam, polibant. m ante io habens verbum non inveni. n ante io habens verbum, si primae fuerit coniugationis, avi faciet specie perfecta, lanio lanias laniavi; si tertiae productae, nivi vel nii, *munio munivi vel munii.* o ante io positam non inveni. p ante io posita tertiae correptae inveni, pui facientia specie perfecta, rapio rapui, sapio sapui, vel pivi, [sapivi rapivi] cupio cupivi. q ante io positam nusquam inveni, et rationabiliter, quoniam q littera non scribitur nisi ante u et aliam quamcumque vocalem coniunctam. r ante io posita tertiae correptae inveni, ri faciens specie perfecta, sed pe syllaba correpta in principio addita, pario peperi. quidam putant hoc verbum et tertiae productae esse. sed errant: nam infinitum *vel* perpetuum modum Terentius posuit 'parere hic divitias'. quod si esset tertiae productae, ri habuisset syllabam ante re, parire. praeterea re utraque correpta est. nam si produxeris, erit secundae coniugationis, parere, veniens a verbo pareo pares paret, ut Vergilius 'paret Amor dictis'. | s ante io habens verbum primae repperi coniugationis, avi faciens *specie perfecta,* basio basiavi. t ante io habens verbum, si tertiae productae fuerit, tivi faciet specie perfecta, partio partivi: sic Cicero partiverunt. dicimus et partior sub eodem intellectu activitatis vel verbi communis [partior]: Vergilius 'et socios partitur in omnes', sicut obsono et obsonor; utrumque enim in uno intellectu. si primae fuerit, avi faciet, satio satiavi. u x y z: ante io positas has litteras non inveni.

V ante o posita primae coniugationis verba regit et tertiae correptae. nam secundae coniugationis vel tertiae productae *verba* u ante o numquam habent, sed secunda e solam, tertia producta e et i. ergo a ante uo posita, si primae fuerint coniugationis, avi facient specie perfecta, lavo lavas lavavi [volo volavi]; si tertiae correptae, vi, lavo lavis lavi. dicimus

---

Prob. cathol. 36, 4—35 8 q ante io *p. 491, 20*

---

2 iam] *Verg. Aen. VIII 426* 3 speciem inperfectam *Probus* specie inperfecta *B* polibant] *Verg. Aen. VIII 436* certatim squamis serpentum auroque polibant 6 munio munivi vel munii *om. B, add. Probus* 7 posita *B* posita *corr.* — tam *B* 8 rapio rapui, vel ii, cupio cupivi vel cupii *Probus: cf. Priscian. l. X p. 499, 18* 9 positum *B* 10 ante u et aliam quamcumque vocalem iniunctam *Probus* ante u uel aliam quamcumque uocalem habeat coniunctam *B, correxit editor Vindobonensis coll. p. 491, 20* 11 ri faciens *Probus,* peri faciens *B* 13 vel *om. B* 14 Terentius] *Andr. IIII 5, 2* 16 erit *Probus* erint 'τῷ i *ut videtur in* u *mutato*' *B* 17 paret] *Verg. Aen. I 689* 18 faciens specie perfecta basio basiavi *v Probus* faciens uasio uasiaui *B* 20 partiverant *Probus* 22 et socios] *Verg. Aen. I 194* 25 u ante o posita *Steupius de Prob. gramm. p. 155,* a ante uos (*corr.* uo) posita *B* 26 verba *om. B, add. v Probus* 27 solam *v* sola *B* 28 labo lauas laui uolo uolaui si tertiae correptae bi labo labi dicimus et labor labaris *B* lavo lavavi, si tertiae, vi, lavo lavis lavi. dicimus et lavor lavaris *Probus*

et lavor lavaris sub uno intellectu. b ante uo *posita* tertiae correptae repperi, bui faciens specie perfecta, inbuo inbui. primae vero coniugationis non inveni. c ante uo *positam* tertiae correptae coniugationis verba *regentem repperi*, cui facientem specie perfecta, acuo acuis acui. d: nec hanc litteram ante uo positam regentem verba primae coniugationis inveni, sed tertiae correptae, dui facientem specie perfecta, induo induis indui. nam, sicut ante docui, u ante o posita aut primae coniugationis verba regit aut tertiae *correptae*, secundae vero vel tertiae productae numquam. e: et huius litterae ante uo positae verbum tertiae coniugationis *repperi*, vi faciens specie perfecta, cevo cevis cevi: 'an Romule cevis?'. significat autem cum turpitudine cedere vel turpiter incurvari. primae coniugationis verbum e ante uo positam habens non inveni. f: hanc litteram ante uo positam non inveni verba regere; novo more unam declinationem ex hac quasi descendentem legi apud Terentium in Hecyra, 'fors fuat pol'. | g: huius litterae ante uo positae verbum primae coniugationis non inveni, sed tertiae correptae, gui faciens specie perfecta, arguo arguis argui et unguo unguis ungui. dicimus et ungo ungis unxi: nam ungeo non legi. h: hanc litteram ante uo positam non inveni. i ante uo posita primam regit coniugationem, speciem perfectam avi facit, derivo derivas derivavi. k: haec littera ante uo posita nullum verbum regit. l ante uo posita tertiam correptam coniugationem regit, lui facit specie perfecta, diluo diluis dilui. m: hanc litteram ante uo positam non inveni. n: haec littera ante uo posita tertiam coniugationem regit correptam, nui facit specie perfecta, ut innuo annuo renuo, innui annui renui. o ante uo posita primam regit coniugationem, speciem perfectam vavi terminat, novo renovo, novavi renovavi. p ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit et specie perfecta pui facit, spuo spui, respuo respui. q ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae quavi facit specie perfecta, aequo aequavi, exaequo exaequavi; tertiae vero correptae qui, relinquo relinquis reliqui. r: haec littera ante uo posita et primam coniugationem regit et tertiam correptam: primae specie perfecta vavi *terminatur*, tertiae correptae ui, ut servo servavi, ruo rui. s ante uo posita tertiam coniugationem correptam regit. suo suis sui.

Prob. cathol. 36, 36—37, 31 10 cevo *p. 487, 14*

1 posita *om. B* 3 c ante uo tertiae correptae coniugationis uerba ui facientem *B* c et hanc litteram ante uo tertiae correptae regentem verba repperi cui facientem *Probus* 8 aut tertia secundae uero *B* 9 ante uo] ante u *B* repperi *Probus* regit *B*. *an potius* et haec littera ante uo posita verbum tertiae correptae regit? 10 caeuo caeuis caeui *B* an] *Pers. sat. 1, 87* 11 *fortasse* cum turpitudine incedere incurvari uo incurbari *B* 12 positum habens *B* 13 uomore nam declinationem *B* 14 in ecyra *B*: *Terent. Hec. IIII 3, 4* 16 specie perfectae *B* 17 nam ungueo non legi *Probus* 24 renuo] rennuo *B* renui] rennui *B* 30 reliqui] relinqui *B* 32 terminatur *om. B*, *add.* v *Probus*

t ante uo posita primam regit coniugationem et specie perfecta avi facit, ut fluctuo fluctuas fluctuavi. u x y z: has litteras ante uo positas verba regere non inveni. hoc modo declinabuntur omnia verba o terminata, ante eam habentia vocales illas, quas memoravi, exceptis defectivis.

Nunc ad syllabas consonantium veniamus. quae consonantes si sint ante novissimam litteram o, aut primae coniugationis facient verbum aut tertiae correptae. nam secunda coniugatio vel tertia producta consonantem ante o litteram numquam habent, sed, ut frequenter docui, secunda quidem e solam, ut doceo doces; tertia vero producta duas, e et i, ut redeo redis, munio munis. bo terminata, primae si sint, bavi facient specie perfecta, libo | libavi; tertiae vero correptae bsi, ut nubo nubsi, aut bui, ut sorbo sorbui, quamvis et sorbsi lectum sit. co primae si sint, cavi facient specie perfecta, ut sicco siccavi, dico dicas dicavi: 'propriamque dicabo': aut cui, ut mico micui; tertiae vero correptae aut ci, ut vinco vici, aut xi, ut dico dixi, duco duxi, aut ui, *ut* senesco senui et pasco pavi. do primae si sint, aut di facient specie perfecta, ut do das dedi, aut davi, ut laudo laudavi; tertiae vero correptae aut didi, ut addo addidi, credo credidi, aut si, ut cedo cessi, aut cidi, ut cado cecidi, caedo caedis cecidi. nam cedo, quod significat da, sine verbi totius substantia solum reperitur numero singulari, cedo, numeri pluralis cette: sic Plautus et antiqui comoediographi, sicut est salve salvete salvere. nam quod Plautus in Truculento posuit 'non salveo', inridenter posuit pro persona rustici. fo: non inveni verba hac syllaba terminata. go primae gavi facit, ut rogo rogavi; tertiae vero correptae aut xi, ut pingo pinxi, sugo suxi; aut *si*, ut tergo tersi: lectum est et tergeo, *unde* utramque declinationem indifferenter invenimus, 'spicula lucida tergunt' a tergo tergis, *et* tergent a tergeo terges: et vergo versi facit: aut gi [ut tango tetigi] et in principio syllabam adicit, sicut pungo pango, pupugi pepigi. quidam pepigi defectivum tempore putant esse, ut odi novi memini. ho primae coniugationis havi facit, ut incoho incohavi. quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h latina verba regit,

---

Prob. cathol. 37, 31—38, 28 11 sorbo *p. 485, 24* 21 salve *p. 433, 7* 25 tergeo *p. 486, 8*

---

8 solam *v* sola *B* 9 duas *v* duab. *B* 11 bsi] psi *B et codex Probi* sorbeo *B* 13 propriamque] *Verg. Aen. I 73* 15 ut *post* ui *om. B* 18 caedo caedis] cedo cedis *B* 19 nam caedo *B* 20 singulari caedo *B* comoediografi *B* 21 sicut et salve *Probus* in Truculento] *II 2, 4* 24 aut si ut tergo tergis tersi lectum est et tergeo unde in uergilio utramque declinationem indifferenter inuenimus et spicula lucida tergunt aut tergo tergis et tergent ergo terges *codex Probi,* aut utramque declinationem indifferenter inuenimus ut tergo tersi lectum est et tergeo spicula lucida tergent a tergo tergis tergent a tergeo terges *B* 26 spicula] *Verg. Aen. VII 626* 27 ut tango tetigi *tamquam additamentum notavit Steupius de Prob. gramm. p. 154* 29 defectivum *bis scriptum est in B* 30 incoho] inchoo *corr.* inchoho *B*

exceptis tribus nominibus, pulcher Orchus lurcho: neque o littera ante o in latinorum verborum prima persona reperitur; sed illae tres vocales, quas ante docui, e i u, nec a nec o. nam quod Plautus *posuit* boo, graece posuit, βοῶ βοᾷς, unde derivatur reboo. nam latinum verbum o ante o habens nusquam repperi. tertiae vero correptae verba ho terminata xi facient, traho veho, traxi vexi. ko: non invenitur verbum hac syllaba terminatum, rationabiliter. | nam k littera non scribitur nisi ante a litteram in principiis nominum vel verborum, cum sequentis syllabae consonans principium sit, sicut *in* institutis artium, hoc est in primo libro, monstravi, Kamenae kalendae kaleo kareo, et siqua talia. lo primae si sint coniugationis, lavi facient, celo celavi; tertiae vero correptae aut lui, ut excello excellui, aut li, ut tollo sustollo, tuli sustuli [*sustuli* de utroque verbo venit: nam tuli ab eo quod est fero tuli facit]. mo primae coniugationis aut mavi facit, ut amo clamo, amavi clamavi, aut mui, ut domo domui, Cicero 'domuisti gentes'; tertiae vero correptae aut psi, ut sumo sumpsi, aut mui, ut tremo tremui. no primae coniugationis navi facit, sano sanavi; tertiae vero correptae ni, sed in principio syllaba adiecta, cano cecini, aut vi, ut sino cerno, sivi crevi. po primae coniugationis pavi facit, ut stipo stipavi, tertiae vero correptae pi, rumpo rupi. q: haec littera ideo non invenitur regens verbum, quoniam nullam litteram antecedere potest nisi u et aliquam vocalem cum ea antecedente iunctam. unde supra, cum de vocalibus antecedentibus o litteram tractaremus, posuimus relinquo relinquis reliqui. ro primae coniugationis ravi facit, oro oravi; tertiae vero correptae aut vi, ut sero sevi, aut sivi, ut quaero quaesivi, aut rui, ut insero inserui. so primae coniugationis savi facit, penso pensavi, tertiae correptae sivi, quaeso quaesivi. tale est etiam cerno cresco crevi. to primae coniugationis tavi facit, muto mutavi; tertiae vero correptae si, mitto misi, aut ti, verto verti, aut tui, sterto stertui. si c ante to habuerit prima verbi persona, prima coniugatio tavi facit, ut macto mactavi, tertia correpta xui, necto nexui, flecto flexui. xo primae coniugationis verba xavi facient, flexo flexavi, aut xui, enexo enexas enexui; tertiae vero sola xui, ut nexo nexis nexui.

Prob. cathol. 38, 29—39, 26 1 exceptis tribus nominibus *Prob. 10, 21* 20 q haec littera *p. 488, 8*

---

3 Plautus reboo *B*: *Amphitr. I 1, 77* boat caelum fremitu virum. *nam reboo ex iis quae sequuntur ortum est. quamquam dubito an grammatico potius quam librariis error tribuendus sit* 8 cum sequentis syllabae] consequentis syllabae *B* consequentis syllabae si *v* 9 sicut in institutis *v* sicut institutis *B*: *cf. p. 473, 17* 12 sustuli *semel scriptum est in B. adscripta autem sunt verba a recentiore grammatico, qui diversam ab antiquiore doctrinam sequebatur*: *cf. Charis. p. 247, 27. Diom. p. 372, 4. 380, 12.* 15 Cicero] *p. Marc. 3, 8* 18 cano] kano *B*: 21 aliquam vocalem — iunctam *Probus* aliqua uocale — iuncta *B* 22 supra] *p. 489, 30* 31 xaui facient elixo elixas elixavi, aut xui, enixo enixas enixui *Probus*

p. 70 V.

Quoniam, sicut arbitror, iam sufficienter tractavimus de verbis o littera terminatis, nunc veniamus ad ea, quae or syllaba finiuntur. | or syllaba terminata sive pura sive *iuncta, id est sive* vocali vel consonanti praecedente, si primae sint coniugationis vel secundae vel tertiae productae, ante novissimam litteram s secundae personae activitatis ri syllabam accipientia facient secundam personam passivitatis, ut amo amas amor amaris, doceo doces doceor doceris, munio munis munior muniris. tertiae vero correptae coniugationis verba i litteram in e mutabunt et sicut illa ri ante s accipient, ut lego legis legor legeris, et siqua talia. tempus autem perfectum facient omnes coniugationes participio masculino temporis praeteriti addita sum syllaba, hic amatus amatus sum, hic doctus doctus sum, hic scriptus scriptus sum, hic munitus munitus sum. fit autem participium temporis praeteriti generis masculini ex secunda persona activitatis in prima quidem coniugatione et tertia producta accepta syllaba tu ante novissimam litteram s, ut amo amas hic amatus, munio munis hic munitus; in secunda vero et tertia correpta pereunte littera paeneultima secundae personae activitatis et tu ante s posita, ut doceo doces hic doctus, dico dicis hic dictus, aut pereuntibus duabus litteris paeneultimis et su ante novissimam litteram s posita, ut necto nectis necsus sum; quamvis posterius pro c et s x posuerint, ut nexus sum. imperativus modus passivitatis re syllaba addita imperativo activitatis fiet similis *infinitivo activitatis*, ut amare scribere munire. de hac tamen ratione et de modo infinito plenius in institutis artium, id est libro primo, docuimus. illorum vero verborum, id est r terminatorum et non venientium ab o littera, species perfecta notetur de participio temporis praeteriti.

Quoniam igitur de pedibus disyllabis et trisyllabis nec non et quattuor syllabarum in primo docui libro, *de* nominum vero ratione verborumque in hoc, consequens arbitratus sum et de structuris placentibus nostro tempore paucis admodum demonstrare, quas multi credunt metro debere constare, quorum opinioni non libenter consentimus; quoniam et

Prob. cathol. 39, 27—40, 19

3 siue pura siue uocali uel consonanti praecedente *B* sive pura sive consonante praecedente *aut* sive vocali sive consonante praecedente *Steupius de Prob. gramm. p. 154* 6 ris syllabam *B* 8 sicut illa *v* sicut ille *B* sic cum e *Probus* 16 littera] syllaba *B* 19 necsus *v* nexsus *B* quamuis posterius pro ces x posuerunt *B* quamvis posteriores pro c et s x posuerunt *Probus* 21 infinitivo activitatis *om. B.* infinito activorum fiet similis *Wentzel symb. crit. (Vratisl. a. 1858) p. 29* 23 libro primo] *p. 434, 35* 25 *inscriptionem* DE STRVCTVRA *in Probi libro addidit Parrhasius* 26 in primo docui libro] *cf. Plot. de metris p. 498, 19* de nominum vero ratione *Probus* nominum uero rationem *B*

Tullius et ceteri oratores monosyllabo struxere verbo, cum una syllaba metrum non sit. est autem structura verborum compositio, dicta ab struendo, id est componendo, unde structores compositores alicuius rei dicuntur. quamquam igitur hae in omni oratione servari debeant, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae. antiqui quidem oratores, in quibus maxime Tullius, numquam necessariis sensibus praeposuerunt orationis structuram; sed magis fortiter et gravi compositione quam molliter vel laxe dicere maluerunt, et cum | haberent occasionem sic struendi, quem ad modum nostri temporis homines delectantur, tamquam de industria usi sunt structura forti potius quam delectanti, sicut exemplis Tullianis breviter probare poterimus. quod in primis est videlicet nostro tempore vitiosum, Tullius non dubitavit verbo monosyllabo finire structuram, ut 'ab istius petulantia conservare non licitum est' et 'quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt' et 'quod P. R. iam diu flagitat, extincta atque deleta sit'. hae compositiones demutatae facient nostri temporis structuras sic, ex tribrachy et ditrochaeo 'ab istius petulantia non est licitum conservare', ex trochaeo et dactylo et ditrochaeo 'quae sunt G. Verri cum his civitatibus copulata', ex trochaeo et bacchio a longa 'id quod P. R. iam diu flagitat, extincta sit atque deleta'. disyllaba structura, quae non valde quibusdam placet, antiquos viros vehementissime delectabat. est enim fortis admodum vitansque etiam nostri temporis barbarismum, si non fuerit spondeo vel trochaeo post dactylum finita, ut 'primus ab oris' et 'in quo meam voluntatem P. R. perspicere possit'. sic enim versum heroicum hexametrum faciunt, quae sola versificatio est oratoribus devitanda. nam si omnem fugere voluerint, tacebunt, quoniam nulla oratio sine metro constat. trisyllaba structura nostro tempore caute ponenda est, ne aut versum heroicum faciat ex trochaeo composita et bacchio a brevi, ut 'capta fuissent', aut, ut quibusdam placet, barbarismum, si ex spondeo vel iambo vel quovis pede, cuius sit novissima syllaba natura longa, componatur et aliquo pede trisyllabo, qui positus bene sonet. nam si plausibilis non fuerit barbarismum nostri temporis vitans, nec

Prob. cathol. 40, 19—41, 18

2 est autem structura — dicuntur *a recentiore grammatico ad explicandum nomen structurae interposita sunt. eadem post 495, 22* sed ut — delectare *Probi nomine citata leguntur in commentario de structuris p. 508 ed. Vindob.* 4 quamquam igitur haec in omni oratione seruari debeat *B* hae quamvis in omni oratione servari debeant *Probus* 9 occansionem *B* 13 ab istius] *Cic. in Verr. act. pr. 5, 14* 14 quae] *Cic. div. in Caecil. 4, 14* 15 quod] *Cic. div. in Caecil. 8, 26* 16 sit *v* sint 'τῷ u *obelo transfixo*' *B* haec compositiones *B* 20 sit] sint *B* 23 primus] *Verg. Aen. I, 1* 24 in quo] *Cic. in Verr. act. pr. 12, 34* 25 uersum heroicum et trimetrum *B* versum heroici metri *Probus: cf. p. 495, 23* 26 omnem *Probus* omnes *B. fortasse* omnes versus 28 bacchio a brevi *Probus* bacchio et breui *B* 29 fuissent *Probus* fuisset *B* 31 componatur ex aliquo uerbo trisyllabo *B et codex Probi*

structuram faciet nobis placentem, quale est exemplum et illud inter multa similia Tullianum, 'sententia sua liberat' et 'cuius ego causa laboro'. quattuor syllabarum structura sic vitabit nostri temporis barbarismum, sicut disyllaba, quamvis multi non sapienter et in tali compositione barbarismos esse dixerint, si paeneultimum verbum habeat novissimam syllabam natura longam, ut 'ad meas capsas admisero' et 'industriaeque meae contenderem'. | ergo si nos ad eius modi structuram aliqua necessitas detulerit, poterimus reprehendentes inperitissimos comprobare, si nosmet nostrum officium fecerimus, corripientes syllabas breves, longas producentes, ut est 'causa laboro', sa producentes, et 'capsas admisero', sas producentes. in istis enim tantum modo syllabis, si correptae fuerint, erit barbarismus, non in tota compositione structurae, id est 'capsas admisero', quoniam barbarismus una parte orationis fit, pluribus numquam. nam si hoc ita esset, non in tantum doctrina latuisset, ut eam Tullius ignoraret, vel tantum potuisset, ut ea post illum et multos ante alios nostris temporibus nosceretur; quorum velim obscuram peritiam devitare illorum nobilissima neglegentia decoratus.

Nunc igitur quoniam docuimus haec, quae a nobis stultissime reprehenduntur, indifferenter a prioribus posita, structuras nobis delectabiles componamus. amphibrachys et molossus 'probare deberes', amphibrachys et bacchius a longa 'dolore derisus', anapaestus et paeon tertius 'fieri potuisset', anapaestus et ionicus minor 'modicos coluerunt', antispastus et molossus 'coheredem detraxit', amphimacrus et hippius secundus 'optime navigavi', bacchius a longa *geminatus* 'detrudit heredem', bacchius et molossus 'cantare fecerunt', bacchius a brevi et hippius secundus 'dolores detulerunt', choriambus et hippius primus 'condidimus sepultura', chorius, id est trochaeus, et bacchius a longa 'esse delectum': chorius et paeon tertius facient illam structuram Tullio peculiarem, 'esse videatur': dactylus et ditrochaeus 'hostibus temperare', dactylus et ionicus minor 'omnia placuerunt', ditrochaeus et bacchius a longa 'vindicatur electus', dactylus et paeon tertius 'curiam renovare', dactylus et dispondeus 'lumina deponebant', epitritus quartus et bacchius a longa 'deducente subducit', epitritus quartus et molossus 'inpellente devinxit', epitritus *quartus* et dispondius 'contemnere persuadenti', epitritus tertius et ditrochaeus 'piratico liberasset', hippius tertius, id est epitritus, et hippius primus 'provincia

Prob. cathol. 41, 19—42, 17

1 nobis placentem quale est exemplum nobis placentem et illud *B* 2 sententia] *Cic. in Verr. act. sec. I 4, 9* liberaverant *Probus* cuius] *Cic. div. in Caecil. 7, 23* 5 dixerunt *B* 6 ad meas] *Cic. div. in Caecil. 16, 51* industriaeque] *Cic. in Verr. act. pr. 12, 35* 17 posita *v Probus* positas *B* 21 desisus *corr.* derisus *B* 24 geminatus *om. B, add. Probus* 29 hostibus *Probus* hospitibus *B* 31 curiam *v Probus* choriambum *B* 32 deducente subducit *v* ducenti subducit *B* deducente subducunt *Probus* 33 epitritus et dispondius contemnere persuadent *B, om. Probus* 35 id es epitritus *B* id est tertius epitritus *v*

recedentis', | hippius tertius et hippius secundus 'dilexerant Caepiones', 'praedonios vindicasti', ionicus maior et ionicus minor 'contagia doluerunt', ionicus maior et ditrochaeus 'depellere castitatem', paeon primus et hippius quartus 'decipere contendebat', paeon secundus et dispondeus 'pericula devitavi', trochaeus et bacchius a longa 'sume deceptum', tribrachys et ditrochaeus 'Cererem decanamus'.

Has quidem a nobis repertas structuras composuimus. nunc aliquas Tulli componamus, quae possint auditores nostri temporis delectare. amphimacrus et antispastus 'maxime laboraret', bacchius a longa et paeon tertius 'pudentem exitum quaesisse videatur', trochaeus et bacchius a longa 'securi esse percussum', 'iste vexarat', 'stare non posse', proceleumaticus et ditrochaeus [scire voluerunt] 'populus Romanus voluerit vindicare', bacchius a longa et molossus '*causamque cognovit*', trochaeus et molossus 'ipsa delegit'. amphibrachys et molossus 'probare deberent', antispastus et bacchius a longa 'voluntate concedam', choriambus et ditrochaeus 'ingenio sustinere', dactylus et antispastus 'corpore perhorresco', paeon primus et ditrochaeus 'iudicium sustinebit', bacchius a longa *et molossus* 'subscriptor addatur', diiambus et hippius secundus 'iniuria commoveri', tribrachys et hippius quartus 'cuius quaestor fueris accusare', dactylus et hippius quartus 'procellam temporis devitare', iambus et ditrochaeus 'diu machinatur', choriambus et paeon tertius 'composui rationem'. | sed ut brevissime de structuris delectantibus doceamus, observandum est nobis ne aut versum heroici metri faciamus aut in natura longam syllabam paenultimo verbo terminato trisyllabo finiamus; ceteris paene omnibus auditores possumus delectare.

Prob. cathol. 42, 17—43, 10

1 hippius tertius et hippius secundus *v* hippius secundus et hippius tertius *B* 2 praedonios *v Probus* praedones *B* 3 maior] minor *B* 4 contendebat *Steupius de Prob. gramm. p. 155* contendebant *B* 5 deceptum] decretum *coniecit editor Vindobonensis* 9 maxime laboraret *Probus* maxime laborare *B: Cic. div. in Caecil. 3, 9* 10 pudentem] *in Verr. act. sec. I 1, 2* 11 securi] *in Verr. act. sec. I 5, 14* iste] *in Verr. act. sec. I 6, 16* stare] *in Verr. act. sec. I 7, 20* 12 scire voluerunt *om. Probus* populus] *in Verr. act. sec. I 8, 22* populus Romanus de nobis voluerit iudicare 13 causamque cognovit *om. B, ex Probo add. v: div. in Caec. 1, 1* si mei consilii causam rationemque cognoverit 14 ipsa] *div. in Caecil. 5, 19* 15 probare] *div. in Caecil. 6, 20* voluntate] *div. in Caecil. 9, 27* 16 ingenio] *div. in Caecil. 12, 37* 17 corpore] *div. in Caecil. 13, 41* 18 iudicium] *div. in Caecil. 15, 48* et molossus *om. B, add. Probus* subscriptor] *div. in Caecil. 16, 50* 19 iniuria *B* iniuriis *Probus: div. in Caecil. 20, 64* dolore atque iniuriis commoveri 20 cuius quaestor fueris *Probus* caedi quaestor fuerit *B: div. in Caecil. 20, 65* 21 procellam] *in Verr. act. pr. 3, 8* procellam temporis devitaret 22 diu] *in Verr. act. pr. 6, 15* cum interea aliud quiddam iam machinetur 26 delectare M̄ CLAUDI SACERDOTIS ARTIUM GRAMMATICARUM LIB. II. EXPLICIT FELICITER SCRIPTORI UITA LEGENTI FELICITA *B*

LIBER TERTIVS

MARII PLOTII SACERDOTIS

DE METRIS

MARIVS PLOTIVS SACERDOS COMPOSVI ROMAE DOCENS DE METRIS.

Cum de institutis artis grammaticae primo libro me tractavisse comperisset vir clarissimus Vranius, nec ei displicuisset, vel quod non absurde compositus, vel quod ad eius filium virum clarissimum mihi contubernalem et aetate paene studiisque coniunctum Gaianum scriptus esset, compulit ut etiam de nominum verborumque ratione nec non etiam de structurarum compositionibus exprimendis breviter laborarem. cuius praestantissimi viri iussionibus libens arbitror libro secundo nos explicabiliter oboedisse. nunc in hoc sive tertio sive novissimo artium libro, ab eodem summo viro commendatus vobis viris amplissimis, nobilitatis splendore praedito Maximo et omni laude praedicabili Simplicio, quorum et ad quos seria non nisi de

A codex Valentianus N. 5. 1, olim S. Amandi Elnonensis

a eiusdem codicis corrector antiquus. a corrector recentior*

B codex Leidensis Vossianus 79. 8

b eiusdem codicis corrector

C codex Parisinus Sangermanensis 1094

p editio Putschii, ex qua pauca adscripta sunt

INCIPIT LIBER MARII PLOTII Marius plotius sacerdos composui romae docens de metris *A* MARII PLOTII SACERDOTIS DE METRIS. MARIUS PLOTIUS SACERDOS CŌPOSUI ROMAE. DOCENS DE METRIS *B* MARIUS PLOTIUS SACERDOS COMPOSUI ROME DOCENS DE METRIS *C* MARII PLOTII AD MAXIMVM ET SIMPLICIVM CL. V. V. DE METRIS LIBER. Marius Plotius Sacerdos composui Romae docens de metris *p* 5 tractasse *B* comperisset uir clarissimus *B* comperissem et uir clarissimus *A* comperissem et ūc̄ *C* 6 non *om. A, add. BC* 7 uirū clarissimū *B* ūc̄. *AC* contubernialem *A* 8 et *om. Ap, add. BC* g.aianum *una littera post* g *deleta B* 9 etiam *posteriore loco om. p* 10 presentissimi *A* 11 libens *om. C* 12 ab] ad *A* 12 commendatus *AC* commendato *B* 13 praedito *pC* prodito *B* dedito *A*

litteris exercentur, quoniam iubere dignati estis, me posse etiam de metris ‖ tractare iudicastis, breviter esse componendum decrevi. sed quoniam metrorum rationem dicturos prius decet pedes considerare, quibus sunt carmina modulanda, de horum numero, nomine, nominum derivatione schematibusque, quam verissime poterimus, breviter explicemus.

DE PEDIBVS

Sunt igitur pedes alii disyllabi, alii trisyllabi, quorum unde nomina deducta sint doceamus et quot habeant schemata. sunt et ex disyllabis geminatis pedes tetrasyllabi, quorum et nomina et schemata subiungemus. sunt et ex disyllabis et trium syllabarum pedibus copulatis | pedes syllabarum quinque et ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus non arbitror esse necessarium diligentius laborare.

Disyllabi pedes sunt numero quattuor, ideo quoniam una syllaba duo schemata habet; nam aut longa est aut brevis: duae syllabae quattuor schemata habent; nam aut ambae breves sunt, aut ambae longae, aut una brevis una longa, aut una longa una brevis. pyrrichius pes ex duabus brevibus constat temporum duum, ut erus, qui a pyrricha, lusus genere, nomen accepit, quia hoc sono milites usi 'sub armis' per ludum, ut ait ille, 'ciebant simulacra pugnae'. ‖ ipsa tamen pyrricha dicta est a Pyrricho Cydonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad huius pedis sonum instituit. alii dicunt a Pyrro, Achillis filio, quem primum in tumulo pa-

---

1 *fortasse* quoniam me posse etiam de metris tractare iudicastis, quod iubere dignati estis breviter esse componendum decrevi etiam de metris *BC* de metris etiam *Ap* 3 dicturos *Gaisfordius et codex Scaligeri 53* dicturus *ABC* dicturum *p* 4 modulanda horum numerorum nominum deriuatione *B* 6 DE PEDIBVS *om. ABC* 8 deducta sunt *ABC* 10 sunt ex dissyllabis *posteriore loco B:* et *add. AC* 13 dua scemata *A* 17 brevibus] syllabis *B* erus *B* herus *AC* a pyr(h)rica *C* a pyrrica *A* a pyrrichica *B* 18 sub armis per ludum ut ait ille quiebant simulacra pugnarum *A* sub armis ut ait ille per ludum (ciunt *add. b*) simulacra pugnam *B* sub armis per ludum ut ait ille simulacra (belli) ciebant *C*: *Verg. Aen. V 585* pugnaeque cient simulacra sub armis, *ib. 674* qua ludo indutus belli simulacra ciebat 19 pyrricha *AC* pyrrichica *B* pyrricho cidoneo *A* pyrro cidoneo *B* pyrro cydoneo *C* Pyrrho Cydoneo *p. Pyrrichi nomen coniectura restituit Sopingius in Hesych. v.* πυρριχίζειν, *e codice A Schottus in Procl. chrestom. apud Gaisfordium in Hephaest. p. 447 (v. 1 p. 625 ed. sec.).* Pyrrus *codices Plinii n. h. VII 204: cf. schol. in Pind. Pyth. 2, 127* 20 pedum *corr.* pedis *B* 21 alii] *schol. in Pind. l. c.* ἔνιοι δὲ οὐκ ἀπὸ Πυρρίχου τοῦ Κρητὸς τὴν πυρρίχην ὠνομάσθαι, ἀλλ' ἀπὸ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως παιδὸς ἐν τοῖς ὅπλοις ὀρχησαμένου ἐν τῇ κατὰ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου νίκῃ. Ἀριστοτέλης δὲ πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυρρίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι, ὥστε παρὰ τὴν πυρὰν τῆς πυρρίχης τὸ ὄνομα τίθεσθαι alii a Pyrrho Achillis filio, quem dicunt primum — saltauisse *p* alii dicunt a Pyrrho Achillis filio, quem primum — saltauisse ferunt *Schottus l. c.*

tris sui armatum honoris gratia saltavisse. Aristoteles autem Achillem ait huius lusus inventorem fuisse. quibusdam placet ab ardore, id est a velocitate sui soni, nomen accepisse hunc pedem [ἀπὸ τοῦ πυρός, id est a flamma, ac per hoc a velocitate]. cognatus enim sensus ardoris et velocitatis est, unde 'instant ardentes Tyrii', id est festinantes, et 'ardet abire fuga', id est festinat. pyrrichio contrarius est spondeus ex duabus longis temporum quattuor, ut heres. qui a sacrificio nomen possedit, | quod graece σπονδή nuncupatur, quoniam hoc sono hymnos, id est laudes, dis inmortalibus decantabant. iambus ex brevi et longa constat temporum trium, ut Ceres. cui nomen Iambe, Celei filia, dedit, quae cavillationes iocosas huius pedis sono dicens risum Cereri hospitanti ibi gratissimum commovebat: unde etiam huius pedis metrum comoediis, hoc est rei gratissimae, commodatur. trochaeus ex longa et brevi constat temporum trium, ut cera, dictus [trochaeus] a velocitate rotae, quam suo sono imitatur, quae graece τροχός nuncupatur. alii chorium appellant, quia ad choros aptam modulationis ‖ continet rationem: unde etiam pes qui ex hoc et iambo constat choriambus nominatur.

Trisyllabi pedes sunt octo, ideo quoniam tres syllabae octo schemata habent. sed unde traxerint nomen docebo sine exemplis, quoniam in primo libro explicabiliter demonstravi. dactylus dictus est a digito, cuius articulis figuratur, incipiens a longa, desinens in duas breves: digitus enim graece δάκτυλος nuncupatur. anapaestus dactylo contrarius, inde dictus, quod ei referiatur [id est repercutiatur], quod Graeci ἀναπαίειν dicunt. tribrachys a suarum syllabarum qualitate nomen accepit, quod tribus brevibus constet, quae graece βραχεῖαι nuncupantur. molossus dictus, quod a Molosso, Cretensi viro, repertus est [hunc quidam et creticum dicunt]. amphibrachus nuncupatur, quod ex utraque parte, quod

---

1 honora *B corr.* — ris *b* saltauisse *AC* salutauisse *B* saltauisse dicunt *b* aristotelis *A* achillem *B* achillen *pAC* 3 sui soni *Scaliger* sui sonus *ABC* ἀπὸ τοῦ πυρός *p* ΛΠΙΡΟϹ *A*, *om. BC.* ἀπὸ τοῦ πυρός — a velocitate, *quae ad explicanda verba* ab ardore *sqq. adscripta esse videntur, omisit Cuiacius observ. et emend. l. XIII c. 10 p. 601 ed. Colon. a. 1591* id' (*h. e.* id est) flamma *B* 5 instant] *Verg. Aen. I 423* ardet] *Verg. Aen. IIII 281* 8 σπονδή] ΠϹΟΝΔЄ *B* sponde *AC* ymnos *ABC* 10 cui *C* cuius *ABp* iambe *pC* iamba *AB*, *corr.* — bae *b* 12 commouerat *p* 13 accommodatur *p* constat *om. B* 14 dictus a *pC* dictus trocheus a *B* dictus est trocheus a *A* suo sono *AC* sono suo *B* 15 ΤΡΟϹΧΟϹ *corr.* ΤΡΟΧΟϹ *B* trochos *AC* 16 aptamodulatione *B* 18 DE PEDIBUS TRISYLLABIS Trisyllabi *A* 19 traxerint *pC* traxerunt *AB* 20 in primo libro *B* in libro primo *AC: cf. supra p. 492, 25* explicabiliter *A* explicabitur *B* id explicabiliter *pC* 21 articulus figuratur incipiens *AC* articulo figuratur incipientes *B* 22 δάκτυλος] dactilus *AC* 23 ἀναπαίειν *p* ΑΝΑΠЄ *B* anape *AC* 25 ΒΡΛΧΙΛΙ nuncupatur *B* brachiae nuncupatur (n) *A* brechie nuncupantur *C* molosus dictus quod a moloso *ABC constanter* 26 hunc quidam et creticum dicunt *om. BC, add. A p* 27 amphibrachus *A* amphibracus *B* amphibrachus *corr.* — is *C*

Graeci ἀμφί dicunt, brevem, quam illi βραχεῖαν nuncupant, continet. amphimacrus, sicut ante se pes, nomen accepit, quod ex utraque parte longam, quam Graeci μακράν dicunt, habet. dictus est tamen hic pes etiam creticus, quoniam in Creta insula Corybantes, ut vagitum Iovis nati celarent Saturnum, scutis suis sic sonuerunt, graviter breviter graviter. | bacchius dictus est, quod Bacchica, id est Libero patri accepta, modulatio huius pedis sono componebatur. palimbacchius dicitur, quod bacchio contraponitur. ||

Simplices igitur pedes sunt duodecim. ceteri vero omnes compositi sunt, ex disyllabis quidem sedecim, quoniam quattuor syllabae sedecim schemata habent. quorum nomina unde derivata sint doceamus. proceleumaticus dictus est, quod choros concitantes, ut celerius saltationem celebrarent, inter se hortabantur, et hortatio graece κέλευσις nuncupatur: dispondeus dicitur, quod ex duobus spondeis componitur: choriambus, quoniam ex trochaeo, qui et chorius dicitur, et iambo constet: antispastus, quoniam ex utraque parte a brevibus revellatur, quod Graeci ἀντισπᾶν dicunt: ditrochaeus, quod ex duobus trochaeis figuretur, nomen acccepit; diiambus ante se positi pedis ratione dictus est, quod duobus iambis teneatur: ionici, qui sunt duo, ab Ione inventore suo dicti. epitriti quattuor sunt, ideo hoc nomine vocati, quod ad tres breves una longa variis vicibus teneatur. paeones tot sunt numero, quot etiam epitriti; a Paeone poeta nomen inditum possederunt.

Quinque syllabarum pedes ex disyllabis et trisyllabis vel contra compositi sunt numero XXXII, quoniam quinque syllabae XXXII schemata habent: qua ratione etiam metrum heroicum, quod quinque pedibus variatur, XXXII schemata habet. sex syllabarum pedes sunt numero LXIIII, quoniam sex syllabae schemata habent totidem. hoc tamen scire debemus, quod quinque syllabarum pedes et sex in metro reperiri possunt, et maxime in chororum modulatione, || sed non scanduntur more eorum pedum, qui ex quattuor syllabis constant. nam illi iuncti ex disyllabis uno nomine suo nuncupantur, | hi vero per eas partes, per quas compositi sunt; ut si sit ex spondeo et dactylo pes compositus, non totus ipse scanditur,

---

1 graece *corr.* — ci *B* amphi *ABC* ΒΡΑΧΙΑΝ *B* brachyan *A* brachian *C* 3 longam *om. A, add. BC* quam graeci ΜΑΚΡΙΑΝ *B* quam (quem *A*) greci macran *AC* dictus est etiam hic pes creticus *B* 5 celerent *B* 6 est *priore loco om. C* quod bachia *ABC* quod Baccho *p* modulatione, *ut videtur, corr.* modulatio *B* 11 unde *om. A, in marg. add. a* deriuata sint *pC* deriuata sunt *A* deriuata s̄t *B* 13 κέλευσις *p* kelensis *b* celeusis *C* eleusis *AB* 15 constet *BC* constat *pA* 16 reuellatur *p* reuelatm *AB* releuatur *C* ΑΝΤΙC.ΠΑΝ *una littera ante* Π *deleta B* antispan *AC* 18 positi *om. ACp, add. B* 19 ab ione *C* 21 teneantur *A* etiam *om. pA, add. BC* 22 possederunt *pA* posuerunt *BC* 23 uel contra positis sunt *C* 25 qua ratione — habet *om. A, add. BCa* 26 habent *a* LXIII *ABC* 32 ex pondeo *B* non notus in se scanditur *C* non no^t^tus in se scanditur *B* non nothus in se scanditur *a in marg., om. A*

sicut proceleumaticus, sed spondeo et dactylo: sic etiam si ex duobus dactylis componatur. sed horum omnium subiungere schemata est quidem possibile, sed molestum.

DE METRIS

Metrorum alia sunt simplicia, alia composita. de simplicibus ante tractemus; in quibus generalia sunt octo, de simplicibus pedibus quattuor, de compositis totidem et ipsa simplicia nuncupata. ex dactylo dactylicum metrum dictum, ex anapaesto anapaesticum, ex iambo iambicum, ex trochaeo trochaicum. haec quidem ex simplicibus pedibus facta sunt metra. ex compositis vero, quae similiter metra simplicia nuncupantur, haec sunt, a choriambo pede choriambicum, ex antispasto antispasticum, ex ionibus ionicum, ex paeonibus paeonicum. haec metra divisa per octo undecim reperiuntur. additur enim dactylico quidem spondeadeum, unde etiam apud Homerum invenitur versus omnibus spondeis constans,

Ἀτρείδης τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην.

apud Vergilium, si unam detraxerimus syllabam illi versui, faciemus spondiazontem,

aut levis ocreas lento ducunt argento,

e littera sublata, ubi est syllaba cre. anapaestico metro proceleumaticum additur. nam quoniam dactylo anapaestus contrarius est, ideo proceleumaticum || metrum ex brevibus omnibus constans contra spondeadeum undique longum, quod dactylico additur, secum habet. ionicum duplex est: est enim a maiore, est a minore. sic ergo metra sunt generalia ex octo undecim, dactylicum, spondeadeum, anapaesticum, proceleumaticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, antispasticum, paeonicum, ionicum maius, ionicum minus. dactylicum metrum | solum simplicibus scanditur pedibus, dactylo, spondeo, trochaeo, sed in novissima parte; quamvis quidam trochaeum nec in novissima dactylici metri parte concedant, quoniam novissima syllaba in omni metro indifferens est. sed hac sua ratione errant. alia vero metra per syzygian vel dipodian scanduntur. syzygia di-

11 similiter] simpliciter *ABC* 13 diuisa per UIII. XI repperiuntur *B* diuisa per UII. XI repperiuntur *AC* 14 additur enim dactilico quidem *AC* additur quidem dactilico *B* spondeadeum *B* spondeadum *A* spondedeum *C* spondeazon *p* 16 ΑΤΡΕΙ-ΔΕϹΤΩ | ΔΑΙΘΕΚΑΙΦΡΟΥΤΟΥΝΑΖΕϹΘΗΝ *A* ut atreides ΤΟΔΛΙΤΕ | ΚΑΙΦΡΟΥΤΟΥ ΤΥΕΝΑΖecten *B*. *graeca verba non indicata lacuna constanter omissa sunt in C. Hom. Il. A 130* 17 si unam detraxerimus syllabam illi uersui faciemus *pA* si unam detraxeris syllabam illi uersui facis *C* si unam detraxeris illi uersui syllabam facis *B* spondayzontem *B* 19 aut levis] *Verg. Aen. VII 634* 20 e littera sublata] Est littera sullaba *B* syllaba cre *p* syllaba greca *AB* syllaba grece A *C* anapaestico metro] *cf. p 2652* 24 est a minore *om. A, add. BCa* 27 solum *pAC* solis *B* scanditur metris pedibus, *sed deleto* metris *B* 28 in nouissima parte *AC* in nouissimo loco, *sed adscripto in marg. ead. man.* parte *B* 29 concedant *B* concedunt *pAC* 31 alia uero metra *B* alia metra uero *pAC* per synzygiā (sinzygia *C*) uel dipodian *AC* per ϹΙΝΖΥΓΙΑΝ uel ΔΙΠΟΔΙΑΝ *graecis litteris constanter B*

syllabis pedibus iunctis unum facit pedem; dipodia vero quinque vel sex syllabis composita pedibus, unde constat, scanditur separatis.

In praepositis metris haec considerare debemus, an generalia sint, ut dactylicum vel iambicum, an specialia, ut heroicum *vel* hipponactium; deinde quantitatem, an dimetrum, an trimetrum, an tetrametrum; deinde catalexin, cuius species sunt quattuor, acatalecta, *catalectica, brachycatalecta, hypercatalecta. acatalecta species est* quae finitur *in* suos pedes vel suorum pedum tempora habentes, ut puta dactylicum in dactylum [vel in spondeum] vel aliquem tot habentem tempora, quot etiam dactylus, ut

quadrupedante putrem sonitu quatit ungula pulverem

vel

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

catalectica species est quae minus una syllaba *vel uno tempore* terminatur, || quam sui pedis quantitas exigit syllabarum vel temporum, ut

postquam res Asiae Priamique evertere gentem.

trochaeus est enim gentem, cum deberet aut dactylus esse aut spondeus. brachycatalecta species est quae in metris scandendis per syzygian, id est per binos pedes disyllabos, venit, cum in novissimo pede composito debenti esse tetrasyllabo unus pes de simplicibus deest, id est duae syllabae, ut

Maecenas atavis edite re.

hic enim unus pes simplex deest, id est duae syllabae, ut sit plenum metrum asclepiadeum, quod spondeo et choriambis *duobus et iambo* constat. hypercatalecta species est, cum finitis pedibus metri praepositi necessariis una syllaba abundat, ut

omnia Mercurio similis vocemque coloremque:

---

1 syllabis] syllabarum *B* 3 In *om. ABC* generalia sint *pA* generalia sunt *BC* 4 dactilicum iambicum *B* an specialia sint *pA* heroicum hyponacticum *A* heroicum yponactium *B* heroicum hiponasticum *C* 6 species sunt IIII acatalectus quae finit suos pedes *ABC* species quatuor, acatalecticus, qui finit suos pedes *p* 8 habentis *AB* ut puta dactilicum in dactilicum uel in (in *om. B*) spondeum *AB* ut puta dactilicum in dactilico uel spond' *C.* vel in spondeum *ad explicanda ea quae sequuntur* vel aliquem *sqq. adscripta esse videntur* 10 quadrupedante] *Verg. Aen. VIII 596* 12 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 13 catalectus *ABC* vel uno tempore *om. ABC* 14 *fortasse* quam quantitas exigit syllabarum vel temporum sui pedis, *nisi potius* syllabarum vel temporum *pro glossemate habenda sunt* 15 p'quam res a. p. q. e. g. *C: Verg. Aen. III 1* evertere gentem] eg *B* 17 brachicatalectus *ABC* 18 per binos *C* per pinos *corr.* per binos *B* per duos *pA* 19 deest *pA* desit *C* uenit *et in marg. eadem manu* desit *B* 21 edite re *p* e. r. *B* E. R. *et in marg. eadem manu* edite regibus *C* erunt *A: Hor. carm. I 1, 1* 22 id est *om. pAC, add. B* 23 quod spondeis (spondeus *corr.* — is *A*) et choriambis constat *ACp* quod spondeo et choriambo constat *B* 24 hypercatalectus *AC* Hic percatalectis *B* praepositi *BC* propositi *pA* 25 abundat *BCp* abundet *A* ut *om. A* 26 omnia] *Verg. Aen. IIII 558*

que syllaba abundat, quam imperitissimi et omni arte metrica separati hebetudine quadam decepti sequenti versui iungunt, 'que et crines flavos', cum non sit artis prioris versus pedes sequentibus copulare. nunc, sicut proposuimus, de dactylico metro primum breviter doceamus. |

DE DACTYLICO METRO

Dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII: hexametras quidem quattuor, heroicam, bucolicam hexametram, choeriliam, priapeam; pentametras quattuor, acatalectam pentametram integram, dipenthemimericam ‖ archilochiam dactylicam, sapphicam, simmiam; tetrametras duas, bucolicam tetrametram vel heroicam, anacreontiam; trimetras quattuor, hemidexiam, glyconiam, pherecratiam, tertiam trochaicam; dimetras tres, adoniam, hymenaicam, penthemimericam, sed simplicem. de his et horum schematibus per exempla tractemus.

De heroico metro. Heroicum metrum et delphicum et theologicum nuncupatur, heroicum ab Homero, qui hoc metro heroum facta composuit, delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc usus est metro, theologicum ab Orpheo et Musaeo, qui, deorum sacerdotes cum essent, hymnos hoc metro cecinerunt. hoc metrum recipit pedes hos, spondeum et dactylum, trochaeum, sed sexto loco, id est novissimo. spondeus igitur et dactylus variati faciunt metrum habere schemata XXXII, quae aut exemplis auctorum aut nostris docebimus.

De schematibus heroici metri XXXII. Monoschematistus dactylicus dicitur qui omnes pedes quinque dactylos habet (nam sextus pes non numeratur inter schemata), cuius exemplum hoc est,

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

---

1 Que syllaba *C* syllaba *AB* abundet *A* 4 primum] prius *ACp*, *om. B* 6 et *priore loco om. B* 7 in species XVII *pAC* in species XVI *B* 8 hexametram *om. Cp* *pentametrae species quattuor infra p. 510, 22 sqq. rectius hoc ordine positae sunt*, pentametrum integrum, simmium, sapphicum, dipenthemimericum archilochium acatalectam] catalectam *AC* catalecticam *B* 9 dipenthemimericam] pentemimericam *A* penthimemericam *B* pentamericam *C* archiloicam *ABC* 10 simmiam *A* simiam *B* symmiam *C* tetrametas duo *B* 11 trimetras III *ABC* trimetras tres *p* glyconicam *BC* 12 adoneam *AC* hymenaicam pentememericam *A* himeneicam pentimemericam *B* hymeneicam archiloicam pentamemericam *C* 13 sed sinplices *ABC* et *om. pAC*, *add. B* 15 *inscriptionibus metrorum dactylicorum in B in margine additi sunt numeri* I—XVII metrum et *B* metrum quod. et *ACp* theoloicum *B* 16 ab Homero] ex homero *ABC* 17 theoloicum *B* 18 ymnos *ABC* 19 spondeum, dactylum et trochaeum *p. fortasse* spondeum et dactylum; admittit etiam trochaeum 22 auctorum *C* doctorum *B* alienis *a*p*, *om. A* XXXII *om. A*, *add. B* 26 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* sonitum procul aere canoro *A* sonitum p. h. *B* s. p. a. c. *C*. *similiter in reliquis exemplis versuum dactylicorum integra vocabula constanter scripta sunt in A, primae litterae saepius in BC. scriptura codicum BC tum, cum discrepantia in litteris singularibus apparebat, indicata est*

monoschematistus spondeadeus, cum quinque pedibus spondeis versus fuerit compositus, ut

armatumque auro suspexit Oriona.

pentaschematisti dactylici fiunt modis quinque: si primus sit dactylus, ceteri quattuor spondei, ut Lucretius libro III

lumine qui finem vitae fecit et ille,

Vergilius ‖

Nereidum matri et Neptuno Aegaeo;

si secundus sit dactylus, ceteri spondei, | ut est

aut levis ocreas lento ducunt argento;

si tertius dactylus, ceteri spondei, ut

tunc formas molles radianti ducunt auro;

si quartus dactylus, ceteri spondei, ut

armatumque auro circumspicit Oriona

et

quae quondam bustis aut culminibus desertis;

si quintus dactylus, ceteri spondei, ut

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

hoc modo fiunt spondeadei pentaschematisti: si primus sit spondeus, ceteri dactyli, ut

o regina, novam cui condere Iuppiter urbem;

secundus spondeus, ceteri dactyli, ut

tu calamos inflare levis, ego dicere versus;

tertius spondeus, ceteri dactyli, ut

pocula bina novo spumantia lacte quotannis;

quartus spondeus, ceteri dactyli, ut

nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor;

---

1 spondeadeus *BC* spondeus *A* spondaicus *p* 3 armatumque] *Verg. Aen. III 517* suspexit *ACp* suspex̄ *B* suspexerit *Gaisfordius* 4 pentaschematistus dactili *B* 6 lumine (limine *Ap*) qui finem uitae fecit et ille uergilii (uirgilii *B* uergil' *C*) *ABC: Lucret. III 1093.* 'limine qui finem uitae fecit' et ille Virgilii *ediderat Putschius, ubi* vitai *scribendum coniecit Lachmannus, ut quinque pedes in exemplo positi essent.* et ille *ad versum Lucretii pertinere vidit L. Muellerus mus. rhenan. a. 1872 p. 284, qui verba* Lucretius — Virgilii *ab interpolatore addita putavit. vitiosum versum, in quo* fecit et *pro molosso positum est, sicut* 3 suspexit, *cur grammatico tribuam, dixi quaest. gramm. part III de Mar. Plot. Sacerd (Halis a. 1872) p. VII* 8 Nereidum] *Verg. Aen. III 74* et in neptuno *A* 9 ceteri spondei *B* ceteris spondeis *A* cet̄. spoñ *C, et eodem fere modo in reliquis exemplis, sed infra in decaschematistis spondeadeis* ceteri dactili *constanter A* 10 aut leues *pA: Verg. Aen. VII 634* 12 tunc formas molli radianti ducunt argento *B, ubi* rutilas *pro* radianti *coniecit Scaliger* 14 armatumque] *Verg. Aen. III 507* 16 quae quondam in bustis *C: Verg. Aen. XII 863* aut] et *p* 18 silvestris] *Verg. bucol. 5, 7* parsit *B* 19 spondeadei *C* spondei *AB* si *ante* primus *om. AB, add. C* 21 o regina] *Verg. Aen. I 522* 23 tu calamos] *Verg. bucol. 5, 2* leues *C* 25 pocula] *Verg. bucol. 5, 67* 27 nec tibi] *Verg. Aen. IIII 365*

quintus spondeus, ceteri dactyli, ut

at tuba terribilem sonitum procul aere curvo.

decaschematisti dactylici fiunt modis decem: si primus et secundus dactyli sint, ceteri spondei, ut

saxa per et scopulos et depressas convallis;

primus et tertius dactyli [sint], ceteri spondei, ut

Dardanidum fortissime magnae gentis Hector;

primus et quartus dactylus, ceteri spondei, ut

o Danaum virtus et gloria Nestor*;

primus et quintus dactyli, ceteri spondei, ut

de grege non ausim quicquam deponere tecum; ||

secundus et tertius dactyli, ceteri spondei, ut

non me carminibus superet nec Phoebi cultor;

secundus et quartus dactyli, ceteri spondei, ut

postquam res Asiae magno ceciderunt lapsu;

secundus et quintus dactyli, ceteri spondei, ut

contemplator item cum se nux plurima silvis;

tertius et quartus dactylus, ceteri spondei, ut

non me Musarum comitem Marium non laudo;

tertius et quintus dactylus, ceteri spondei, ut

tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;

quartus et quintus dactylus, ceteri spondei, ut

quam Iuno fertur terris magis omnibus unam.

eadem ratione fiunt decaschematisti spondeadei, sicut exemplis docebimus: primus et secundus spondeus, ceteri dactyli, ut

infandum regina iubes renovare dolorem;

primus et tertius spondeus, ceteri dactyli, ut

absinthi laticem deceptaque non capiatur;

primus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

postquam res Asiae Priamique evertere gentem;

---

2 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* procul aere canoro *pA* p. a. c. *BC*. aere curvo *scripsi, ut* aere *pro spondeo esset. Vergilii versum similiter mutavit Terentianus v. 1912* 3 dactili sint *A* dactili sunt *B* dactili s̄ *C* 5 saxa et per scopulos *A: Verg. georg. III 276* depressas conuallis *A* depressas conualles *C* depsas conua il'l' *B* 6 sint] s̄t *B* 7 Dardanium *B* 9 nestor *AC* nestor. r. *B. lacunam, qua spondeus vel trochaeus in fine versus excidit, indicavi. fortasse* Nestor summa 11 de grege] *Verg. bucol. 3, 32* componere *B* 12 secundus et tertius dactyli — 13 cultor *om. B* 13 non me] *Verg. bucol. 4, 55* non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus superet *AC* superat *p* 15 postquam] *Verg. Aen. III 1* postquam res Asiae Priamique evertere gentem 17 contemplator] *Verg. georg. I 187* 19 Musarum comitem] *Verg. Aen. VIIII 775* 21 tunc alnos fluuii primum s. c. *B: Verg. georg. I 136* 23 quam Iuno] *Verg. Aen. I 15* fertur *AC* fere *B* 26 infandum] *Verg. Aen. II 3* 28 absinthi] *Lucret. I 941 IIII 16* deceptaque *pC* deceptique *AB* non capiatur *p* non capiant *ABC* 30 postquam] *Verg. Aen. III 1*

primus et quintus spondei, ceteri dactyli, | ut

fulgur terribili sonitu quatit altos montes;

secundus et tertius spondei, ceteri dactyli, ut

conticuere omnes intentique ora tenebant;

secundus et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

iamque tibi ne vana putes haec fingere somnum;

secundus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut

defuit exemplum tibi ponere lectum prius;

tertius et quartus spondei, ceteri dactyli, ut

inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto;

tertius et quintus spondei, ceteri dactyli, ut ||

cara deum soboles, magnum Iovis incrementum;

quartus et quintus spondei, ceteri dactyli, ut

schemata carminibus cecini haec vobis plane.

Huius metri, id est heroici, virtutes sunt tres: si *ἀσύνδετος* versus fuerit, id est sine coniunctione, ut est illud graecum,

μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,

latine sic,

hic alienus ovis custos bis mulget in hora:

si fuerit tetracolos, id est si quattuor verbis vel quibuslibet partibus orationis fuerit divisus, cuius virtutis exemplum latinum melius lectum est quam graecum,

saltantis satyros imitabitur Alphesiboeus,

graecum sic,

αἰδέομαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης,

sed *πολυ* fecit illum quasi pentacolon, nam *πολύχρυσος* compositum nomen est: si fuerit rhopalius versus, qui a monosyllabo verbo incipiens gradatim crescit et *ῥόπαλον*, id est Herculis clavam, imitatur ab angusto et tenui in latitudinem desinens, ut

---

2 fulgur *BC* fulgore *A* fulgor *a*p* sonitu *B* tonitru *Ca*p* tonitrui *A* 4 conticuere] *Verg. Aen. II 1* intentaque (*corr.* intentique *a*) ora tenebant *A* i. q. o. t. *BC* 6 iamque] *Verg. Aen. VIII 42* 8 defluit *A* lectum *pC* lectus *A* lector *B*

10 inde] *Verg. Aen. II 2* 12 cara *pC* cura *A* rara *B*: *Verg. bucol. 4, 49*

14 haec] isthaec *p* uobis. Plane huius *ABC* 15 *ἀσύνδετος Scaliger* asdetus *C* asdecus *AB* *ἄδετος p* 16 graecum *om. A*, *add. Ba* 17 ΜΗΝΙΝⲁΕΙΔΗΘΕⲁ ΠΗⲁΗⲁΔΕⲰΑΧΙΜ hoc latine *A* ΜΗΝΙΝⲁΙ ΙΔΕΘΕ ΛΙΤΝⲁΗΙΛΔΕⲰΛΧΙΜ hoc latine *B*: *Hom. Il. A 1* 19 hic] *Verg. bucol. 3, 5* alienis *B* 20 tetracolos *pA* tetracolus *BC* 23 saltantis] *Verg. bucol. 5, 73* mirabitur *p* 25 *αἰδέομαι* (*αἰδοῖον p*) *βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης*. Sed *πολυ Scaliger p* ⲁΙΔΗΟΜ|ΒⲁϹⲁΗΛΠΟⲁΥΧΡΥϹΟΙΟΜΥ|ΚΗΝΗϹΙ. Sed ΡΟΧΥ fecit *A* ΛΙΔΕΟΜΛΙΒΛϹΛΗΛ|ΠΟΛΧΡΥϹΟΙΟΜΥΙϹΗΝΗϹΙϹΕΔΡΟΧΥ fecit *B*: *Hom. Il. Α 46 τιμῶσαι βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης, Η 180 ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης* 26 pentacolon *pA* pentacolum *B* ΠΟΛΥϹΧΡΥϹΟ *corr.* ΠΟΛΥΧΡΥϹΟ *B* polichriso *A* 27 rhopalius *Ca*p* hopalius *A* rhopaliclus *B* et rhopalum *A* et rhophalum *B* et hropalum *C* ab augusto *B*

ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον.

latinum non repperi, sed potui illum Vergilii versum verba commutans sine sensus laesione formare,

quarum quae forma pulcherrima Deiopea,

ut sit sic,

quae quarum facie pulcherrima Deiopea.

De hexametro heroico et eius schematibus satis dictum: nunc de hexametro bucolico paulisper tractemus. quod metrum ab heroico hoc differt, quod illud schemata habet triginta duo, hoc vero decem. || nam primi pedes tres variati schemata faciunt octo: nam quartus pes semper dactylus sit necesse est. | quintus pes duo schemata habet: nam aut spondeus est aut dactylus. nam sextus, id est novissimus, sicut in heroico metro, indifferens inter schemata non computatur.

De hexametro bucolico et eius schematibus decem. Bucolicum hexametrum Daphnis pastor vel Thyrsis repperisse dicuntur, qui pastores et poetae fuisse perhibentur, de quorum officio nomen est inditum huic metro, ut bucolicum diceretur. de cuius schematibus exempla omnia de bucolico carmine Vergilii componamus. monoschematistus dactylicus hexametri bucolici fit hoc modo, si tres primos habuerit dactylos (nam de quarto nulla quaestio est, quod dactylus sit), ut

ulla dolum meditantur, amat bonus otia Daphnis.

monoschematistus spondeadeus fit, cum tres primi pedes spondei sunt, *ut*

mutabit merces, omnis feret omnia tellus.

trischematisti dactylici dicuntur, cum duo dactyli sunt et spondeus: hi enim, id est dactyli, aut duo iuncti ponuntur et tertius spondeus, ut est

quin age, siquid habes, in me mora non erit ulla;

aut dactylus spondeus dactylus, ut est

---

1 ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον *Scaliger* *p* ΑΥΜΑΚΑΡΑΠΑΙΡΗΙΙΔΗΜΟΥΡΗΙΕΝΕCΟΑΒΙΟΔΗΜΟΝ *A* ΛΙΜΛΙΛΡΑΤΡΕΙΔΕΜΟΙ ΡΕΓΗΝΗCΟΛΒΙΟΛΗΜΟΝ *B*: *Hom. Il. Γ 182* 2 potui illũ uerḡ uersũ *C* potuit illum uirgilii uersum *B* potuit illum uergilius uersum *A* 3 laesionem *corr.* — ne *B* lectione *C* 4 quarum] *Verg. Aen. I 72* 8 hoc *om. pA, add. BC* 9 hoc vero decem *om. B, add. AC* 10 semper dactilus sit *AC* dactilus sit semper *B* 11 pes est duo *B* 13 non computatur *B* nuncupatur *pC* nuncupantur *A* 14 decem] X et II *B* IIX et II *A*, *om. p. duobus schematibus quinti pedis separatis scribi potuit* VIII et II 15 tyrsis *AC* ti *sequente lacuna trium vel quattuor litterarum B* qui] quia *ABC* pastores] pastor̄ *B* 17 de cuius schematibus exempla omnia *pA* de cuius schematis omnia *C* cuius schematis exempla *B* 18 monoschemastitus dactilus *A* 19 fit hoc modo *B* fit (sit *C*) modo hoc *AC* habuerit dactilicos *B* 20 ut *om. BC* 21 ulla] *Verg. bucol. 5, 61* meditant *B* 22 monoschemastitus *A* sunt spondei *pA* ut *om. ABC* 23 mutabit] *Verg. bucol. 4, 39* 24 dactili sint *C* 25 et tertius spondeus *B* tertius est spondeus *pAC* 26 quim age si quid habes im neu *B*: *Verg. bucol. 3, 52* 27 aut *ante* dactylus *et* 507, 2 *ante* spondeus *om. ABC, add. Gaisfordius. omissa utroque loco coniunctione scribi poterat* hi enim, id est duo dactyli, aut iuncti ponuntur, aut divisi, duo dactyli tertius spondeus, ut est quin *sqq.*

lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas;

aut spondeus duo dactyli, ut est

si nescis, meus ille caper fuit, et mihi Damon.

hoc modo etiam trischematisti spondeadei fieri possunt, duo spondei et dactylus, ut est

et longum formose, vale vale, inquit, Iolla;

spondeus et dactylus spondeus, ut est ||

et me Phoebus amat, Phoebo sua semper apud me;

dactylus duo spondei, ut est

iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

de quinti pedis schematibus duobus damus exempla aut Vergilii aut nostra: Vergilii hoc est, ut dactylus sit quintus pes,

omnia fert aetas, animum quoque, saepe ego longos:

ut sit spondeus quintus pes, in hoc metro hoc erit exemplum,

Daphnidis hoc metrum vel Thyrsidis esse constat.

sic igitur bucolicum hexametrum schemata habet decem, heroicum vero hexametrum triginta duo. | nunc de choerilio metro secundum dispositionem specierum metri dactylici doceamus.

De choerilio hexametro et eius schematibus octo. Choerilium metrum, quod et diphilium et angelicum nuncupatur, constat penthemimerica caesura et syllaba et altera penthemimerica. unde est metrum hexametrum catalecticum: una enim syllaba deest ut sint in eo pedes sex. huius metri est graecum exemplum

---

1 lenta] *Verg. bucol. 3, 83* 3 si nescis] *Verg. bucol. 3, 23* ille *om. B* 4 trisschematisti spondeadei *C* trisschematistis spondei *B* trischemasti spondei *A* 6 et longum] *Verg. bucol. 3, 79* 8 et me] *Verg. bucol. 3, 62* amat p. s. a. m. *B* 10 iudicio] *Verg. bucol. 5, 18* 13 omnia] *Verg. bucol. 9, 51* longos] d. *B* 14 erit exemplum hoc *C* 16 sic *BCa** si *A* exametrum bucolicum *B* 17 choerilio *AC* corialio *B* 19 DE CHOERILIO *A* DE CORILIO *B* Choerilium *Ca** Chorilium *A* Corilium *B* exametrum *C* 20 diphilium *Naekius Choeril. Sam. quae supers. p. 257,* delphicum *ABC: cf. Mar. Victor. p. 70, 17. 73, 22* 21 syllaba] sylla *lacuna trium vel quattuor litterarum relicta B* 22 pedes sex (UI *BC*) sed exemplis schemata octo (UIII *BC*) doceamus ponamus igitur schemata quattuor (IIII *BC*) sed duplicata utriusque caesurae pentimemericae huius metri sed sicut ante docui (sicut docui antea *B*) syllabam adicientes primae caesurae (prima caesura *B*) est grecum exemplum HNIKꙊ MEN (MHN *B*) BꙊCIΛECHN XOIPIΛCOEN CꙊTIPOIC latinae sic (XOPIꙊCONNTYPOIC latine *B*, est grecum — sic *om. C*) intereunt pecudes stant corpora magna boum (bouum *A*) in qua syllaba finiatur pars (par *B*) orationis necesse est bini dactili (binis dactilis *B*) *ABC. perturbatam codicum scripturam expressit Putschius; parum probabiliter una cum iis quae sequuntur ita emendare studuit Naekius l. c.*, pedes sex. sed exemplis schemata octo doceamus. ponamus igitur schemata quatuor huius metri, sed duplicata utriusque caesurae penthemimericae, sicut ante docui syllabam adiicientes. primae caesurae est graecum exemplum: *ἡνίκα — Σατύροις.* latine sic: inter enim — boum. bini dactyli cum suis syllabis, id est: arma virumque cano, bis; et una syllaba in medio plus, id est, in fine primae caesurae: in qua syllaba finiatur pars orationis necesse est. binis spondeis cum suis syllabis, et

ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν σατύροις,

latine sic,

intereunt pecudes, stant corpora magna boum.

[sed exemplis schemata octo doceamus] ponamus igitur schemata quattuor, sed duplicata utriusque caesurae penthemimericae, sicut antea docui, syllabam adicientes primae caesurae, in qua syllaba finiatur pars orationis necesse est: bini dactyli cum suis syllabis et una syllaba in medio plus, ut ||

arma virumque cano nunc arma virumque cano;

bini spondei cum suis syllabis et una in medio plus, id est in fine primae caesurae,

mox et frumentis est, mox et frumentis;

bini dactyli et bini spondei cum suis syllabis et una plus in medio,

omnia Mercurio dant, dant Musae dulces;

bini spondei et bini dactyli cum suis syllabis et una in medio plus,

exempla vero nos omnia nostra damus;

singuli dactyli et singuli spondei ex utraque parte cum suis syllabis et una syllaba in medio plus,

cuncta tibi nunc do sic carmina te digna;

singuli spondei et singuli dactyli cum suis syllabis et una in medio plus,

Musarum cecini nunc cuncta metra tibi;

dactylus, spondeus, sua syllaba et una altera plus, spondeus, dactylus *et* syllaba,

optima Musarum do metri choerilii;

spondeus, dactylus, sua syllaba et una altera plus et dactylus, spondeus et syllaba,

praecepta memorans de pectore caelesti.

haec sunt schemata metri choerilii. sed ne quis nos imperitiae arguat, quod quattuor schemata praemisimus esse huius metri, sed bina singulae

---

una in medio plus: Mox et frumentis *sqq. transposui verba* huius metri *et* est graecum exemplum — boum. *deinde verba* sed exemplis schemata octo doceamus, *quamquam per se defendi possunt, tamen propter ea quae infra 25 sqq. scripta sunt, tamquam addita ab alio grammatico, seclusi*

1 ἡνίκα] *cf. Naek. Choeril. p. 264* 3 intereunt] inter enim *p*: *Verg. georg. III 368 sq.* 7 una] nulla *ABC* ut arma uirumque cano nunc arma uirumque cano Bini spoñ *C* id est arma uirumque cano bis binis spondei *A* ut arma uirumque cano binis spondeis *B* 10 mox] *Verg. georg. I 150* 11 bini dac̄ et bini spoñ *C* binis dactilis et binis spondeis *AB* 12 omnia] *Verg. Aen. IIII 558* omnia Mercurio similis 13 bini spoñ et bini dac̄ *C* binis spondeis et binis dactilis *AB* *post* plus *dimidia fere versus pars vacua relicta est in B* 15 singulis dac̄ et singul' spoñ *C* singulis dactilis et singulis spondeis *AB* 18 singulis spondeis et singulis dactilis *ABC* una syllaba in medio *B* 20 dactilus spond' *B* dactilo spondeo *A* dac̄ spoñ *C* spondeus dactilus syllaba *B* spondeo dactilo syllaba *A* spoñ dac̄ syllaba *C* 21 musarum do *AC* metrarum de *B* metri *AB* metra *pC* Choerilii *p* choerili *C* cherili *corr.* chorili *B* coherili *A* 22 spondeus dactilus — dactilus spondeus *B* spondeo dactilo — dactilo spondeo *A* spoñ dac̄ — dac̄ spoñ C 25 metri schemata *B* choerilii *C* chorili *B* coherilii *A* ne qui *A* 26 promisimus *C* (uel prae) promisimus *AB* esse huius metri *AB* huius metri esse *C*

caesurae, et exempla posuimus octo, hoc debet scire, quod singulae | caesurae huius metri percussae quaterna schemata habent, inter se tamen copulatae altera quaterna. nam aut quattuor sunt dactyli, ex utraque parte bini; aut quattuor sunt spondei, ex utraque parte bini; aut primi duo || sunt dactyli et duo spondei novissimi; aut duo spondei primi et novissimi duo dactyli; aut in prima parte dactylus et spondeus et in novissima similiter dactylus et spondeus; aut in prima parte spondeus et dactylus, in novissima similiter spondeus et dactylus; aut in prima parte dactylus et spondeus, in novissima spondeus et dactylus; aut in prima *parte* spondeus et dactylus, in novissima dactylus et spondeus. quorum schematum exempla supra tractavi.

Hoc tamen scire debemus, quod ex hoc metro sublata illa syllaba, quae plus ponitur in prima caesura penthemimerica, et secunda caesura remanente integra monoschematista dactylica penthemimerica erit metri elegiaci secundus versus pentameter. quod metrum ideo non est additum in numero specierum metri dactylici, quoniam non est uniforme per singulos versus, sed binos, et quoniam species est speciei, id est metri choerilii, non generis, id est metri dactylici. tamen demus exempla schematum metri elegiaci, quod primum versum habet schematum XXXII: nam heroicum continet, cuius metri schemata supra monstravi. nunc secundi versus schemata * habet, sicut exemplis docebo. secunda vero caesura et ipsa penthemimerica monoschematista est: nam semper duos dactylos habet; prior vero aut duos dactylos, ut est

accipe carmina nunc, Maxime, iussa tua;

aut duos spondeos, ut est

hoc metrum coeptum Simplici iussa tenet;

aut dactylum et spondeum, ut est ||

grammaticus dat haec carmina sic elegi;

aut spondeum et dactylum, ut est

et te, Maxime, nunc gaudet habere deos.

elegiacum metrum dictum est, quod εε sonat interiectionem flentis, et hoc

---

1 octo] UIII° *C* octo bina, *sed deleto* bina *A* UIII bina *B* scire *BC* sciri *pA* 2 in se tamen copulata altera *AB* in se tam̄ copulatę habent altera *C* 5 et duo nouissimi spondei *p* 6 similiter] sit *AC* parte sit *B* 8 similiter] sit *ABC* 9 parte *om. ABC* 11 supra *om. B* 14 integra *om. pA, add. BC* 15 elegiaci] eleagi *B* 16 metri *om. B* 17 id est metri *priore loco om. B* choerilii *C* chorilii *AB* 18 schematum id est metri *ABC* 20 monstraui *pA* monstrauimus *BC* 21 *lacuna, quam indicavi, ita fere suppleri potest,* nunc secundi versus schemata dabimus: prima igitur caesura penthemimerica quattuor schemata habet 23 habet *om. ACp, add. B* aut *om. ACp, add. B* 24 accipiet *p* nunc *om. B* 26 simplici *AC* simplicia *B.* coepto simplice *coniecit Santenius in Terent. Maur. p. 288* 27 dactilicum *B* 28 sic legi *ABC* sicca legi *p* 31 est *om. B* quod ēe sonat *B* quod esset sonat *pA* quod (A) sonat *C* quod ἒἒ sonat *Heinrichius apud Frankium Callin. p. 31*

metro mortuis fletus componebant antiqui vel epigrammata consecrationum, sicut Horatius docet de arte poetica [sic], |

versibus inpariter iunctis querimonia prima,
post etiam inclusa est voti sententia compos.

auctorem vero huius metri, id est elegiaci, alii Pythagoram, alii Ortugen, non nulli Mimnermum dicunt. unde de incerto auctore eleganter Horatius lusit sic,

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

nunc secundum ordinationem supra positam quartam speciem hexametram metri dactylici doceamus, quae est priapeia.

De metro priapeio monoschematisto hexametro. Priapeium metrum monoschematistum est: constat enim spondeo, duobus dactylis, spondeo, dactylo, spondeo, ut est apud Homerum versus ille,

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

inveni et apud Vergilium hac divisione, *in* qua tamen || observandum est ut in utraque versus divisione finita sit pars orationis, ut est illud Vergilianum,

externum tulit aut cruor hic de stipite manat,

et illud alterum,

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

hoc metrum divisum faciet per singulas divisiones suas duo trimetra, de quibus opportunius tractabo.

Nunc quoniam hexametras species quattuor metri dactylici tractavimus, consequens est ut, sicut ordinavimus, de pentametris doceamus.

De pentametro integro acatalecto monoschematisto. Est metrum integrum pentametrum dactylicum, quod semper quinque dactylis constat, quale est exemplum graecum illud,

ΔΕΙΜΟΝΑΜΦΕΑΗΝΕΝΗΠΤΥΩΜΕΝΟΝΩΑΗΤΟ.

latina exempla haec,

---

1 consecratione *corr.* — num *B* 3 versibus] *Hor. a. p. 75 sqq.* prima] primum, *quod est apud Horatium, Plotius quoque scripsisse videtur* 4 uoti *Ba** uotis *AC* 5 alii phitagoram alii ortugen *B* alii pithagoriam (*corr.* — ram *a** pytagorā *C*) quidam ortugen *AC* 6 mimnermum *pA* mineruam *BC* de *om. A, add. pC et in marg. B* 11 priapea *A* 13 est *om. B* duobus dac̄ et spon̄ dac̄ spon̄ *C* duobus dactilis et spondeo dactilo et spondeo *A* duobus dactilis &c spond. dactilis spond. *B* 15 *Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι Scaliger p* ΚΟΙΡΕΤΗϹ ΤΗΜⲁ|ΧΟΝΤΟΚⲁΡⲁΙΤⲰΡΟΙΜΝΕΧⲁΡ|Μⲁ *A* ΡΟΥΡΗΤΕϹΤΕΜⲁΧΟΝΤΟΡⲁΙΤΟΡΟΙΜΕΝΕΧⲁΡΜⲁΙ *B: Hom. Il. I 529* 16 hac] ac *B* in qua *p* qua *ABC* 17 illud Vergilianum *om. C* 18 externum] *Verg. Aen. III 43* manet (a over e) illud *A* 19 iterum *ABC* 20 cui non dictus alex. p. & l. d. *B: Verg. georg. III 6* 21 duo dimetra *ABC: cf. p. 515, 11* 24 est *om. A* 28 ΔΕΙΜΟΝⲁΛⲁΦΕΛΕΝΕΙΠΤΥΟΜΕΝΟΛΕϹΟ (ω over both O's) *B* *Δῆμον ὃν ἀμφ' Ἑλένῃ πεπρωμένον ὤλεσε Scaliger, Δείκελον ἀμφ' Ἑλένᾳ πεπυρωμένον ὤλετο Bergkius poet. lyr. graec. p. 1348 ed. tert., εἰκόνα δ' ἀμφ' Ἑλένας πεπυρωμένον ὤλετο Heckerus apud Bergkium. exhibui corruptam codicis A scripturam*

Italiam sequimur fugientem et volvimur

et

quadrupedante putrem sonitu quatit ungula

et

at tuba terribilem sonitum procul aere *dat.*

huic metro detracta syllaba novissima facit metrum simmium sic.

De metro simmio pentametro monoschematisto. Simmium metrum pentametrum monoschematistum est: constat enim semper quattuor dactylis et quinto pede | disyllabo indifferenti. unde [quasi] quintus pes schemata habet quattuor: nam aut spondeus erit aut pariambus [id est pyrrichius] aut trochaeus aut iambus. de quibus schematibus quattuor latina dabimus *exempla:* nam graecum unum repperi solum, ‖

χαῖρε ἄναξ ἕταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας.

latina exempla haec sunt: quattuor dactyli et spondeus, ut est

fulmine magna Iovis ferit oppida grandi;

quattuor dactyli et pariambus [id est pyrrichius], ut est

ipse pater tuam Iuppiter erige domum;

quattuor dactyli et trochaeus, ut est

culminibus crepitans sonat horrida grando;

quattuor dactyli et iambus, ut est

agricolis dedit omnia dulcia Ceres.

huic metro, id est simmio, metrum aeolicum dactylicum sapphicum contrarium est. nam incipiens a pede disyllabo *quolibet* desinit in dactylos quattuor, sicut exemplis docebimus.

De metro aeolico sapphico pentametro dactylico. Metrum aeolicum sapphicum pentametrum constat, sicut dixi, primo pede disyllabo quolibet, ceteris quattuor dactylis. unde primus pes eius quattuor schemata habet, sic uti simmii metri pes novissimus, quod exemplis latinis quidem quattuor docebimus: nam graecum unum repperi. graecum exemplum hoc est,

---

1 Italiam] *Verg. Aen. V 629* 3 quadrupendante *B: Verg. Aen. VIII 596* 5 et at tuba — aere dat *om. C: Verg. Aen. VIIII 503* procul aere dat ***infra p. 2653,*** procul aere canoro *A* procul aere cit *a*p* procul a. *B* 6 facit metrum simium sic *BC* faciet metrum simium sic *A*. *si verum est* sic, *excidit exemplum metri simmii*, at tuba terribilem sonitum procul aere 7 simmio *pA* SIMIO *B* simmium *pA* simium *BC* 9 disyllabo] syllabo *ABC* syllaba *p* 11 quibus] cuius *ABC* 12 exempla *om. ABC* 13 *χαῖρε ἄναξ ἕταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας p Hephaest. p. 23, 5 ed. Westph.*, XⲀIPEⲀNⲀΞMⲀKⲀPE (PE *om. B*) ZZⲀEⲀCMⲀKⲀPEBⲀC *AB χαῖρε ἄναξ μάκαρ ζαθέας μάκαρ ἥβας Scaliger* 14 haec sunt *A* sunt haec *B* 15 fulmine *Ca* flumine *AB* 16 id est] idem *A* 17 tuam iuppiter *BC* iuppiter tuam *pA* 19 culminibus] *Verg. Aen. V 459* culminibus crepitant, *georg. I 449* iam multa in tectis crepitans salit horrida grando sonat horrida (orrida *A*) grando *AC* s. h. g. *B* 22 simmio *pA* simio *BC* 23 quolibet *om. ABC* in dactilos IIII *C* in dactilicos IIII *B* in dactilos *A* 26 constat *om. pAC, add. B* 28 simmii *pA* simii *BC* 29 graecum *posteriore loco om. B, add. A*

ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα.

latina exempla haec sunt: spondeus, quattuor dactyli, ut est

o regina novam cui condere Iuppiter;

pariambus [id est pyrrichius], dactyli quattuor, ut est

erat Hectoreus tumulus rapidum prope; ||

trochaeus, quattuor dactyli, ut est*

Ceres, magna deum genetrix, Phrygiam regit.

de sapphico aeolico pentametro satis dictum: nunc ad penthemimericum duplex archilochium pentametrum veniamus.

De metro dipenthemimerico archilochio pentametro. Archilochium dipenthemimericum pentametrum constat ex duabus divisionibus penthemimericis monoschematistis: semper enim binis dactylis constant, ut est exemplum graecum,

ἐν δὲ Βατουσιάδης, ἐν δὲ Βατουσιάδης,

latine sic, |

Simplici summe virum, Maxime summe virum.

hoc metrum archilochium pentametrum dactylicum dipenthemimericum ab elegiaco metro hoc differt, quod illud habet primum versum heroicum hexametrum, secundum vero dimetrum penthemimericum, hoc vero solum dipenthemimericum; et quod illud primam caesuram tetraschematistam habet, hoc vero utramque monoschematistam.

De pentametris dactylicis speciebus quattuor satis dictum: nunc ad tetrametras species veniamus, quae sunt numero duae, sicut supra praemisi.

De tetrametro bucolico vel heroico. Tetrametrum bucolicum octo schemata habet. tres enim pedes primi variantur: nam quartus semper dactylus sit necesse est in bucolico tetrametro. || in heroico vero sunt schemata XVI: nam quattuor pedes variantur in tetrametro heroico, sicut exemplis docebimus, de bucolico quidem tetrametro ex libro bucolicorum vel georgicorum, de heroico vero tetrametro de omni corpore Vergilii. tres dactyli, nam quartus *semper* dactylus, *ut*

---

1 ΗΡΑΜΑΝ|ΜΕΝΕΤΩϹΕΕΝΑΤΟΙΚΑΑΙΠΟΚΑ *A* ΗΡΑΝΑΝΜΕΝΕΤΩϹΕΕΕΝΑΤΕΙΠΑ|ΛΗΤΟΡΑ *B* ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν ἆτε πάλαι πόκα *Scaliger p: cf. Hephaest. p. 25, 6 ed. Westph.* 2 haec sunt *A* sunt haec *B* 3 orienā nouam cui c. i. *B: Verg. Aen. I 522* 4 id est pyrrichius *om. C* 7 ceres *C* cere *AB* Core *p. lacunam, qua exemplum trochaei excidit, indicavi* genetrix *C* genitrix *AB* frigia *B* 8 dictum est *pA* 9 archilocium *C* archilogium *A* archiloicum *B* ueniam *ABC* 10 dipenthemimerico] PENTAMEMERICO *AB* 11 dipentamimericum *B* dipentamemericum *A* pentimemericum *C* 12 constat *ABC* 13 exemplum *om. pA, add. B* 14 ΕΝΔΕΒΑΤΤΟΥϹΙΑΑΗϹΗ|ΝΑΕΒΑΤΤΟΥϹΙΑΔΗϹ *A* ΕΝΔΕΒΑΤΤΟΥϹΙΑ|ΑΝϹΕΝΔΕΒΑΤΤΟΥϹΙΑΛΕϹ *B: cf. Hephaest. p. 23, 15 ed. Westph.* 15 sic *om. B, add. A* 16 simplice *C* 17 pentametrum *om. pA, add. BC* 18 elegiaco *BC* eliaco *A* Aeolico *p* 20 tetraschematistam *BC* trischematistam *A* 24 DE EXAMETRO *A* DE HEXAMETRO *B, qui in margine additam habet inscriptionem* 30 semper *om. ABC, add. p* ut *om. ABC*

ulla dolum meditantur, amat bonus;

tres spondei et dactylus, ut

mutabit merces omnis feret;

duo dactyli spondeus et dactylus, ut

quin age siquid habes in me mora;

dactylus duo spondei et dactylus, ut

iudicio nostro tantum tibi;

dactylus spondeus dactylus et dactylus, ut

lenta salix feto pecori mihi;

duo spondei dactylus et dactylus, ut

et longum formose vale vale;

spondeus duo dactyli et dactylus, *ut*

et nobis idem Alcimedon duo;

spondeus dactylus spondeus et dactylus, ut

et me Phoebus amat Phoebo sua.

Sic ergo bucolicum quidem tetrametrum octo schemata habet, quarto pede semper dactylo, ceteris tribus variatis. heroicum vero tetrametrum, quamvis et ipsum quattuor habeat pedes dactylicos, sicut et illud, tamen schemata habet XVI, quoniam quattuor pedes variati XVI schemata faciunt, quod exemplis docebimus. quattuor dactyli, ut

sic tibi nulla dies malum inferat;

tres dactyli | spondeus, ut

Tityre tu patulae recubans sub;

duo dactyli duo spondei, ut

talia saecla suis dixerunt; ||

dactylus tres spondei, ut

candidus insuetum miratur;

quattuor spondei, *ut*

flammarum longos a tergo;

tres spondei unus dactylus, ut

exportant tectis et tristia;

duo spondei duo dactyli, *ut*

mox et frumentis labor additus;

spondeus tres dactyli, ut

---

1 ulla] *Verg. bucol. 5, 61* 3 mutabit] *Verg. bucol. 4, 39* 4 ut *om. BC* 5 quin] *Verg. bucol. 3, 52* 7 iudicio] *Verg. bucol. 5, 18* 9 lenta] *Verg. bucol. 3, 83* 10 duo spoñ dac̄ et dac̄ ut et longum *C* duo spondei dactilus ut et longum *AB: Verg. bucol. 3, 79* 12 ut *om. ABC* 13 et nobis] *Verg. bucol. 3, 44* 15 et me] *Verg. bucol. 3, 62* 16 octo] UIIII *B* 17 pede *om. pAC, add. B* 22 tres dactili dactili spondeus *A* 23 tytire tu patule r. s. t. f. *B: Verg. bucol. 1, 1* 25 talia saecla s. dcf *B: Verg. bucol. 4, 46* 27 candidus] *Verg. bucol. 5, 56* 28 ut *om. ABC, item* 32 29 flammarum] *Verg. georg. I 367* 31 exportant tectis ept. *B: Verg. georg. IIII 256* 33 mox] *Verg. georg. I 150*

saltantis satyros imitabitur;
dactylus spondeus dactylus spondeus, ut
Musa mihi causas memora quo;
spondeus dactylus spondeus dactylus, ut
clamoremque ferunt ad litora;
spondeus dactyli duo spondeus, *ut*
insignem pietate virum tot; *
dactylus spondeus duo dactyli, ut
hinc pecudes armenta virum genus;
spondeus dactylus duo spondei, ut
circum perque duas in morem;
duo dactyli spondeus dactylus, ut
Calchidicaque levis tandem super;
duo spondei dactylus spondeus, ut
contundet moresque viris et.

huc usque de bucolico vel heroico tetrametro: nunc de secunda specie dactylica tetrametra anacreontia componamus.

De metro anacreontio tetrametro dactylico monoschematisto. Anacreontium tetrametrum dactylicum a tetrametro bucolico hoc differt, quod illud quidem octo schemata habet et quartum pedem semper dactylum, ‖ hoc vero monoschematistum est: nam semper tribus dactylis percutitur et quarto pede spondeo. cuius metri exemplum graecum est

ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ,

latinum exemplum hoc,

o mihi praeteritos referat si.

Quoniam de tetrametris dactylicis speciebus docuimus, nunc de trimetris dactylicis doceamus.

De hemidexio trimetro acatalecto dactylico. Hemidexium trimetrum dactylicum, ut quibusdam placet, monoschematistum est, ut semper tribus dactylis percutiatur, negantibus aliquod metrum speciale plus quam unum schema posse recipere imperitissime. nam heroicum cum sit speciale,

---

1 saltantis] *Verg. bucol. 5, 73* 3 Musa] *Verg. Aen. I 8* causas memora quo *A* causas m. q. *B* carissima musae *C* 5 clamoremque] *Verg. georg. I 362* 6 ut *om. ABC* 7 insignem] *Verg. Aen. I 10. lacuna, quam indicavi, exemplum versus ex dactylo, duobus spondeis, dactylo compositi excidit* 9 hinc pecudes] *Verg. georg. IIII 223* 11 circum] *Verg. georg. I 245* 13 calcidicaque *AC* calcidicatque *B* Chalcidicasque *p: Verg. Aen. VI 17* 15 contundet moresque uiris et *AC* contundetq; morū u. & *B: Verg. Aen. I 264* 18 Anacreunicium tetrametrum *A* Anacreontium metrum tetrametrum *B* 20 octo schemata habet et quartum *A* schemata habet UIII habet et quartum *B* schemata habet UIII et quartum *C* 21 est *om. pA* 23 *ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ Scaliger p* NAIMEΛHXAPIECCAXEΛIΔOI *A* NAIMEΛEXAPIECCAXEΛEIΔOI *B: cf. Hephaest. p. 23, 9 ed. Westph. ὕστερον δὲ καὶ Ἀνακρέων τούτῳ τῷ μέτρῳ καὶ ὅλα ᾄσματα συνέθηκεν, ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ* 25 o mihi] *Verg. Aen. VIII 560* 26 trimetris] metris *B*

tamen nullo quamvis imperitissimo contra dicente habet schemata XXXII. ergo et hemidexium trimetrum | dactylicum schemata habet octo, de quibus unum solum ponam. graecum exemplum [hemidexium] quod repperi tribus dactylis constans, ut

ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον.

latinum exemplum [hemidexium trimetrum dactylicum] hoc erit monoschematistum dactylicum, ut

et Chaos et Phlegethon loca.

secunda species trimetri dactylici glyconia nuncupatur, de qua brevissime doceamus.

De glyconio trimetro dactylico. Glyconium trimetrum dactylicum monoschematistum est. constat enim semper spondeo, duobus dactylis, sicut omnibus peritissimis placuit; ut quibusdam || non bene curiosis placet, incipiens a quolibet disyllabo, ut primus pes quattuor schemata habeat et duo pedes schemata CCLVI, ut quivis de trisyllabis pedibus sint, qui sunt octo. graecum exemplum hoc est,

ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δέ,

latinum hoc,

o regina novam cui.

de tertia specie trimetra dactylica breviter componamus.

De pherecratio monoschematisto symptycto. Pherecratium trimetrum, quod quidam symptycton, alii anapaesticum dicunt, monoschematistum est: semper enim spondeo dactylo spondeo percutitur. cuius exemplum graecum est

χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ,

latinum

---

1 schemata XXXV *A* 2 schemata habet UIII *AC* habet schemata UIIII *B* 3 graecum exemplum *A* exemplum graecum *B* hemidexium *et postea* hemidexium trimetrum dactylicum *tamquam ex margine illata seclusi. reliqua neglegentiae grammatici tribui possunt. nam rectius scribendum erat* de quibus unum solum ponam, quod repperi, tribus dactylis constans. graecum exemplum hoc est, ξεῖνε *sqq.* latinum exemplum hoc erit, et Chaos *sqq.* 5 ξεῖνε τὸν Ἀρχεβίου τάφον *Scaliger* ΞΕΙΝΗΤΟΝΑΡΧΕΒΡΟΥΤΑΦΩΝ *A* ΞΕΙΝΕΤΟΝΑΡΧΕΒΡΟΥΤΑΦΟΝ *B* ξεῖνε τὸν *Ἀρχιλόχου τάφον p. partem hexametri ex epigrammate Callimachi petitam esse coniecit Bergkius poet. lyr. graec. p. 1347 ed. tert.* 8 et *priore loco om. A, add. BCa: Verg. Aen. VI 265* 9 de qua *AC* Sed quā *B* 11 DE GLICONIO *B* DE CLINIO *A* Gliconium trimetrum *C* Clinium trimetrum *A* Gliconium metrum trimetrum, *sed deleto* metrum *B* 13 curiosis placet (licet *pAC*) ut primus pes quattuor schemata habeat incipiens a quolibet disyllabo et duo *ABC. transposui verba* incipiens a quolibet disyllabo. *deinde rectius erat* et duo pedes trisyllabi efficiant schemata CCLVI, *qui est numerus schematum versus e primo pede disyllabo quolibet et duobus trisyllabis quibuslibet compositi* 17 ΑΡΙϹΤΩΝ *A: Pind. Ol. 1, 1* 19 o regina] *Verg. Aen. I 522* 21 SIMPTICTO *A* SIMTISTO *B* 22 simticton *ABC: Hephaest. p. 33, 8 ed. Westph.* συμπτύκτοις ἀναπαίστοις anapaesticum] antispasticum *Santenius in Terent. Maur. p. 373* 25 ΧΡΙϹΟϹΑΙΕΟ|ΜΕΝΟΝΗΡ *A* ΧΡΙϹΟϹΑΙΕΟΜΕΝΟΝΠΕ *B: Pind. l. c.*

cessit condere gentem.

his copulatis, glyconio praeposito et pherecratio subiuncto, erit illud metrum hexametrum monoschematistum priapeium, de quo paulo ante monstravi, quod constat prima parte ex glyconio, spondeo duobus dactylis, in novissima vero, sicut pherecratium, spondeo dactylo spondeo,

o regina novam cui cessit condere gentem,
externum tulit aut cruor hic de stipite manat,
cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

* est trochaicum trimetrum habens schemata IIII.

De trochaico trimetro. Trochaicum trimetrum quattuor schemata habet: || duobus enim pedibus variatis | tertium semper trochaeum habeat necesse est. *ex duobus dactylis et trochaeo,*

μή τι φόβονδ' ἀγόρευε,
Oebale quem generasse;

huic contrarium ex duobus spondeis et trochaeo,

et longum formose;

ex dactylo spondeo *et trochaeo,*

quidve dolens regina;

ex spondeo dactylo *et trochaeo,*

insignem pietate.

Huc usque de trimetris: nunc ad dimetra veniamus.

De adonio dimetro sapphico dactylico. Adonium dimetrum dactylicum catalecticum a Sappho inventum, unde etiam sapphicum nuncupatur, monoschematistum *est*: semper enim dactylo et spondeo percutitur,

ὦ τὸν Ἄδωνιν.

unde in sapphici metri conclusione *est cum conclusione* sensus apud Horatium sic,

terruit urbem,
Pyrrha sub antro:

Vergiliana haec,

---

1 condere gentem] *Verg. Aen. I 33* 2 ferecrati *B* 3 ante paulo *C*: *p. 510, 12* 4 ex glyconio] ex clinio *A* dactylis] spond. *B* 7 extremum *corr.* externum *B*: *Verg. Aen. III 43* stipite manat *om. B* 8 cui non] *Verg. georg. III 6* 9 est trochaicum trimetrum habens schemata III *AB*, *om. pC. lacuna, quam indicavi,* quarta species trimetri dactylici *vel simile quiddam excidisse videtur* 11 semper habeat trocheum *C* 12 ex duobus dactylis et trochaeo *om. ABC* 13 *μή τι φόβον δ' ἀγόρευε Gaisfordius* ΜΗΤΙΦΟΒΟΝΔΑΤΟΡΕϹΘ *A* ΜΕΤΙΦΟΒΟΝΔΑΤΟΡΕϹΕ *B* *μητὶ φόβῳ ῥέθος ἄλτο p*: *Hom. Il. E 252* 14 ΟΕΒΑΛΕ *B*: *Verg. Aen. VII 734* 16 et longum] *Verg. bucol. 3, 79* 17 ex *et* et trochaeo *om. ABC, item* 19 18 quidve] *Verg. Aen. I 9* 20 insignem] *Verg. Aen. I 10* 22 DE ADONEO *AB* Adoneum *ABC* 23 inuentum unde etiam *BC* innentum est unde iam *pA* 24 est *om. ABC* 25 ΩΤΟΝ ΑΔΟΝΙΝ *AB* 26 unde est in *C* est cum conclusione *om. ABC*: *cf. Mar. Victor. p. 161, 25. 176, 2* 28 terruit] *Hor. carm. I 2, 4* 29 Pyrrha] *Hor. carm. I 5, 3.* Pyrrha—Iuppiter urbem *om. Ap, add. BC*

Iuppiter urbem,
ora tenebant.

huic metro, id est adonio, addita syllaba faciet metrum hymenaicum.

De hymenaico dimetro sapphico. Hymenaicum dimetrum dactylicum sapphicum monoschematistum est: semper enim duobus dactylis constat, ||

Ὕμεν' Ὑμήναον,
ὦ τὸν Ἀδώνιον,
inde toro pater,
mens sibi conscia.

huic metro acatalecto, id est hymenaico, addita syllaba faciet metrum archilochium penthemimericum, sed simplex.

De archilochio penthemimerico simplici hypercatalecto. Archilochium penthemimericum simplex hypercatalectum monoschematistum est: constat enim semper duobus dactylis et syllaba,

ἐν δὲ Βατουσιάδης,
μῆνιν ἄειδε θεά,
arma virumque cano,
Lydia dic per omnis.

hoc metrum duplicatum faciet archilochium dipenthemimericum pentametrum, de quo paulo ante tractavi.

Hoc tamen scire debemus, quod dactylicum metrum et eius species XVII *ex* quattuor catalexibus unam solam non recipit brachycatalectam.

has tibi dactylici species per carmina metri
bis senas et quinque simul dedit ore Sacerdos.

DE IAMBICO METRO ET EIVS SPECIEBVS XXIII

Iambicum metrum non ut dactylicum | simplex est, sed varium. cuius species sunt infinitae, sed principales || et nobilissimae XXIII hae. pura

---

1 Iuppiter] *Verg. Aen. I 522* 2 oro *A: Verg. Aen. II 1* 3 adoneo *ABC* 4 DE METRO HYMENAICO DIMETRO SAFFICO *B in marg.* 6 *Ὕμεν' Ὑμήναον Ὦ τὸν Ἀδώνιον Bergkius poet. lyr. graec. p. 911 ed. tert.*, ΥЄϹΖЄΡΥ|ΜΗΝΙΟΝ ΤѠΝ ᴀΔѠΝΙΟΝ *A* ΥЄϹϹЄΡΥΙᴀ|ΗΝΙΟΝѠΤΟΝᴀΔΟΝΙΟΝ *B υἷες Ἐρινnύων, ὦ τὸν Ἀδώνιον Scaliger μήνιον τὸν καλυδώνιον p. in priore versu Bergkii emendationem recepi, quamquam scribi potuit ὦ ὑμενήιον, ficto a grammatico exemplo. nam alterum exemplum, e versu Sapphonis supra p. 516, 25 citato fictum esse videtur* 8 inde] *Verg. Aen. II 2* 9 mens] *Verg. Aen. I 604* 10 acatalecto *pA* catalecto *BC* 11 pentamemericum *A* pentamericum *B* pentimemericum *C* 12 PENTAEMEMERICO *A* PENTAMEMERICO *B* 13 pentamemericum simplex *A* pentamericum metrum simplex *B* 15 *ἐν δὲ βατουσιάδης* et *μῆνιν ἄειδε θεά p* ΘΝᴀЄΒᴀΤΟΥϹΙᴀΔΝΟϹΜΚ|ΝΙΝΛЄΙΔΘΘЄᴀ *A* ΝᴀЄΒᴀΤΟΥϹΙᴀΔЄΟϹΜΡΝΙΝΛЄΙΔЄΘЄᴀ *B* 18 Lydia] *Hor. carm. I 8, 1* omnis *AC* omnes *B* 19 dipentamemericum *AC* dipentamimericum *B* 20 de quo *BCa* de qua *A* paulo ante] *p. 512, 10* 22 ex *om. ABC* 24 dedit *AC* aedit *B* 25 ET HIUS SPECIEBUS XXXIII *B* 27 Hę pura *B* Haec pura *pAC. nomina specierum metri iambici viginti et trium, quae post* hae *ponenda fuerunt,*

iambica trimetra, quae archilochia nuncupatur, quae solos iambos recipit et raros spondeos.

De puro iambico trimetro archilochio acatalecto. De hoc metro, id est puro iambico trimetro archilochio, exempla graeca haec sunt,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;

et

ἰὼ Κάικε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί,

latina haec,

ibis liburnis inter alta navium

et

paratus omne Caesaris periculum.

huius pedibus [id est iambici metri] ideo additus est pes spondeus, ut eius velocitas tardaretur. sic enim Horatius de metro iambico docet in libro qui inscribitur de arte poetica,

syllaba longa brevi subiecta vocatur iambus,
pes citus:

postea de eodem

non ita pridem,
tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
spondeos stabilis in iura paterna recepit.

Est et tragicum iambicum et comicum iambicum et clodum iambicum, quod hipponactium nuncupatur. scanduntur autem pedibus quinque, dactylo spondeo iambo tribrachy anapaesto. hoc tamen observare debemus, quod in prima parte et tertia et quinta hi pedes quinque reperiuntur; in secunda vero et quarta parte (nam de sexta nulla ratio est, quoniam in omni metro pes novissimus indifferens est), illos ponere debemus, qui ex brevi incipiunt, iambum tribrachyn anapaestum. ‖ sic Horatius de arte poe-

---

sicut in dactylico metro p. 502, 7 factum est, a grammatico omissa sunt, cum, antequam singulas species inde a dimetro tractaret p. 520, 2 sqq., de diversis trimetri generibus praeciperet

1 nuncupatur *B* nuncupantur *pAC* quod solos *ABC* 4 IAMBICO *A* IAMBO *B*. *inscriptionibus versuum iambicorum septem usque ad trimetrum catalecticum p. 521 numeri I—VII additi sunt in B* 5 *πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε ἰὼ Κάυκε Μύσιαί τ' ἐπιῤῥοαί Scaliger* ΠΑΤΕ|ΡΑΚΑΜΒΑΠΟΤΟΝΕΟΡΑϹΟΤΟΔΕϾΤΙΟ|ΝΟΚΑΕΙΚΕΜΥϹΙΑΙΤΕΠΡΡΟΑΤ *A* ΠΑΤΕΡΑΙΚΑΜΒΑΠΟΤΟΝΕ·ΦΡΑϹΟΤΟΔΕϾΤΙΟΝ·ΚΙΛΕΙ|ΚΥΕΜΥϹΙΑ·ΙΤΕΝΡΡΟΑΙ *deleta Υ littera priore loco B Πάτερ λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε Ἔπος; τίς σὰς παρήειρεν φρένας p. duos Archilochi versus saepe a grammaticis citatos (fr. 92 Bergk. poet. lyr. p. 558 ed. tert.) addito v. ἔπος continuaverat Putschius. posteriorem, qui est Aeschyli (fr. 139 Nauck trag. graec. fragm. p. 35), post Scaligerum restituit Nauckius in actis academiae Petropolitanae a. 1860 p. 265* 9 ibis] *Hor. epod. 1, 1. 3* 12 huius pedis id est iambici *pAC* huius pedes idē et iambici *B* additus est *BCa* additur est *A* 13 enim *om. C* 14 qui inscribitur *pA* qui scribitur *BC* 15 syllaba] *Hor. a. p. 251* 17 postea de eo *pAC* post eadeo *B*. *an* postea de spondeo? *Hor. a. p. 254* 20 stabiles *C* iniuria *A* recepit *pC* recipit *AB* 25 ratio] *fortasse* quaestio. 27 tribrachin *AC* tribrachiū *B*

tica propter iambum pedem, '*non ut de sede secunda cederet aut quarta*', id est non permittens spondeo partem secundam vel quartam. sextae partis ideo non fecit mentionem, quoniam, sicut ante dixi, de pede novissimo nulla ratio est. notandum tamen est quod frequenter docuimus excepto dactylico et eius speciebus cetera omnia metra per dipodian vel syzygian scandi, sicut ipse Horatius docet, 'non ut de sede secunda cederet aut quarta socialiter', id est sociatus et copulatus cum altero de illis scilicet quattuor, quos supra docui cum spondeo in | iambicum metrum convenire. distant tamen inter se hae species iambici metri, quas supra posui, usu pedum. nam in tragico, ut altius sit, spondei frequenter ponuntur. est enim rés tumida tragoedia. sic Horatius,

indignatur item privatis ac prope socco
dignis carminibus narrari cena Thyestae,

id est humili et vili sermone [hoc est comica]. nam frequenti iambo res tragica dici non debet. in comico vero iambico frequentiores iambi, anapaesti vel tribrachi debent poni, quia res comica, id est urbana et laeta, velociori pronuntiatione per breves pedes est componenda. clodum vero, id est hipponactium, in ceteris quidem quinque simplicibus pedibus simile est tragico quam comico iambico, in novissimo vero ab ambobus discrepat. nam ante novissimam syllabam non ut illa brevem habet, sed longam. ||

De hipponactio clodo trimetro acatalecto iambico ananio. Hipponactium trimetrum clodum percutitur sicut iambicum trimetrum archilochium comicum vel tragicum, sed paenultimam syllabam longam habet contra illorum rationem, quae brevem habent. exemplum clodi hipponactii hoc est,

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,

latinum,

---

1 non ut] *Hor. a. p. 257* sede *om. AB, superscriptum exhibent Ca** 2 permittens *pA* permutans *BC* uel quartam *BC* aut quartam *pA* 3 partes *corr.* partis *B* quoniam *BC* quia *pA* 4 tamen sit quod *ABC* docuimus omnia metra excepto dactilico (dactilo *A*) et eius speciebus cetera omnia metra *ABC: cf. p. 500, 27* 6 ipse *om. pA, add. BC* non] Nam *B* sede *om. A, add. B et superscriptum C* 7 cum alter de illis scilicet quattuor quod *ABC* 8 cum spon *et deinde* conuenire *C* (t *superscr.*) in *om. B* 10 posuit *B* 12 indignantur *corr.* — atur *A: Hor. a. p. 90* 13 caena tyehe *B* 14 hoc est comica *C* (o *superscr.*) hoc est comico *p. seclusi verba ex interpretatione verborum* socco dignis carminibus, *ut videtur, relicta* nam *om. pA, add. BC* 15 iambico] iambo *B* 17 uelociori *BC* uelociore *pA* per breues est pedes componenda *C* 18 vero] autem *B* simplicibus quinque *B* 19 similior est *p. fortasse* potius simile est: *cf. Hephaest. p. 18, 19 ed. Westph.* ab *om. B* 20 ut illa *p* ut illā *A* ut illam *BC* habeat *B* 24 syllabam *om. pA, add. BC* 25 rationū *B* hipponacti *AB* 27 *ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω Scaliger p* ΑΚΟΥCΑΤΤΙΠΠΟΩΑΚΤΟCΟΥΤΑΡΑ ΚΗΥΩ *A* ΑCΟΙΚΑΙΠΠΟΑΡΤΟ|CΟΙΤΑΡΑΚΗΝΟ *B* 28 latine *ABC*

latina trado carmina sic Sacerdos.

Crescit autem iambicum metrum a dimetro usque ad tetrametrum et catalexis recipit totas, id est quattuor, quamvis ausi sint multi et pentametra et hexametra iambica componere. de quibus omnibus exempla ponemus.

De dimetro catalectico iambico anacreontio. Dimetrum catalecticum anacreontium heptasyllabum *fit* hoc modo,

ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι,
πάρεστι γάρ, μαχέσθω,
oblivionem sensit.

deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum, ideo catalecticum.

De acatalecto dimetro archilochio. Acatalectum archilochium dimetrum | iambicum fit syllaba addita anacreontio dimetro catalectico, ut est

τίς σὰς παρήειρε φρένας; ‖
o b l i v i o n e m s e n s i b u s,
A n a c r e o n t a T e i u m.

De dimetro acatalecto clodo hipponactio. Hipponactium dimetrum acatalectum clodum iambicum fit hoc modo, cum paenultima syllaba pedis quarti simplicis longa sit, cum [iambico] deberet esse brevis,

χαῖρε ὦ Λεσβία Σαπφώ,
salve o Lesbia Sappho.

---

1 latina trado carmina hic sacerdotis *Scaliger*, latina trado carmina haec Sacerdos sic *coniecit ten Brink Mnemos. v. III p. 334* 3 catalexin *B* multi pentametra *B* 6 DE METRO CATALECTICO *AB* 7 fit *om. ABC* hoc modo ΟΜΕΝΟΕΛΟΜΜΑΧΕCΟⲁΙΝⲁΡΕCΤΙΤⲁΡΜⲁΧΕCΟΝ | deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum | obliuionem sensit ana creo tenius DE CATALECTO DIMETRO AR|CHILOCIO *B* hoc modo ΟΜΕΝΟΕ|ⲁѠΝΕΜⲁΧΕCΟⲁΙΠⲁΡΕCΤΠⲁΡ|Μⲁ-ΧΕCΟΝ deest enim una syllaba ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum DE CATALECTO TRIMETRO ARCHILOCIO *A* hoc modo dissoluebat haec crines. Item obliuionem sensit anacreon. Deest enim una syllaba plena ut sit dimetrum plenum ideo catalecticum *C*. *Anacreontis versus restituit Scaliger*, *recepit Putschius. latinum exemplum, quod omitti non poterat*, oblivionem sensit, *ex BC addidi, quamquam dubitari potest, utrum illud genuinum, an ex iis quae sequuntur falso huc translatum sit. nam* dissoluebat haec crines *in C interpolatori debetur.* anacreo tenius *autem in B ex margine illatum esse videtur, siquidem* Anacreo Teius *pro dimetro catalectico poni a grammatico vix potuit* 13 addita syllaba *B* 14 *τίς σὰς παρήειρε φρένας Scaliger* ΤΙCCⲁ ΚΡⲁ|ΡΘΦΡΟΕ ΝΕ *A* ΤΙCCⲁΚΡΡⲁ|ΡΗΙΡΕΦΡΟΕΝΕ *B* *τὶ μακρὰ δὴ φρονεῖς τάλαν p. versus quem Putschius exhibuit vulgo inter Archilochi fragmenta (fr. 108 Bergk poet. lyr. p. 714 ed. tert.) receptus est. Scaligeri emendationem indicaverat Kiehlius Mnemos. v. III p. 228* 15 obliuionem sensibus *AB* obliuionem sensit *C: Hor. epod. 14, 2* 16 Anacreonta Teium *Gaisfordius* anacronteius *vel* anacrenteius *A* anacreunteus *corr.* anacrenteus *B* anacreontes. Item serena lux micat polo *C: Hor. epod. 14, 10* 17 DE DIM. — HIPPONACTIO *in marg. B* 18 catalectum *C* 20 ΧⲁΙΡΕΟⲁΕΖΕΒΙCⲁ|ΦΦѠ salueo lesbia saffo *A* ΧⲁΙΡΕΟⲁΕΖΕΒΙΖⲁΦΦΡΟ salueo lesbia saffo *B* ut saluco lesbia saffo *C* *χαῖρ' ὦ Λεσβία Σαπφώ* Salve Lesbia o Sappho *Scaliger* *χαῖρ' ὦ σὺ λεσβικὰ Σάπφω* salveto Lesbia sappho *p. Putschii*

De alcmanio trimetro brachycatalecto coluro. Trimetrum iambicum brachycatalectum colurum, quod alcmanium nuncupatur, percutitur sic, cum novissimus pes, id est tertius, debens et ipse, sic uti duo ante se, quattuor habere syllabas duas habeat, ut est

ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος,
relapsus atque notus in vultus.

huic si addiderimus alterum pedem disyllabum iambum, erit trimetrum iambicum purum acatalectum archilochium, de quo paulo ante tractavi,

ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος βαθύ,
relapsus atque notus in vultus honor,
beatus ille qui procul negotiis.

De trimetro catalectico iambico. Trimetrum catalecticum iambicum fit hoc modo, cum una syllaba deest ut sex pedes iambici binis iunctis trimetrum faciant, ut est

ΑΝΤΩΤΙΜΟΥϹΑΠΡΟϹΙΜΗϹΟΝ ||

[hic enim cum una syllaba in fine deest, catalecticum fecit esse non trimetrum iambicum, ut est]

---

scripturam secutus versum Diphili comici e comoedia Sappho citari coniecit B. ten Brink Philol. v. XIII (a. 1858) p. 608. sed utrumque versum a grammatico, cui vitia metri tribuenda sunt, fictum esse apparet

1 DE ALCMANICO *AB* 2 alcmanicum *C* sic cum] sicū *B* 3 et ipse sicuti *BC* sicut et ipse *A corr.* et ipse sicut *a* 5 *ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος Scaliger* ἀΚΡΕϹΜΕΝΟ|ΥΚΕϹΕϹΤΙΝΟΙΔΙΧΗΟϹ *A* ἀϹΚΙϹΜΕΝΟΥΚΕϹΕϹΤΙΝΟΙΛΙΧΝΟΧ| *B μέλει φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ (Aesch. Sept. c. Theb. 287) p* 7 adderimus *A* trimetrum] metrum *C* 9 ἀϹΚΡΕϹΜΕΝΟΥΚΕϹΕϹ|ΤΥΝΟΥΔΙΧΝΟΧΒἀΘΕ *A* ἀϹΚΡΙϹΜΕΝΟΙΚΕϹΕϹΤΙΝΟΥΔΙΧΝΟϹΒΕΕ *B ἀκὶς μὲν οὐκέτ' ἐστὶν οὐδ' ἴχνος βέλους Scaliger Ἄσκρες μὲν οὐκ ἔσεστι μοὶ λύχνος βαθύς p ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστί μοι, λίγδον δ' ἔχω Bergkius poet. lyr. p. 731 ed. tert., ubi ψυχὴν δ' ἔχω Hartungius griech. Lyr. v. V p. 93, ἀσπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστί οἱ διαὶ χερός Emperius opusc. philol. p. 308. eundem versum citari. de quo quinque pedes supra positi erant, certum est; de ipsis verbis non constat* 10 relapsus] *Hor. epod. 17, 18* 11 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 12 DE METRO CATALECTO *AB.* VIII *pro* VII *in marg. adscriptum est in B* iambicum *om. BC, add. pA* 13 sex] est ex *A corr.* sex *a* 14 ut est *om. A* 15 ἀΝΤΩΤΙΜΟΥϹἀ|ΠΡΟΙΜΗϹΟΝ *A* ἀΝΤΩ|ΤΙΜΟΥϹἀΠΠΟϹΛΛΗϹΟΝ *B. ἀντῳδὴ κωτίλλουσα προσλάλησον et infra* 522, 4 *ἀντῳδὴ κωτίλλουσα προσλαλησάτω coniecit Scaliger, qui spondeum in secunda sede neglegentiae grammatici tribuisse videtur, Ἀντωνίνῳ τι μοῦσα προσύμνησον μέλος Terhaertus apud Gaisfordium, Ἀντωνίῳ τί οὐ πρόσεστι Μοῦσα; et Ἀντωνίῳ τί οὐ πρόσεστι Μοῦσά σοι; ten Brink Philol. v. VIII (a 1853) p. 589, Ἀντώνιός τις Μοῦσα προσφιλὴς ὤν et Ἀντώνιός τις Μοῦσα προσφιλέστατος Bergkius poet. lyr. p. 732 ed. tert., qui de Antonio Musa medico versum dictum esse voluerunt. ἀγώνυμόν τι Μοῦσα πρὸς λάληθρον et ἀγώνυμόν τι Μοῦσα πρὸς λαλίστατον M. Schmidtius Zeitschr. f. Gymn. Berolini 1855 p. 220, αἰτῶ τι, Μουσα, πρός σ' ἀδμῆτος αὐγῆς Emperius opusc. philol. p. 308, ἀντωπὸν ὅττι Μοῦσα πρός μ' ἐλέξατο infra Hartungius griech. Lyriker p. 93* 16 hic enim — iambicum ut est, *quae inter graecum et latinum exemplum non recte interposita sunt, pro iis quae sequuntur,* hic enim si fuerit *sqq., olim scripta, deinde alieno loco posita esse videntur*

setosa duras exuere pellis.

huic enim si fuerit addita in fine syllaba, fiet archilochium, de quo paulo ante tractavi,

ANTONINOTIMOYCAΠPOCAΔMI
s e t o s a d u r i s e x u e r e p e l l i b u s,
πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
i b i s l i b u r n i s i n t e r a l t a n a v i u m.

De paliambico comico trimetro acatalecto. Paliambicum comicum trimetrum acatalectum fit hoc modo, primo pede | anapaesto, secundo iambo, tertio dactylo, tribus iambis. sed novissima syllaba indifferens: invenitur enim pyrrichius, qui per communem syllabam finit partem orationis [poterit pro iambo accipi],

Δίδυμός ποθ' ἡμῖν περιτυχὼν ὁ μουσικός,
Didymus cares musice poeta lumine.

De hipponactio trimetro ananio clodo acatalecto. Hipponactium ananium clodum trimetrum iambicum acatalectum fit hoc modo, cum novissimus pes disyllabus a longa incipiat, cum deberet a brevi, ut iambus sit, non spondeus vel trochaeus, ut est exemplum hoc,

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,
ὦ Κλαζομένιοι Βούπαλός τε κἄθηνις, ||

---

1 duras exurat (exuere *a** exurat *C*) pelles *AC* duras exurat pellis *B* duris exuere pellibus *p: cf. p. 527, 13* 2 hic *ABC* in fine addita *BC* 4 ἀNTONINOTIMO|YCἀΠPOCἀΔMICἀTOC duris exuere pedibus *A* ἀNTONINOTIΛIOXCἀΠPOCἀΛECἀTOC (ω above) duris exuere pellibus *B* duris exuere pellibus *et in marg.* hor̄ setosa duris exuere pellibus *C: Hor. epod. 17, 15* 6 *πάτερ λυκάμβα ποῖον ἐφράσω τόδε Scaliger p* ΠἀTEPἀYKἀMBἀPOICONE|ΦPἀCOTOΔE *A* ΠἀΠHPἀINἀMBἀPOICOCUIEΦPἀCUTODH *B*

7 ibis] *Hor. epod. 1, 1* 8 DE PALIAMBICO AMICO TRIMETRO Paliambicum *B* DE PALIMBACHIO COMICO TRIMETRO Palimbicum (Palimbacchicum *p*) *Ap* Paliambicum *C. paliambicum metrum, quod ab aliis commemoratum non inveni, si verum est nomen, hoc esse voluit grammaticus, in quo post alios pedes primo et tertio loco constanter adhibitos positi essent iambi. palintrochaicum incerta significatione est infra p. 530, 2* 9 acatalecticum *AC* catalecticum *B* secundo iambico *B* 10 syllaba est indifferens *C* 11 poterit pro iambo accipie (*deleta, ut videtur,* e *littera) B* et potest pro iambo accipi *C, om. A.* pro iambo accipio *Gaisfordius. an* invenitur enim pyrrichius et poterit pro iambo accipi, qui per communem syllabam finit partem orationis?

13 *Δίδυμός ποθ' ἡμῖν περιτυχὼν (περίτυχεν p) ὁ μουσικός Scaliger p* ΔIΔIMOC|ΠOΘHMINΠEPYTYXNOMOYCIKOC *A* ΛYΛYMOCΠOΘHMINΠHPITPYXNOMO|YCIKOC *B* 14 didimus kares musicae poeta lumine *AB* dedimus kares musica poeta lumine *C* Didymus carens lumine poeta musicae *Bergkius poet. lyr. p. 732 ed. tert.* 19 ἀKOYCἀTΠPωNἀKἀTOCOYἀPἀἀNKωKἀἀZOMENIOIBOYΠἀἀOCKἀTEINE *A* ἀKOICἀTΠPωNἀKἀTOCOYἀPἀ·ΛHKOKἀἀZOMENIO|YBOYNἀΛOCKἀΘHINE *B* *Ἀκούσαθ' ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. Ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ βουπάλῳ κατηρῶντο p. posteriorem versum e Tzetzae scholiis in Lycophr. v. 436 (Hippon. fr. 11 Bergk poet. lyr. p. 754 ed. tert.) Putschius recepit. veram scripturam collato Iuba apud Rufinum p. 2712 restituit Bergkius l. c. Βούπαλον κατέκτεινα coniecerat B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 74 et Iub. fragm. p. 27*

non usitatas inferam positiones,
cares amore castitas incendenti.

De duplici clodo hipponactio trimetro acatalecto. Duplex clodum hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quattuor syllabae sint longae, ut est exemplum hoc,

ἀναξίως ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ,
senes quod omnes rideant cunctos canos.

hic enim pes novissimus quattuor suas syllabas longas habet, *πταίων κώλῳ*, cunctos canos.

De amphicolo hipponactio trimetro acatalecto. Amphicolum hipponactium [clodum] *trimetrum acatalectum* fit hoc modo, cum ex utraque parte iambici trimetri, prima et novissima, clodum sit metrum. in prima clodum est, cum in secundo loco debente poni iambo vel tribrachy vel anapaesto spondeus vel dactylus ponatur, sic et in novissima, quale est hoc exemplum,

ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν,
vos istaec intro auferte abite iam nostri.

nam aecin secundus pes spondeus est, cum deberet unus esse de his qui a brevi incipiunt iambicis, *sic* et novissimus. ideo amphicolum, *quod* ex utraque parte, quod *ἀμφί* graece dicitur, clodum sit, quod Graeci *χωλόν* vocant. |

---

2 cares amore (amores *B*) castitas incendenti *ABp* caras amores astitas (*corr.* cares amore castitas) incendenti *C*. *fortasse* carens amore castitas iuventutis 3 *inde a duplici clodo hipponactio trimetro usque ad finem libri inscriptiones versuum et metrorum omnium in B omissae sunt, spatio tamen vacuo relicto* 5 sint *BC* sunt *pA* 6 *ἀναξίως ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ Bergkius Hippon. fr. 44 poet. lyr. p. 764 ed. tert.*, ἀΝἀΒΙΟϹΠΑΔΝΗΤΙΡΙΡΟϹΠΤἀΙωΝΚωἀω *A* ἀΝἀΒΙΟϹΙΤἀΔΗΝΤΙΡΡΟϹΠΙΑΙΟΝΚωΛω *B* *ἀναβιῶσα ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ p*, *'Αναξίβιος ἀκμῆτι προσπταίων κώλῳ Meinekius poet. choliamb. p. 121, ἀνὰ μὲν ἔβωσ' ἀδμῆτι προσπταίων πώλῳ B. ten Brink Philol. v. VI p. 52* 7 senes *AC* senon *B*: *Hor. epod. 5, 57* senem, quod omnes rideant, adulterum Latrent Suburanae canes 8 syllabas suas *B* *πταίων p* ΠΠωΝ *A* ΙΤΤΙωΝ *B* 11 trimetrum acatalectum *om. ABC.* clodum *autem a Plotio, qui* amphicolum, *nisi potius* amphicholum *scripsit, a χωλός derivari voluit, addi non poterat* 12 trimetri] metri *ABC* 16 *ὁ Κιθαιρὼν Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν Meinekius choliamb. poet. p. 130*, ΟΚΙΕἀΡΡωΝἀΙΔΙΟΙΟϹΙΝΕΝΧΟΡΟΙϹΒἀΧΧωΝ *A* ΟΚΙΟΑΡΡΟΝΛΙΔΙΟΙΟϹΙΝΕϹΧΟΡΟΙϹΒἀΧΧωΝ *B*. *ὁ χαίρων Λυδίοισιν ἐν χοροῖς βακχῶν coniecit Gaisfordius, ὁ Κιθαιρὼν εὐίοισιν ἐν χοροῖς Βακχῶν Emperius mus. Rhen. v. I (a. 1842) p. 457 et opusc. philol. p. 154 ὢ Χῖε χαίρων Λυδίῳ χορῷ Βάκχων B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 43* 17 nos isthaec *pC* uos ista haec *B* uos ita haec *A*: *Terent. Andr. I 1, 1* vos istaec intro auferte. abite, Sosia 18 nam aec inscdš pes sponds̄ est *B* nam haec in secundus pes spondeus *A* nam hic est secundus pes spoñ *C* nam haec in secundo pede spondeus est *p* esse unus *B* 19 iambicis *C* iambici *AB* sic *om. ABC* quod *priore loco om. ABC* 20 amphi grece dicitur clodum sed quod greci ΧΟΛΟΝ uocant *A* ἀΜΦΙ graece dicitur clodum sed quod graeci ΧωΛωΝ uocant *B* amphi grece dicitur clodum quod greci ΧωΛΟΝ uocant *C*

De tetrametro iambico brachycatalecto coluro. Tetrametrum brachycatalectum colurum fit hoc modo, cum novissimus pes debens habere syllabas quattuor duas habeat, ut est ||

ὁ Πύθιος μεσομφάλοις θεὸς παρ' ἐσχάραις,
post insepulta membra differant lupi mali.

hic enim unus pes disyllabus deest ut sit tetrametrum plenum acatalectum. miurum dicitur, quod minus sit, quod Graeci μι dicunt, *in* coda, id est novissima parte, quam Graeci οὐράν vocant. sic et colurum, quod sit κολοβόν, id est curtum, ἐν τῇ οὐρᾷ, id est in coda, in fine.

De tetrametro catalectico comico. Comicum tetrametrum catalecticum fit hoc modo, cum novissimus pes tres habeat syllabas, debens habere quattuor,

δίκαιός ἐστιν ὁ φθόνος, τὸν γὰρ φθονοῦντα δάκνει,
indormit unctis omnium cubilibus malignus.

hic enim una syllaba deest ut sit integrum tetrametrum acatalectum, de quo breviter doceamus.

De tetrametro acatalecto iambico * Tetrametrum choricum hypercatalectum fit hoc modo, cum in locis quidem paribus pedes iambici trisyllabi ponuntur incipientes a brevi, hoc est tribrachys et anapaestus, et in novissimo aut bacchius a brevi *aut* amphibrachys propter novissimam syllabam indifferentem; in locis vero imparibus iambici disyllabi, aut iambus aut spondeus, ut est

multos Helena viros lepida suo subigit amore pulchro ||

et

recte Phrygia magnae Cereris adit genua sibi benigna,

---

3 syllabas quattuor *AC* IIII syllabas *B* habeat *BC* habet *pA* 4 ὁ πύθιος μεσομφάλιος θεὸς παρ' ἐσχάραις *p* ΟΡΙΘΙΟCΜΕΝΟΜΦⲁⲁΟΥΟΕCΠΛ|ΡΕCΧΔⲁ-ΡⲁΙC *A* ΟΡΙΟΙΟCΜΕ|ΝωΜΦⲁⲁωΥΘΕCΠⲁΡΕCΧⲁⲁΡⲁΙC *B*. μεσομφάλοις *Bergkius poet. lyr. p. 1348 ed. tert.* μεσομφάλου *est in libris infra p. 526, 18,* ἐσχάραις *infra p. 525, 14* 5 post] *Hor. epod. 5, 99* lupinali *A* 7 miyrum *B* MIOYPŪ *C* morum *A* ·MI· dicunt CODAIDES nouissima pars *A* M̄I dicunt coda ides nouissima pars *B* MI dicunt CΟΔΛ id ÷ nouissima pars *C* μείον dicunt, coda, id est nouissima parte *p* 8 colorum *A* quod sit ΚΟⲁΟΒΟΝΙΔΕC curtument ΟΥΡⲁ *A* quod sit ΚΟΛΟ-ΒΟΝΙΔΕC curtum ΕΝΘΗΟΥΡⲁ *B* quod sit ΚΟΛΟΥΡΟΝ id ÷ curtum ΕΝΤΗΟΥΡΛ *C* 9 in cauda *C* 10 CATALECTO *A* 11 tres] tris *BC* 13 ΟΦΕΟΝΟCΤΟΝ-ΚⲁΡΦΕΟΝΟΥΝΤⲁΔⲁΚΝΕΙ *B* δάκνει] ⲁΔΚΝΕΤ *A* 14 indormi cunctis *AB* indormit cunctis (l'unctis) *C* indormis cunctis *p*: *Hor. epod. 5, 69* indormit unctis omnium cubilibus malignis *p* 15 chatalectum *A* 17 *lacunam, qua definitio tetrametri acatalecti cum inscriptione tetrametri hypercatalecti excidit, indicavi: cf. p. 526, 1* coricum *BC* corium *A* chorium *p* 20 aut bachius a breui amphibrachis *A* antibacchius (antibachius *B*) a breui amphibrachis *BC*. bacchium *Plotius dixit pedem ex duabus longis et una brevi p. 539, 11* antibacchii *autem nomine usus non est, sed* palimbacchium *dixit pedem bacchio contrapositum p. 499, 7* 21 iambici dissyllabi *BC* disyllabi iambici *A* aut iambi aut spond' *B* 23 helina *AB* lepida *pA* tepida *BC* 25 Cereris] ceteris *B* benigne *corr.* — na *B*

εἴδω τρυφερόν, εἴδω μελιχρόν, εἴδω ἀπαλόν, εἴδω ἄγαλμα,
cantas nimium, volas nimium, cessas modicum, erras hirundo,
ὁ μῦς διέφαγε τὴν παγίδα, τυροῦ λεπίδα κακῶς μασᾶται,
mones, Helene, vates Phrygie fatis solite veris moveri.

De tetrametro brachycatalecto clodo *vel* episcazonte trimetro. Tetrametrum clodum brachycatalectum, | quod et episcazon trimetrum nuncupatur, fit hoc modo, cum quartus pes debens esse tetrasyllabus duas habeat syllabas, ideo brachycatalectus; clodus propterea, quod ipsum pedem novissimum disyllabum debens habere iambum habeat spondeum,

Ἑρμῆ μάκαρ καθ' ὕπνον οἶδας ἐγρήσσειν,
non ut superbas invidae Carthaginis arces.

hoc a miuro tetrametro, de quo paulo ante tractavi, ideo differt, quod illud novissimum pedem iambum habet, mali, hoc vero spondeum, arces, illud *σχαραις*, hoc *γρησσειν*.

De tetrametro perfecto acatalecto clodo. Tetrametrum acatalectum clodum fit hoc modo, cum quattuor pedes iambicos tetrasyllabos habeat, sed octavum disyllabum spondeum pro iambo,

ΑΝΑϹϹΑΘΝΑΤΩΠΚΟΝΑΑΧΟΥϹΑΡΙΟΡΟΝΙΝϹΟΥ
parumne campis atque Neptuno superfusum dextris.

---

1 *Εἴδω τρύφερον, εἴδω μελιχρὸν, εἴδω ἀπαλὸν, εἴδω ἄγαλμα p* ЄΥΔѠΤΡΥΦЄΡΟΝЄ|ΥΛΟΜЄΝΧΡΟΝЄЄΥΛΟΛΤⲁⲁΝⲁЄΥⲁ|ΟⲁΤΛⲁΜΛ *A* ЄΥ (ΛѠ *add. in marg.*) ΤΡΥΦЄΡΟΝЄΥΛѠ|ΜЄΝϹ (*deleta* Ϲ *littera*) ΧΡΟΝΧЄΥΛѠⲁΤⲁΛΜЄΥΛѠΛΤⲁΛΜⲁ *B. fortasse λαλῶ* 2 cantas nimirum *A* erras *BC* herras *deleta* h *littera A* at erras *p* 3 ΟΜΙϹⲁΙЄΟⲁΤЄΤΗΝΠⲁΤΙⲁⲁΤΥΡΟ|ⲁЄΠΙΚⲁΚѠЄΜⲁΝΜⲁΝΗΤⲁϹ *A* ΟΜΥϹΔΙЄΦΛΤЄ|ΤΗΝΠΛΤΙΚⲁΤΙΡΟΛЄΠΥΚⲁΚѠϹΜⲁΜΜⲁ·ΝΗΤⲁΙ *B. ὁ μῦς διέφαγε τὴν παγίδα τυροῦ, ἀφ' οὗ κακῶς μάλα μαίνεται ex exemplo Vossiano adscripsit Gaisfordius hoc secutus posui quod versus postulabat, quamvis verba in exemplo a grammaticis, ut videtur, ficto incerta sint* 4 Helenae *pC* heline *B* helinę *A* frigie fatis solite *B* Phrygiae fatis solitae *pAC* 5 clodo episcazonte *A* clodo episcazo *p* 6 episcazon *C* epicazon *B* piscazon *A* 9 habeat spond' *B* habet spondeum *pAC* 10 ЄΡΜΗ|ΜⲁΚⲁΡΚⲁΘΥΠΝΟΝΟΙΔΛϹЄΤΡΗϹ|ϹЄΙΝ *A* ЄΡΜЄΜⲁΚⲁΡΚⲁΤΙΙΤΝΟΝΟΙΔΛϹЄΤΡΗϹϹЄΝΙ *B Ἑρμῆ μακάταθ' (μακάρταθ' voluit) ὃς καθ' ὕπνον οἶδας ἐκρήσσειν p Ἑρμῆ μάκαρ, τὺ γὰρ (vel τὺ καὶ) κάτυπνον οἶδας ἐγρήσσειν (vel ἐκπρήσσειν) Meinekius poet. choliamb. p. 131, Ἑρμῆ μάκαρ, κάτυπνον οἶδας ἐκπρήσσειν B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 64 errorem de tetrametro tribuens Plotio. μακάρτατε ultima syllaba producta grammaticus pro μάκαρ, quod in versu Hipponactis invenerat, scripsisse videtur, ut tetrametrum efficeret* 11 non ut] *Hor. epod. 7, 5* non ut superbas invidae Carthaginis Romanus arces ureret: *cf. p. 528, 10* inuidae (ae *in litura C*) carthaginis *Cp* inuidia carthaginis *A* inuidia parthacinis *B* 12 a miuro *pC* a muro *A* a miro *B* ideo] in eo *p. fortasse* eo 14 illud ЄΧⲁΡⲁΤЄ hoc ΤΡΗϹϹЄΙΝ *A* illud ϹΧⲁЄⲁΙϹ hoc ΤΡѠϹЄΙΝ *B*, *om. Cp* 16 hoc modo *om. pAC, add. B* iambicos tetrasyllabos *C* iambicos et tetrasyllabos *AB* 18 ⲁΝⲁϹϹⲁΘΝⲁΘѠΤΙΚΟΝ·ⲁΧϹΟΥϹⲁΡΙΡΟΝΙΝϹΟΥ *B Ἄνασσα θνατῶν κοινὰ μοῦσα* ΡΙΟΡΟΝ *λίσσον p. corrupta verba sic, ut in A scripta sunt, exhibui* 19 Parum necambis *A* Parumue campis *p: Hor. epod. 7, 3* Parumne campis atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis

hoc a tetrametro acatalecto, de quo supra docui, hac ratione differt, quod in illo novissimus pes disyllabus || a brevi incipit, in hoc a longa: in illo iambus, *θαγαρ*, enim, eos, in hoc spondeus, ΑΙϹϹΟΥ, dextris.

De cinaediambico tetrametro brachycatalecto. Tetrametrum cinaediambicum brachycatalectum fit hoc modo: duos primos pedes iambicos tetrasyllabos habebit, tertium hexasyllabum ex tribrachy et dactylo constantem, quartum vero trisyllabum, sed a brevi incipientem, aut anapaestum aut amphibrachum,

ΤΑΧΥϹΕΜΕΤΛΜΤΥΧΗΒΙΟΤΟΝΜΑΙΝΕΤΕΠΡΟΒΑϹΑ

fractosque remos differat zephyrus arduus verendus.

De satyrico tetrametro coluro. Tetrametrum satyricum colurum est quod constat spondeo iambo spondeo tribrachy et tribus iambis, ut sit tetrametrum brachycatalectum,

τὸν Πύθιον τὸν Δήλιον ὃν ἔτασσε † *βίχορος*,

Musae Iovem laudate et agiles choros date.

hoc a tetrametro brachycatalecto miuro, de quo supra docui, hac ratione distat, quod illud quartum pedem simplicem disyllabum habet, | hoc vero trisyllabum tribrachyn: in illo *φαλοις*, bradif, in hoc *λιονον*, teeta.

Secundum rationem metri iambici huc usque extendi metrum iambicum deberet, a dimetro usque ad tetrametrum, quamvis Horatius usque ad trimetrum praeceperit, cum de sexto pede vel septimo iambico nullam fecerit mentionem. sed quoniam multi || ausi sunt et pentametra et hexametra et heptametra et octametra iambica facere, de his quoque brevis-

---

1 quod anullo *B* 2 incip̄. in hoc alonga *C* incipit quod in hoc a longa *AB* in illo iambus ΟᾺΡΤᾺΡ enim eos in hoc spondeus ᾺΙϹϹΟΥ dextris *A* in illo iambus ΘᾺΤᾺΡ enim eos in hoc spond's ᾺΥϹΟΙ. dextras *una littera post* I *deleta B* in illo iambus enim eos in hoc spondeus *λίσσον* et dextris *p*, *om. C*. *θαγαρ* enim eos *ad tria exempla tetrametri iambici acatalecti in lacuna, quam indicavi p. 524, 17, omissa pertinent* 4 DE CINAEDHMBICO *A* cinediambicum *A* cinaediiambicum *B* cinedi iambicum *C* 6 constantem *pA* consonantem *BC* 7 anapaestum] *immo* antibacchium, *quem* bacchium a brevi *Plotius dixit supra p. 524, 20* 9 ΤᾺΧΥϹΕΜΕΤᾺΜΤΙΧΗΒΙΟϹΤΟΝΜᾺΙΝΗΤΗΠΡΟΒᾺϹᾺ *B* *ταχύ σε* ΛΕΥΤΑΜΤΥΧΗ*βιοτον* ΜΑΙΝΕΤΕ *πρόβασα p*. *verba sic, ut in A scripta sunt, exhibui* 10 fractosque *Ca** fractoque *AB*: *Hor. epod. 10, 5* Niger rudentes eurus inverso mari Fractosque remos differat deferat, *in marg.* differat *C* zephirous *B* 14 *τὸν πύθιον τὸν δήλιον ὃν ἔτασσε βίχορος p* ΤΟΝΠΙΘΙΟΝΕΟΝΔΗΛΙΝΟΝΕ|ΓΛϹϹΕΒΙΧΟΡΟϹ *A* ΤΟΝΠΥΤΙΟΝΤΟΝΔΕΔΙΟΝΟΝΗΤᾺϹϹΕΒΙϹΤΡΟϹ *B* *ὃν ἔτης σέβει χορός Isaacus Vossius apud G. I. Vossium instit. poet. II 35, 10 p. 124* 15 et agiles date choros *Marius Victorinus p. 82, 12*, etiam agiles choros date *G. I. Vossius l. c.* 16 miuro *pC* inuiro *A* miro *B* 18 tribrachin in illo ΦᾺᾺΟΥΒRADIFI· hoc aio ΝΟΤΕΕΤΑD Secundum *A* tribrachim in illo ΦᾺΛᾺΛΟΥΒΚᾺΔΙΦΙΜ· hoc ᾺΙΟΝΟΘΕ & Secundum *B* tribrachin et secundum *C* tribrachym in illo Secundum *p*: *cf. p. 524, 4* 19 huc usque *p* hoc usque *ABC* metrum] trimetrum *B* 20 Horatius] *a. p. 251 sqq.* 22 ausi sunt *B* ausi sint *pAC* 23 eptemetra et octometra *A*

sime doceamus. metri iambici schemata, sicut quibusdam placet, sunt numero MMXLIIX; sicut ratione colligimus, CCCXX.

De pentametro catalectico iambico. Pentametrum catalecticum iambicum tale est: quattuor pedes iambicos tetrasyllabos habet, quintum trisyllabum pro tetrasyllabo, ut

qua tristis Orion cadit quietiusve nec feratur aequor.

hoc potest dividi in dimetrum acatalectum archilochium, de quo supra docui,

ΦΑΒΘΥΑΟϹΘΟΘΙΑΘΥϹ

frangit trementes ilices,

et in trimetrum catalecticum, de quo similiter supra tractavi,

nec sidus atra nocte amicum apparet,
setosa duras exuere pelles.

De hexametro iambico catalectico. Hexametrum iambicum catalecticum tale est, quinque pedes iambicos tetrasyllabos recipiens et sextum trisyllabum,

nam qualis aut Molossus aut fulvus Lacon, amica vis
pastoribus, per altas.

hoc divisum facit dimetrum acatalectum,

parata tollo cornua,

et tetrametrum catalecticum,

---

2 numero MMXLIIX, *sed* IIX *in litura A*, numero $\overline{\text{MM}}$LXLII *BC. numerum schematum hoc loco indicatum ad octametra pertinere apparet, quamquam qua computatione ille effectus sit non constat. trecenta et viginti autem schemata, quae ipse grammaticus posuit, tetrametri acatalecti esse voluit* collegimus *ABC* 3 catalecto *A* catalecticum *BC* catalectum *A* 5 ut *Αἴτωλος ἀνὴρ ὑψόθεν* Qua tristis *p graeco exemplo dimetri acatalecti* (*Pind. Ol. 3, 21*) *pro eo quod in codicibus post* docui *scriptum est interposito* 6 qua tristis orion candit quietiusue nec feratur aequor *AB*, *dimidia versus parte post* candit *vacua relicta in B*, qua tristis orion cadit quietiore nec feratur equore, *sed* dit *et* ore *in litura C: Hor. epod. 10, 10* 9 ΦΔΒΟΥΛΟϹΕΙ|ΘϹΘΙΛΟΙϹ *ultima littera prioris versus* I *vel* C *abscisa B*, *om. p. dedi scripturam codicis A. ἄβουλος ἦσθ' ὦ Ἴλιος Schneidewinus coniect. crit. p. 141, ἄβουλος εἷς σὺ σῷ φίλῳ B. ten Brink Mnemos. v. III* (*a. 1854*) *p. 280, ἄβουλος ἐς φίλους θεός Kiehlius ib. p. 228, ἄβουλος ἦσθεὸ σφαλείς Emperius opusc. philol. p. 308, φαγηλὸς* (*vel ῥαβδοῦχος*) *ὡς Θεσινίοις Bergkius Archil. fr. 105 poet. lyr. p. 713 ed. tert., πρόβουλός ἐσθ' ὁ Λεώφιλος Hartungius griech. Lyr. p. 110* 10 fragitrementes ilicest *AB*, *viginti fere litterarum spatio in fine versus in B relicto*, ut frangitrementes ilicem (t, s *superscr.*) *C: Hor. epod. 10, 8* 12 nec sidus] *Hor. epod. 10, 9* amicum apparet *p* amicum est et *superscripto* apparet *C* amicum est *AB* 13 setosa] *Hor. epod. 17, 15: cf. p. 522, 1* exuere *p* exuerant *ABC* 15 recipiens *AB* recip̄ *C* 17 nam qualis] *Hor. epod. 6, 5. spatia complurium litterarum ante* nam *et deinde ante* 20 parata *et ante* 528, 1 qualis *in B vacua relicta sunt, quod indicio esse potest ante latinos versus olim graeca exempla scripta fuisse* molosus *ABC* falcus *B corr.* fuluus *b* 19 hoc diuisum metrum catalecticum *AB* hoc diuisum metrum catalecticum facit ut *C* 20 parata] *Hor. epod. 6, 12*

qualis Lycambae spretus infido gener Bupalo. ‖

De heptametro acatalecto iambico. Heptametrum acatalectum septem integros pedes iambicos tetrasyllabos habet, ut

minusve languet fascinum, quod ut superbo provoces
ab inguine, ore adlaborandum est tibi.

hoc divisum poterit acatalectum trimetrum et acatalectum tetrametrum facere, quorum supra exempla tractavi.

De octametro catalectico iambico. Octametrum catalecticum fit septem | pedibus iambicis tetrasyllabis, *octavo trisyllabo,*

non ut superbas invidae Carthaginis Romanus arces
ureret intactus aut Britannus*.

hoc quoque divisum facit tetrametrum integrum acatalectum et tetrametrum catalecticum, de quibus supra docui. hoc tamen scire debemus, quod praeter heptametrum cetera supervacua, hoc est pentametrum hexametrum octametrum, catalectica sunt; solum vero heptametrum acatalectum. nullum tamen de his quattuor aut brachycatalectum aut hypercatalectum poterit reperiri. species iambici metri, quas nunc dedi, viginti tres sunt, sicut exempla tradunt.

DE METRO TROCHAICO ET EIVS SPECIEBVS XI

Trochaicum metrum in prima quidem parte et tertia et quinta pedes recipit duos, trochaeum et tribrachyn, in secunda vero et quarta et sexta vel novissima quinque recipit pedes, trochaeum tribrachyn anapaestum spondeum dactylum vel amphimacrum ‖ propter novissimam syllabam indif-

---

1 quales cambe spretus infido gener bupalo *A* qual' iambus est petrus gener bupalo *B* ut quales (*corr.* -is) [ly] cambespretus infido gener [b] bupalo *C: Hor. epod. 6, 13.* Bupalo, *quod nomen ex sequente apud Horatium versu petitum est, a grammatico in fine versus catalectici positum esse parum probabile est.* gener aut acer *vel* gener inultus *scribere potuit* 4 minusuelanguet fascinum *A* minusue distringet langet fuscinum *B* minusue distringet languet fascinum *C: Hor. epod. 8, 18* superbo] super *B* 5 ore laborandum *AB et superscripto* ad *C* ore allaborandum *p* 6 hoc diuisum poterit acatalectum trimetrum et acatalectum tetrametrum facere quorum C, *ubi in margine post* facere *adscriptum est* aut acer hostis, *quod ad Horatii versus supra* 1 *citatos pertinet,* hoc diuisum (diuidi *p*) poterit in (in *om. B*) acatalectum trimetrum et (et *om. B*) acatalectum tetrametrum quorum *ABp* 7 exempla supra *B* 8 DE OCTOMETRO CATALECTO *A* catalectum *BC* 9 octavo trisyllabo *om. ABC* 10 non ut superbas inuidiae cartaginis romanus arche surgeret intactus aut britannicus *A* non ut superius inuidiae cartaginis romanus arces ureret intactus aut brittannus *B* ut non ut superas (*corr.* superbas) inuidie (*corr.* -de) carthaginis romanus arces [e] ureret intactas aut brittannus [ut] *C: Hor. epod. 7, 5: cf. p. 525, 11. lacunam, qua unus pes iambicus tetrasyllabus excidit, indicavi:* intactus aut Britannus ut descendat *vel* intactus aut descenderet Britannus *scribi potuit* 14 quod *om. pAC, add. B* ceteras superuacuas *C* hexametrum octametrum *om. A, add. a in marg.* 16 aut hypercatalectum *om. pAC, add. B* 19 XI *in inscriptione om. A* 23 propter] . . . ter *corr.* praeter *C*

ferentem. unde schemata habet CCLXXXVIII. crescit tamen a dimetro usque ad tetrametrum.

De anacreontio trochaico dimetro acatalecto. Trochaicum anacreontium dimetrum acatalectum est quod constat trochaeis quattuor, qui iuncti faciunt dimetrum acatalectum, ut

aura veris et favoni.

De euripidio dimetro catalectico. Trochaicum dimetrum catalecticum euripidium fit una syllaba a superiore metro sublata.

De dimetro catalectico clodo trochaico. Trochaicum dimetrum catalecticum clodum fit hoc modo, cum paenultima syllaba debens brevis esse longa sit, ut

Gratiae decorae stant.

De dimetro brachycatalecto coluro ithyphallico. Trochaicum dimetrum brachycatalectum colurum, quod ithyphallicum dicitur, fit | tribus trochaeis; ideo colurum brachycatalectum, quod duae syllabae desunt in fine, ut sit dimetrum integrum acatalectum,

ΜΗΜΕΤΩΛΕΦΕΙΤΕ
pauperum tabernas.

ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero patri φαλλόν, id est fascinum virilem, ἴθυνον, id est ciebant, dicentes εἴθε μ' ἰθύφαλλε. nunc de trimetris trochaicis breviter doceamus. ||

De trimetro catalectico trochaico. Trimetrum catalecticum fit, cum quinque pedes sint trochaici et una syllaba, ut est

Faunus immolare sive malit † se.

De trimetro catalectico *clodo*. Trimetrum catalecticum clodum est tale, quale superius, sed paenultima syllaba longa pro brevi,

οἱ θεοὶ τὰ κοινὰ Ταντάλῳ δόντες,

---

1 C̅C̅I̅LXXXVIII *B* CCDXXXVIII *ut videtur corr.* CCIXXXVIII *C* 2 usque ad tetrametrum *BC, sed litterae* que ad tetr *in litura C,* usque ad altera metrum *pA* 4 faciunt iuncti *B* 5 achatalecticum *A* 6 ut aura *(prius* a *in litura)* ueris et fauoni *C* aura (uira *A*) ueneris et faboni *AB: Hor. carm. I 4, 1* grata vice veris et favoni 7 DE EURIPIDO DIMETRO CATALECTO *A* 8 euripidium *A* euripidum *B* euripideum *pC* a *om. BC, add. pA. deinde exemplum metri euripidii omissum est* 9 catalectum *pA* 12 Gratiae] *Hor. carm. I 4, 6* Gratiae decentes decore stant *B* decores stant *A* 13 BRACHICATALECTICO *A* 14 quod ythipalicū|tium dr̄ *B* 15 desunt *Gaisfordius* sunt *ABC* 16 achatalecticum *A* 17 ΜΗΜΕΤΩΛΕΦΕΙΤΕ *A* ΜΗΜΕΙ·ΤΩΑΕΥΤΕ *B μή με λιπεῖτε p μή με δὴ λιπῆτε Gaisfordius. fortasse μή με τῷδ' ἐφῆτε* 18 pauperum tabernas *pC* pauperum tabernai *ut videbatur A* pauperum taberna *B: Hor. carm. I 4, 13* 19 libro *A* 20 *ἴθυνον*] ΙΕΥΝΟΝ *B* ΕΙΘΑΜΕΕΙΘΥΦΑΜΕ *A* ΕΙΘΑΜΕΕ|ΟΘΥΦΑΝΕ *B* ΕΙΘΑΜΕΕΙΘΥΑΝΕ *C* 21 de *om. B* 24 Faunus] *Hor. carm. I 4, 11* nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, seu poscat agna, sive malit haedo *fortasse* sive malit hoc 25 clodo *om. A, add. p* catalectum *B* 27 ΟΘΕΟΙΤΑΑΟΙΝΑΙΤΑΝΤΑΑΟ|ΙΟΔΟΝΤΕϹ *A* ΟΘΕΟΙΤΑΛΟΙΝΑΙΤΑΝΤΑ|ΜΟΙΟΛΕΝΤΕϹ *B οἱ θεοί τ' ἄποινα (τὰ λοιπὰ Gaisf.) Ταντάλῳ δόντες p Gaisfordius. versus inter Hipponactis fragmenta vulgo receptus (poet. chol.*

arma ferte, date tela celata.

De trimetro brachycatalecto *coluro* chorio palintrochaico. Trimetrum brachycatalectum colurum chorium palintrochaicum fit, cum quinque pedes trochaici metri ponantur, debentes esse sex, ut sit trimetrum acatalectum,

immemor struis domos severas.

De tetrametro catalectico. Tetrametrum catalecticum trochaicum fit, cum septem pedes trochaici metri ponuntur et syllaba,

non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi.

De tetrametro coluro *brachycatalecto* trochaico. Tetrametrum trochaicum colurum brachycatalectum fit hoc modo, cum septem pedes soli trochaici metri ponuntur, cum debeant poni octo,

hic superbum Tantalum convivam Iovis alti.

Ausi sunt quidam excedere tetrametra trochaica et pentametra facere, de quibus per exempla tractemus. ||

De pentametro catalectico trochaico. Pentametrum catalecticum fit, cum novem | pedes disyllabi trochaici ponuntur et una syllaba,

continente ripa quid quod usque proximum revellis agrum hunc.

De pentametro coluro brachycatalecto. Pentametrum brachycatalectum colurum fit novem integris positis pedibus trochaicis. in coluro enim semper duae syllabae desunt ut sit metrum acatalectum integrum,

in sinu ferens deos et uxor et vir sordidasque vestis.

Hoc tamen notemus, quod una sola species in trochaico metro acatalecta reperitur, dimetra anacreontia, de qua prima specie supra tractavi. ceterae aut catalecticae sunt aut brachycatalectae: nam hypercatalectae nullae sunt.

---

ed. Meinek. p. 131, poet. lyr. ed. Bergk p. 777 ed. tert.) non dubito quin a grammaticis fictus sit. οἱ δὴ θεοὶ τἄποινα Ταντάλῳ δόντες Hipponactem scripsisse coniecit B. ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 76

1 arma] *Verg. Aen. IIII 394* ferte citi flammas date tela inpellite remos 2 coluro *om. A* 3 colurum chorium palintrochaicum *A* colurum corium parintrochaicum *B* colurum corioralicum trochaicum *C* 4 esse VI *C* sex *AB* trimetrum] metrum *A* 5 immemor struis *p* inmemor eruis *A* immemor ruis *una littera ante* ruis *deleta C* in mortuis *B*: *Hor. carm. II 18, 19* inmemor struis domos domos *BC* domus *pA* 7 pedes *om. A*, *add. a* 8 non os eburne caurcas *B* N̄ os ebur nec aureas *C*: *cf. Hor. carm. II 18, 1. 3. 7* mihi *om. C* 9 brachycatalecto *in inscriptione om. A* Tetrametra *B* 12 hic] *Hor. carm. II 18, 36* hic superbum Tantalum atque Tantali genus conuiuas *ABC*. *rectius erat* magni Iovis convivam 13 quidam ausi sunt *B* et *om. AB*, *add. C* 17 continente] *Hor. carm. II 18, 22* continente — revellis agri terminos reuelles *B* agrum hunc *B* agrum agrum hunc *p* (*AC?*) 18 brachycatalectum] catalecticum *ABC* 19 pedibus integris positis *C* 20 acatalectum] catalecticum *ABC* 21 in sinu] *Hor. carm. II 18, 27* ferens *p* flens *A* fens *B* ferentes *C* sordidasque uestis *A* sordidas uestis *et in marg.* q, *B* sordidasque uestes *C* sordidosque natos *p* 22 specie sint trochaico *B* 24 ceterae aūt (*h. e.* autem) *B* catalecte *BC* brachicatalecticae *A* 25 hypercatalecta nulla sunt XI de trochaico *ABC*. *duos trimetros trochaicos restitui. nam a trimetro Plotius in definitione trochaici metri profectus est*

undecim *sunt* de trochaico fonte rivi,
quos habemus supra titulis bene refusos.

Ex hoc metro, trochaico scilicet, et iambico constat metrum saturnium, quod mixtum est. ideo nec inter species iambicas posui nec inter trochaicas. constat autem ex iambico dimetro catalectico hipponactio amphicolo et tribus trochaeis, id est ithyphallico. quo metro usi sunt Euripides et Callimachus et apud nos Naevius sic [de metro saturnio. saturnium compositum vel mixtum ex iambico metro et trochaico, iambico dimetro amphicolo hipponactio catalectico et trochaico dimetro brachycatalecto ‖ ithyphallico, hoc est tribus trochaeis. composuit Naevius hoc modo]. 'ferunt pulchras creterras'. huc usque hipponactium amphicolum dimetrum catalecticum iambicum est. nam quod sequitur trochaicum dimetrum brachycatalectum ithyphallicum tale est, 'aureas lepistas': novissima syllaba indifferens. totus versus sic,

ferunt pulchras creterras aureas lepistas

et

malum dabunt Metelli Naevio poetae

et

trahuntque siccas multas machinae carinas.

DE METRO ANAPAESTICO ET EIVS SPECIEBVS XIIII

Anapaesticum metrum pedes recipit | quattuor, anapaestum spondeum dactylum proceleumaticum, et est schematum CXXIIX: catalexin tamen habet [id est finem] ab ionico maiore vel molosso. crescit tamen a dimetro usque ad tetrametrum.

De dimetro catalectico. Anapaesticum dimetrum catalecticum fit hoc modo, dactylo spondeo dactylo†

---

2 supera *A* refusos *BC* rufos *pA* 4 est *om. AB, in marg. in initio versus add. C* nec inter species (iambico posui nec inter *in marg. add. b*) trochaicas *B* 5 ex iambo *pA* 6 amphiloco, *sed* loco *in litura A* trochaicis *ABC* 7 Euripides *Santenius in Terent. Maur. p. 353*, cyrides *AC* cyridus *B* Choerilus *cod. Scalig. 37: cf. Caes. Bass. p. 265, 14* apud Euripidem et Callimachum et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus meuius sic *ABC* neuius sic *a** Naeuius *p. quae sequuntur,* De metro saturnio — 10 Naevius hoc modo, *ex superioribus neglegenter repetita sunt* 10 ithipalico *B* stipallico *A* stipallico *corr.* ytipallico *C* neuius *BC* maenius *A* 11 puleras *B corr.* pulchras *b* creterras *AB* crateras *C* hoc usque *A* 12 cataleeticum *a* catalectum *A* acatalecticum *BC* 13 brachicatalecticum *C* ithipalicum *B* stipallicum *A* ytipallicum *C* 14 novissima — lepistas *om. C* 15 craterras *p* crateras *codex Cusanus* 17 metelling | (uio poetae et trahuntque siccas multas machinae *in marg. add. a*) carrinas *A* 19 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 20 XIIII] XII *A* 21 anapaestum] anapaesticum *B* 22 schematum (schematicum *A*) CXXIIX *AB* schematum CXXII *C* tamen *priore loco in litura a** 26 dactilo spondeis dactilo *ApC* dact. spond. dact. *B. dimetrum catalecticum, cuius et definitio et exemplum in libris corruptum est, ita descripserat grammaticus, ut una syllaba in fine addita dimeter acatalectus, qualem postea posuit, efficeretur. quod ita restitui potest,* dactylo, spondeo, pyrrichio, dactylo, sidera pulcherrima sidera

sidera pulchra pulchra sidera.

huic addita syllaba faciet dimetrum acatalectum.

De dimetro acatalecto. Anapaesticum dimetrum acatalectum constat pedibus his, dactylo, spondeo, anapaestis duobus. latinum exemplum melius est,

iam tibi Mars in genibus recubans. ‖

De dimetro dipygno hypercatalecto. Anapaesticum dimetrum dipygnum hypercatalectum fit hoc modo, dactylo, spondeo, duobus dactylis, syllaba,

tu fueras formose puer fueras.

De trimetro acatalecto simplici. Trimetrum anapaesticum acatalectum simplex fit hoc modo, duobus anapaestis, spondeo,

Lacedaemona pastor flens.

De dimetro acatalecto simplici. Anapaesticum dimetrum acatalectum simplex duobus anapaestis constare debet,

tribuit mihi lex.

De proceleumatico tetrametro acatalecto. Anapaesticum tetrametrum proceleumaticum *acatalectum* constat tribus proceleumaticis et quarto anapaesto,

moreris asine, moreris asine vapulans.

De tetrametro acatalecto pleno proceleumatico. Plenum proceleumaticum tetrametrum fit quattuor proceleumaticis plenis | positis,

id agite, peragite celeriter itinera.

hoc ideo evenit in anapaestico, quoniam *in* dactylico contrario eius spondiazon evenit purus, qui contrarius est proceleumatico.

De tetrametro acatalecto pleno archigenio. Tetrametrum anapaesticum

---

2 acatalecticum *B* catalecticum *pAC* 3 DE DIMETRO ACATALECTO ANAPESTO Dimetrum achatalectum *A* Dimetrum acatalectum *C* imetrum catalectum *B* 4 duobus *om. ABC*, *add. a*p* latinum exemplum melius est *om. C* 6 mars ingenitus *BC* marsim genitus *A. an* Mars in gremio? 7 .napaestum *B* dipignum *BC* δίπυκνον *p. fortasse* dizygum 10 DE TRIMETRO CATALECTICO SIMPLICI Trimetrum anapesticum catalecticum fit *A* imetrum (Dimetrum *b*) anapaesticum catalecticum simplex fit *B* Trimetrum anapaesticum catalecticum simplex fit *C*. *trimetrum acatalectum simplex dixit grammaticus versum dimetrum brachycatalectum, in quo quartus pes deest* 13 trimetrum acatalectum *AC* trimetrum catalectum *B* 14 tribus anapaestis *ABC* 15 ut tribuit mihi lex bona hec *C*. bona haec *addidit interpolator, postquam* trimetrum *et* tribus anapaestis *falso scriptum erat* 16 CATALECTO *A*. *acatalectum versum esse voluit grammaticus supra p. 452, 21; tetrametrum proceleumaticum catalecticum dixit Marius Victorinus p. 99, 5* 17 acatalectum *om. ABC* proceleumatis *B* 19 moreris] memor eris *priore loco pA*. ὄνος ὄνος ἀπέθανε τίνι τίνι θανάτῳ *supra p. 452, 24* 21 fit tetrametrum *ABC* quattuor] tribus *B* 22 peragite *om. A*, *add. a* celeriter *pA* celerate *BC: cf. Mar. Vict. p. 101, 21* itenera *B* 23 hoc ita euenit in anapaestico quomodo in dactylo *p: cf. p. 500, 21* qm̄ dactilico *B* quō dactilico *C* quō dactilo *A* spondeiazon *A* spondeazon *C* spondaizon *B* 25 acatalecto] CATALECTO *A*

plenum acatalectum, ‖ quod archigenium nuncupatur, quattuor puris anapaestis componitur,

Chaos et Phlegethon loca nocte silent,
Boreas pelago fervido crepitans.

De tetrametro brachycatalecto aristophanio duplici. Tetrametrum brachycatalectum duplex aristophanium fit dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, tribus anapaestis et syllaba,

quidve dolens sic Veneris natus calamos calidos tibi mittit.

De tetrametro hypercatalecto diodorio simplici. Tetrametrum hypercatalectum simplex diodorium fit una syllaba addita metro archigenio, de quo paulo ante tractavi. illud enim quattuor anapaestos solos accipit, hoc et syllabam,

Lalagen coleres specie rationis.

De tetrametro miuro simplici. Tetrametrum miurum simplex fit hoc modo, archigenii metri novissimo pede anapaesto iambo facto, id est tribus anapaestis et iambo constat,

lapides mare turgidum eluens.

inter miurum et colurum et catalecticum hoc interest. miurum est, cum novissimi pedis prima syllaba tollitur, ac si pro anapaesto iambum ponas: colurum, cum novissimi pedis duae syllabae novissimae tolluntur, ac si pro proceleumatico ponas pyrrichium. catalecticum contrarium est miuro: nam novissimi pedis novissima syllaba tollitur, ac si pro dactylo trochaeum ponas. brachycatalectum hoc est quod et colurum. acatalectum vero integrum est. | hypercatalectum unam syllabam plus accipit, ac si pro trochaeo dactylum ponas. ‖

De pentametro anapaestico catalectico simplici. Fecerunt multi etiam pentametra anapaestica, quae constant quattuor anapaestis et pyrrichio, id est pariambo,

tuba terribilem sonitum procul aere dat.

De tetrametro brachycatalecto laconico duplici. Hoc metrum laconicum constat dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, duobus anapaestis et

---

3 Chaos et Phlegeton *p* Sed flegeton *AB* ut illa sed flegeton *C: Verg. Aen. VI 265* et Chaos et Phlegethon loca nocte tacentia late silent et boreas *C* 4 fervido] tumido *p.* fervido *prima syllaba correpta dixit Plotius, sicut p. 536, 13* servate 8 quidve] *Verg. Aen. I 9* quidve dolens regina deum sic *om. B, superscriptum in C* calidos calamos *B* 9 DIODORO *A* 11 tractauimus *B* 13 lalagen (ut legan *C*) coleres speciosae rationi *BC* lalagen colore (colere a^*p) speciosae rationi *Ap* 15 architenii *A corr.* archigenii a^* archirenii *B* iambico facto *ABC* 17 eluens *pA* elucens *B* elucens (t superscr.) *C* 20 tolluntur *BC* tollantur *pA* 21 pro *ante* procel. *om. B* 22 trochaeum *BC* spondeum *pA* 23 quod colurum *C* 24 syllabam plus *BC* plus syllabam *pA* 25 ponas *B* ponamus *pAC* 26 multi etiam *pA* et multi etiam *BC* 29 tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 30 laconium *B* 31 anapaesto spondeo *om. pA, add. BC*

spondeo. trahitur enim ab aristophanio tetrametro brachycatalecto, de quo paulo ante monstravi, quod constat dactylo, spondeo, anapaesto, spondeo, tribus anapaestis et syllaba. sed sublata syllaba novissima et novissimo anapaesto in spondeum mutato fit *metrum* hoc laconicum [ante],

quidve dolens sic Veneris natus calamos calidos armas.
Quamvis poteras titulis scire numerum istum, tamen
anapaesto pede bis senae sunt species et species una.

DE CHORIAMBICO METRO ET EIVS SPECIEBVS XVI

Choriambicum metrum quamvis de pede composito constet, tamen simplex est, incipiens a choriambo, desinens in dactylum vel palimbacchium vel in talem, qualem catalexis exegerit [sed simplicia catalectica]. ||

De dimetro catalectico choriambico. Choriambicum dimetrum catalecticum fit hoc modo, *choriambo et dactylo vel amphimacro,*

ἰσοπόνοι μείρακες,
quaesieris scire hoc.

De dimetro acatalecto phrynichio. Choriambicum dimetrum acatalectum, quod phrynichium nuncupatur, incipit a dispondeo et desinit in | choriambum vel in hippium, id est epitritum, primum propter novissimam syllabam indifferentem,

cantantes nunc deficiunt.

De trimetro catalectico. Trimetrum catalecticum fit duobus choriambis et amphimacro,

dive potens Aeoliae insulae.

---

3 et nouissimo uno anapaesto *pAC* 4 in spondeo mutato fit hoc metrum laconico (*corr.* — cum) *B* ut ante *C*. *in B unius versus spatium post* ante *relictum est* 6 quauis *B* ex titulis *p* 7 species et species una *C* species et nan *A* species est una *B*. *duos tetrametros anapaesticos Plotius posuisse videtur. quorum alterum ita, ut in C scriptus est, exhibui; alter, qui rectius post illum ponitur, ita fere scribi potest,* quamvis poteras supra scriptis titulis scire numerum istum. *nam scire ultima producta grammatico condonandum est* 8 SPECIEBUS XVI *A* speciebus XXI *p*
10 a choriambo *C* a choriamboco *corr.* — bico *B* a choriambico *A* balimbachium *corr.* pal. *B* palimbachio *corr.* — ium *C* paliambicum *A* paliambum *p*
11 exegent (exegerit *a*) | CATALECTICO DE CHORIAMBICO DIMETRO Choriambicum *A* exegerit sed simplicia catalectica Choriambicum *BC*, *spatio inscriptionis in B relicto.* sed simplicia catalectica, *quae in A omissa sunt, ex margine videntur illata esse* 13 choriambo et dactylo vel amphimacro *om. ABC* 14 ἰσοπόνοι μείρακες *p* ЄICTONONOMЄIPÀKЄC *AB: cf. Hephaest. p. 30, 13 ed. Westph.* 15 scire hoc *AC* scire haec *B* scire quid *p: Hor. carm. I 11, 1* tu ne quaesieris scire nefas
16 PRYNICHIO *A* acatalectum quod Phrynichium *p* catalectum quod prinichium *AC* catalecticum quod pyrrichium *B* 17 in choriambo *BC* 18 uel in hippio id est epitrito primo *C* 20 cantantes nunc deficiunt *pA* cant deficiunt *spatio quinque litterarum post* cant *relicto B* ut cantantes deficiunt *C* 21 catalectico] CATALECTO *A*
23 diuae *AB* ut diue *C* potens *om. A, add. a in marg.* Aeoliae *pC* aeliae *AB*

De trimetro catalectico. Interdum trimetrum catalecticum a diiambo incipit, in medio choriambum habet, in novissimo amphibrachyn,

nepotem o conficere studebat.

De trimetro pindarico. Trimetrum choriambicum catalecticum pindaricum fit prima syzygia ex iambo et trochaeo, id est ex antispasto, in medio choriambo, in fine amphibrachy,

canebas eos puero colendo.

graecum exemplum non inveni.

De trimetro catalectico sapphico. Trimetrum catalecticum sapphicum hendecasyllabum ‖ fit primo pede ditrochaeo, medio choriambo, *in* fine palimbacchio ita,

immolare caelicolis volebas,

M e r c u r i f a c u n d e n e p o s A t l a n t i s;

aut primo trochaeo, secundo spondeo, id est hippio secundo, choriambo, palimbacchio,

i a m s a t i s t e r r i s n i v i s a t q u e d i r a e.

De trimetro acatalecto. Trimetrum acatalectum interdum fit primis *duobus* diiambis, tertio choriambo,

beatus ille qui procul scire potest.

De trimetro acatalecto. Fit trimetrum acatalectum etiam hoc modo, primis duobus choriambis, tertio diiambo,

carpe diem quam minimum dolendo nos.

De trimetro acatalecto clodo. Trimetrum acatalectum clodum fit primo choriambo, insequentibus syzygiis iambicis; paenultima syllaba longa sit pro brevi, | novissimus enim pes simplex trochaeus cecidit pro iambo,

bella ferae Numantiae dedit Roma.

---

1 trimetrum] dimetrum *ABC* a diiambo *C* a iambo *AB* 2 in nouissimis *B* 3 conficere studebant *C* conficere studebant *AB* facere studebat *p* 5 ex *posteriore loco om. pA, add. BC* 7 *malim* puer o colende, *quamquam* colendo *correpta ultima dici potuit, ut* 22 dolendo 10 fit primo pede ditrochaeo *B* fit primo pede trochaeo *pC* fit (primo pede *add. a*) trocheo *A* in *om. ABC* fine] sine *B* 12 caelicolis *C* caelicol' *B* caelicolas *pA* 13 Mercuri] *Hor. carm. I 10, 1* 14 choriambo *BC* choriambico *pA* 15 palinbachio *ABC, sed* palin *al. man. deletum in A,* bacchio *p* 16 iam] *Hor. carm. I 2, 1* nivis *om. B* 17 acatalecto] CATALECTO *A* acatalecticum interdum fit *C* acatalectum interfit *A* acatalecticum inter fit *B* 18 duobus *om. ABC* 19 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 20 Fit *om. B* 21 primis duobus choriambis tertio iambo *pA* primo duobus iambis et tertio choriambo *BC* 22 carpe] *Hor. carm. I 11, 8* carpe diem quam minimum credula postero quam minimum deleudonos *A* quam minimum dolens *a***p* quam uir minimum dolendonos *B* quamuis minimum delendonos *C* 24 *fortasse* duobus sequentibus iambicis (ut) penultima *C* 25 enim *om. BC, add. pA* 26 bella] *Hor. carm. II 12, 1* nolis longa ferae bella Numantiae Numantiae dedit *pA* numantia edidit *BC*

De tetrametro catalectico. Tetrametra, quae frequentius cadunt catalectica, fiunt tribus choriambis, quarto pede amphibrachy,

scire nefas finem eum quem tibi di dedere. ||

De tetrametro catalectico anacreontio choriambico. Choriambicum anacreontium tetrametrum catalecticum fit primi choriambi soluta prima syllaba longa in duas breves, ut sit pes primus ex tribrachy et iambo vel ex pyrrichio et anapaesto, duobus mediis choriambis, quarto pede, id est novissimo, palimbacchio, ut

atavus eras dulce decus praesidiumque genti.

De tetrametro catalectico, eupolidio choriambico. Choriambicum eupolidium tetrametrum catalecticum fit primo pede ditrochaeo, secundo choriambo, tertio ditrochaeo, quarto, id est novissimo, amphimacro,

di boni servate Sacerdotem vos colentem vos.

De pentametro catalectico callimachio. Choriambicum catalecticum pentametrum callimachium fit quattuor choriambis, quinto pede amphibrachy,

nec babylonos numeros ut melius quicquid erit geremus.

De hexametro catalectico philicio. Hexametrum catalecticum choriambicum, quod philicium dicitur, constat quinque choriambis, sexto pede, id est novissimo, amphibrachy,

te potius, Bacche pater, teque decens canto Venus, qui modicos amatis.

De choriambico asclepiadeo. Choriambicum asclepiadeum fit, cum primus pes || spondeus sit, ceteri | choriambi, novissimus pes disyllabus. omnia enim asclepiadea choriambica brachycatalecta sunt. tetrametrum asclepiadeum brachycatalectum duodecasyllabum, ut

---

1 CATALECTIO *A* Tetrametra *a*pC* Tetrametrũ *A* Tetrametr' *B* catalectica *ABC* catalectico *a** 3 scis sene fas finem eum cedere *ABC* Scire nefas quem mihi finem aut tibi dii dedere *p*: *Hor. carm. I 11, 1* tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi Finem di dederint 8 nouissimo palimbachio *AC* nouissimo bacchio *a*p* palimbachio nouissimo *B* aut atauos eras *A* attauus eras eras*B* ut atauos *C*: *Hor. carm. I 1, 1* 11 eupolidium *pC* euspolidium *B* espolidium *A* primo pede ditrochaeo *B* primo pede trochaeo *pAC* 13 dii *p* 14 CALLIMACHO *A* 15 calimachium *AB* 17 nec babilonos *ABC* nec babylones *p*: *Hor. carm. I 11, 2* nec babylonios Temptaris numeros, ut melius quidquid erit pati erit geremus *p* erigeremus *Ca* erigemus *A* heri (*corr.* eri) geremus *B* 18 PHILICO *A* 19 Philicium *G. I. Vossius de poet. graec. p. 218*, philicum *ABCp* Philiscium *Santenius in Terent. Maur. p. 325*: *cf. Caes. Bass. p. 263, 25* 21 ut Te t posius *C* te posius *AB* te posui *p*: ta potius bacce pater teque decens contenerius *codex Cusanus. Hor. carm. I 18, 6* Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus? At ne quis modici transiliat munera Liberi qui modico uenus *post* Venus *addita et al. man. deleta sunt in A* melicos *Santenius l. c.* 24 primus pes *pA* primus *BC* 25 omnia eneas clepiadia *A* tetrametrum uero asclepiadeum *B* 26 duodecasyllabum *BC* dedecasyllabum *A* hendecasyllabum *a*p*

Maecenas atavis edite regibus.

fit etiam pentametrum brachycatalectum asclepiadeum choriambicum, ut

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

De choriambico phalaecio. Choriambicum phalaecium fit spondeo, dactylo, syllaba, duobus dactylis. ex heroico enim venit vel elegiaco sine ultima syllaba secundae caesurae penthemimericae, ut

Maecenas atavis edite regibus,

tetrametrum acatalectum. fit etiam pentametrum acatalectum phalaecium spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis.

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

Ergo hoc notemus, quod choriambicum a spondeo incipiens, si ceteris choriambis scandatur, asclepiadeum metrum vocatur; sin vero dactylo, syllaba et dactylis, phalaecium nuncupatur.

hae sunt sedecim vere choriambo pede lectae species.

DE ANTISPASTICO METRO ET EIVS SPECIEBVS X

Quibusdam placet ut metrum antispasticum inter traductiva vel mixta referatur. sed errant: nam generale est positum contra choriambicum, cuius species || exemplis docebimus. cadunt tamen in hoc metro et hippii, id est epitriti, et ionici et choriambi et bacchii.

De dimetro antispastico acatalecto glyconio. Antispasticum acatalectum dimetrum glyconium fit spondeo *et* duobus trisyllabis [dactylo et amphimacro], ut

κάπρος ἠνίχ᾽ ὁ μαινόλης,

sic te diva potens Cypri.

hoc differt a glyconio dactylico, quod illud, sicut ante tractavi, spondeo

1 Maecenas] *Hor. carm. I 1, 1* edite] ∻ (*h. e.* est) *A* 2 fit etiam pentametrum *C* fit etiam ō pentametrum *A* o. fit etiam pentametrum *B* fit etiam octo pentametrum *p* 3 tu] *Hor. carm. I 11, 1* 4 falleqcio *et* falleutium *expuncta al. man.* u *A* falecium *C* falleuceum *B* 6 ultima] ulla *ABC* pentimemericae *AB* pentamemericae *C* 7 atauis est regibus *A* attauis e i R *B* 8 tetrametrum acatalectum *om. Ap, add. BC. scribendum erat* et est tetrametrum acatalectum, *nisi potius verba ad definiendum superiorem versum in margine adscripta fuerunt* falecium *AC* falleuceum *B* 9 spondeo dactilo syllaba (dact. *add. B*) spondeo duobus dactilis *ABC: cf. infra p. 539, 7* 13 falecium *C* falleuceum *B* palecium *A* 14 haec sunt *A* 16 anapesticum *A* intetraductiua *AC* introductiua *B* inter abortiua *p* 17 choriambum *B* 18 tamen et in hoc metro ippi *B* hippi *A* 19 choriambi *B* choriambioi *pAC* 21 et *post* spondeo *om. ABC* amphibraco *B.* dactylo et amphimacro *propter exempla eorum pedum quae sequuntur adscripta sunt. nam glyconeum antispasticum ex spondeo et trisyllabis duobus quibuslibet constare voluit grammaticus* 22 ut ΚⲀΠΡΟΟΗΝΙΧΟΜⲀΙΝΟΛΗϹ *B* u ΚⲀΠΡΟϹΗΝΙΧΟΜⲀΙΝΟⲀΗϹ *A: Heph. p. 33, 9 ed. Westph. δίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ καλούμενον γλυκώνειον αὐτοῦ Γλύκωνος εὑρόντος αὐτό, κάπρος ἠνίχ᾽ ὁ μαινόλης* 24 sic] *Hor. carm. I 3, 1* 25 differt a gliconio dactilo *AC* differt glyconio dactilus *B* ante tractavi] *p. 515, 11*

constat et duobus dactylis, hoc vero spondeo et *duobus* trisyllabis quibuslibet. potest tamen et spondeo et choriambo percussum facere | metrum asclepiadeum, sicut ante docui,

sic te diva potens Cypri.

De penthemimerico dochmiaco aeschylio. Antispasticum penthemimericum dochmiacum aeschylium fit antispasto, hippio secundo et disyllabo,

†qui sonante te coegit dare.

De dochmiaco trimetro catalectico euripidio antispastico. Antispasticum dochmiacum euripidium trimetrum catalecticum fit antispasto, ditrochaeo, amphimacro,

†decretamus sic corona pulchra nos.

De hephthemimerico antispastico pherecratio. Antispasticum hephthemimericum pherecratium fit hippio quarto, hippio primo, hippio tertio, spondeo vel trochaeo,

nunc te, Bacche, canam nec non silvestria tecum. ||

constat enim pherecratium antispasticum duplici pherecratio dactylico copulato,

nunc te, Bacche, canam nec
non silvestria tecum.

De trimetro brachycatalecto praxilio. Antispasticum trimetrum brachycatalectum praxilium fit hippio tertio *et* tribus trochaeis,

trahuntque nunc machinae carinam.

hoc etiam ithyphallicum antispasticum nuncupatur.

De tetrametro puro antispastico acatalecto. Antispasticum tetrametrum purum acatalectum fit quattuor antispastis,

refer, Musa, precor dulce melos voce sonans sacra.

graecum exemplum non repperi.

De tetrametro acatalecto mixto. Antispasticum tetrametrum acatalectum mixtum fit antispasto, choriambo, hippio quarto, hippio tertio,

---

1 spon et trisyllab. *C* spondeo trisyllabis *pA* spond. trissyllab. *B* 5 DE PENTEMEMERICO DOCMIACO ESCHYLO Antispastium pentememericum dogmiacum ascylium *A* Antispasticum pentemermericum dogmiacum eschilum *B* Antispasticum pentamemericum docmiacum aeschylum *C* 6 hippio] hyppo *B* 7 *fortasse* quis o Faune te coegit dare cogit *B* 8 DE DOGMIACO *A* EURIDIO ANTISPASTO *A* 9 dogmiacum euripidium *A* docmiacum euripidium *C* dogmiacum euripidum *B* 11 decretamus sic *AC* decretam' sic *B* decreta musis *p. fortasse* decet myrtus et 12 DE EPTIMEMERICO *A* heptemememericum *A* eptamemericum *C* eptametrum *et in marg.* Al. eptemericum *B* 13 hippio quarto *om. A* 15 nunc] *Verg. georg. II* 2 canam nec. ñ. S̄. P̄. Antispasticum trimetrum (*omissis* constat — 19 tecum) *B* 21 hippio tertio *C* hippio *pA* tertio *B* et *om. ABC* 22 trahunt, *quod pro iambo positum est infra p. 544, 23, hoc loco pro spondeo habuisse videtur grammaticus, nisi potius* trudunt *scripsit. Hor. carm. I 4, 2* trahuntque siccas machinae carinas 26 refert *A* sonans *pAC* canens *B et codex Cusanus*

Sacerdos docens bene vos formavit ad artes bonas.

quidam imperiti de hoc metro exemplum dederunt illud Horatianum,

n'ullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

quod aut asclepiadeum est, sicut ante monstravi, constans spondeo, *tribus* choriambis, *disyllabo*,

nullam ˏ Vare sacra ˏ vite prius ˏ severis arˏborem, |

aut phalaecium constans spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis,

nullam ˏ Vare sacˏra ˏ vite priˏus ˏ severis ˏ arborem.

De tetrametro sapphico priapeio catalectico. Antispasticum tetrametrum catalecticum sapphicum priapeium fit spondeo, dactylo, bacchio (sed ut secunda bacchii longa fiat positione, non sit natura) et spondeo vel iambo, bacchio simili superiori et spondeo, non valde ut sit in divisione finita pars orationis, quod si inventum fuerit, erit laudabilius,

istaec composui metra Sacerdos optima nunc.

De epimicto sapphico tetrametro hypercatalecto. Antispasticum tetrametrum hypercatalectum sapphicum fit ditrochaeo, hippio tertio, ditrochaeo, hippio tertio, syllaba,

pauperum tabernas regis, o beate, regumque turris.

De hexametro brachycatalecto. Antispasticum hexametrum brachycatalectum fit hoc modo, hippio quarto, hippio tertio, hippio quarto, ionicis duobus maioribus, trochaeo. latinum exemplum melius est,

antispastus hos nunc pedes conclusos regens tota decem schemata tradit.

DE IONICO METRO ET EIVS SPECIEBVS X

Ionicum metrum, sicut supra docui, duplex est, unum a maiore, quod ex spondeo constat et pyrrichio; alterum a minore, constans ex pariambo et spondeo. ionicum maius interdum puro ionico scanditur, *μή μοι λέγε*, 'solem colo'; interdum soluta longa prima componitur, ut sit ex anapaesto et pyrrichio, *ἔλεγον λέγε*, 'nive candidum'; interdum duabus longis solutis,

---

3 nullam] *Hor. carm. I 18, 1* 4 tribus *et* disyllabo *om. ABC* 7 falecium *AC* falleuceum *B* 9 prius *om. B* 12 fiat *p* faciat *ABC* 13 superiore *B* non ualde *BC* ualde *pA. si verum est* non valde, *hoc voluit grammaticus, non valde observari ut pars orationis finiatur post duos antispastos* in *om. B* 14 inuenta fuerit *ABC* 15 isthaec *A* ista haec *BC* *fortasse* optime, *quamquam* optima *ultima producta dicere potuit Plotius* 17 fit ditroch. hippio III° ditroch. hippio III° syllaba *C* fit ditrocheo hyppio tertio syllaba hippio tertio syllaba *A* fit ditrochaeo hippio tertio syllaba *B* 19 pauperum] *Hor. carm. I 4, 13* pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres, o beate Sesti beate *BC* beatum *pA* 25 unum maiorę *B* quod a spondeo *AB* quod spondeo *pC* 26 constans ex spond. et pariambo ionicus maius *B* 27 *μή μοι λέγε p* ΜΗΜΟΙλΕΤΕ *A* ΙλΗΜΟΙλλΗΤΕ *B* 29 *ἔλεγον λέγε*] ΕΛΕΤΟΝλΕΤΕ *A* ΕλΝΤΟΝλete *B* *ἑκατόνζυγε p*

ut sit compositum ex proceleumatico et pariambo, || ἑλικοβλέφαρε, 'colere Cererem'. commiscetur autem huic metro et ditrochaeus * et chorio, sed tribrachy, | καλλικέλαδε, 'arma gerere'; et a chorio, sed tribrachy, et trochaeo, φιλοχορευτά, 'tabula lecta': sed omnibus pedibus temporum sex. finem tamen habet aut in spondeum aut in trochaeum, quod etiam sotadeum metrum dicitur, de quo sub exemplis postea tractabimus. interdum et molossos omnes habet: unde et molossicum metrum hoc dicitur. nam prima longa molossi soluta facit ionicum minorem, novissima maiorem,

Maecenam Romani fecerunt summum

vel 'summi', quoniam catalexis [id est finis] ionici aut trochaeo terminatur aut spondeo. sunt autem ionica metra a maiore quidem octo, a minore duo.

De dimetro brachycatalecto clodo hipponactio ionico maiore. Ionicum maius dimetrum brachycatalectum clodum hipponactium fit spondeo, iambo et una syllaba, ideo brachycatalectum clodum, ut

ΠΙϹϹЄΝΗΤΑϹΑΝΤΗϹ
recte dedere. ||

De dimetro acatalecto cleomachio ionico maiore. Ionicum maius dimetrum acatalectum cleomachium fit ionico maiore et ditrochaeo,

nec prata rigantur amne.

De trimetro brachycatalecto ionico maiore ithyphallico. Ionicum brachycatalectum trimetrum ithyphallicum fit hippio tertio, ditrochaeo et trochaeo vel spondeo,

---

1 ἑλικοβλέφαρε *p* ЄΛΙΚΟϹΤΙΗΤⲀΛΗ *A* ЄΛΥΚΟϹΠΗΤΛⲀΗ *B*. *an* ἑλικοπλόκαμε? colere *p* colore *AB* colite *C* 2 et ditrocheo et chorio sed tribrachi ΚⲀⲀⲀΤΚЄⲀⲀΗ arma gerere et a chorio sed tribrachi et trocheo ΦΙΛΟΚΧΟΡЄΙΤⲀ Tabula leta *A* et ditrochaeo et chorio sed tribus brachicatalectis. ΛΛΔЄ arma gerere et a choreo sed tribrachi et trochaeo ΦΙⲀΟΚΟΛΟΡЄΙΤⲀ tabula lecta *B* et ditroch. et chorius et tribrachis ut arma gerere. et tribrachis et trocheus ut Tabula lecta *C* et ditrochaeo et chorio, sed tribrachy, κάλλος ἄμαχον. Arma gerere. et a chorio, sed tribrachy et trochaeo, φιλοχορεύτα Fabula laeta *p*. *exemplum ditrochaei pro ionico positi a grammatico omissum esse parum probabile est. quare lacunam indicavi. reliqua ita fere restitui possunt,* componitur etiam a trochaeo et chorio, id est tribrachy — et a chorio, id est tribrachy, et trochaeo. *nam chorium, quo nomine trochaeum ab aliis appellari dictum est supra p. 498, 15, tribrachum dixisse videtur grammaticus* chorio seu tribrachy *utroque loco Santenius in Terent. Maur. p. 73* 4 pedibus *om. B* 5 aut trochaeum *B* 6 sub exemplis *BC* sub exemplo *pA* 7 molosus omnis *A* 9 micenam *B* 13 fit spondeo clodum (spond. clodo *B*) et una syllaba ideo brachicatalectum ut *ABCp*. fit spondeo, iambo et una syllaba *scripsi, latinum exemplum, quod subiectum est, secutus, quamquam is versus non recte brachycatalectus dicitur: cf. Serv. de cent. metr. p. 464, 5* hipponactium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc, palmam cape victor 15 ΠΙϹϹЄΝΗΤΑϹⲀΝΤΗϹ *A* ΠΙϹΗΝ|ΠⲀϹⲀΝΤΝЄ *B* *Πίσην παρ' αὐτήν Meinekius poet. choliamb. p. 132, πίσσαν πάσαντες ten Brink Philol. v. VI (a. 1851) p. 38* 18 cleumachium *ABC* et dimetrocheo *B* 20 MAIOREETTHIPALICO *A* maiore et ithyphallico *p* 21 trimetrum hithipalicum *B* trimetrum *pAC* ditrochaeo B et ditrochaeo *pAC*

seu poscat agna seu malit haedo.

novissima indifferens est.

De trimetro catalectico alcaico ionico maiore. Ionicum maius trimetrum catalecticum alcaicum fit hippio tertio, ionico maiore, dactylo vel amphimacro,

vides ut alta stet nive candidum,
stravere ventos aequore fervido.

fit hoc enneasyllabum duobus hippiis tertiis et syllaba, ut sit dimetrum hypercatalectum,

ludumque fortunae gravesque. |

De trimetro acatalecto ionico maiore. Ionicum maius trimetrum acatalectum fit duobus ionicis maioribus et ditrochaeo,

silvas deus alta nive obruebat.

De tetrametro brachycatalecto. Ionicum maius brachycatalectum tetrametrum fit || ionico maiore, ditrochaeo, ionico maiore, spondeo vel trochaeo,

nunc cetera arma lecta vobis bona dantes.

De tetrametro catalectico. Ionicum tetrametrum catalecticum fit tribus ionicis maioribus, quarto amphibrachy, cum deberet ditrochaeo,

deprome bonum quadrimum vinum celer avitum.

De tetrametro acatalecto sotadeo. Ionicum maius tetrametrum acatalectum sotadeum fit modis tribus: tribus ionicis maioribus et ditrochaeo,

morosa iuventus bona semper dolet eligendo;

aut tribus ionicis maioribus et dispondeo,

*qui primus ab oris venit;

aut solvitur primi ionici maioris prima longa, secundus ionicus maior ponitur integer, tertii ionici maioris secunda longa solvitur, quartus pes trochaeus ponitur, ut faciat tetrametrum brachycatalectum,

---

1 *fortasse* seu poscat agnave malit haedo: *Hor. carm. I 4, 12* haedo] haec *ABC* 3 catalectico] ACATALECTICO *pA* Ionicus maius *B* 4 catalecticum *pAC* acatalectum *B* 6 uides ut alta stet niue *C* uides altas tenuiue *A*: *Hor. carm. I 9, 1. 10* 8 enneasyllabum *C* aneasyllabum *A* endecasyllabum *B* hippis tertiis *A* hippis ternis *B* 10 ludumque] *Hor. carm. II 1, 3* 13 deus alta] deusacra *AC* ds̄ sacra *B* dea sacra *p* 15 ionico maiore *posteriore loco om. B* trochaeo cetera arma lecta uobis bona date uel dantes *B* troch. ut Cetera arma lecta uobis bona dantes *C* trocheo lecta nobis bona date uel dantes *A*. *fortasse* dantes vel date *scripsit Plotius, ut* date *priore syllaba producta pro exemplo trochaei esset* 17 acatalecticum *C* 19 deprome] *Hor. carm. I 9, 7* deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota quadrimum] quadronum *B* celer auitum *p* celarauitum *A* celeauicum *B* celarabicum *C* 20 maius *om. B* 21 sotadeum *om. pAC, add. B* 24 uenit *pC* ueni *A* ueniat B. *lacunam, qua duo ionici a maiore exciderunt, indicavi. fortasse* qui primus ab *ter posuerat grammaticus* 25 aut solvitur] ut soluatur *B* secundus ionicus *pA* et secundus ionicus *C* Sed si ionicus *B* 26 integer *pA* ut aeger *B* aut *C* soluitur et quartus *C*

gracilis puer fulget tuus Hyla sub Arethusa.

hoc ideo sotadeum dictum metrum, quod Sotades poeta eo usus est.

De ionico minore dimetro catalectico. Minus ionicum dimetrum catalecticum fit ionico minore et anapaesto,

ἴθι μᾶτερ μεγάλη,
nive candens nimia. ||

De dimetro acatalecto. Ionicum minus acatalectum fit duobus ionicis minoribus,

calamis nunc canimus nos.

interdum et trimetrum acatalectum invenimus constans ex tribus ionicis minoribus, ut Horatius

m i s e r a r u m e s t n e q u e a m o r i d a r e l u d u m.

cui additus ex utraque parte spondeus faciet unum genus secundum de sotadeis, ut

prorsus miserarum est neque amori dare ludos dulcis.

species decem hoc sunt pede ionico. |

DE PAEONICO METRO ET EIVS SPECIEBVS QVATTVOR.

Paeonicum metrum multi creticum nuncupaverunt, quoniam una longa cretici, id est amphimacri, soluta constat. unde Cratinus dicens 'age Musa, dicamus creticum modum' intulit metrum paeonicum. hoc ergo metrum, id est paeonicum, habet secum mixtos creticos, id est amphimacros.

De dimetro paeonico acatalecto puris paeonibus. Paeonicum dimetrum acatalectum fit duobus paeonibus puris,

Lacedaemonius heros.

graecum exemplum non inveni. ||

De dimetro puro acatalecto. Aliud paeonicum metrum acatalectum fit paeone et amphimacro,

ὦ πόλι φίλη φίλη,
flumina gelu gelant.

---

1 gracilus *B* 2 hoc — usus est *om. Ap, add. BC* 4 minore anapesto *Ca*p* (et) minore anapesto *AB* 5 *ἴθι μᾶτερ μεγάλη p* ΙΘΜꙘΤΗΡΜЄΤꙘꙘΝ *A* ΙЄΜΗΤΙΡΜЄΤꙘΛΗ *B* 9 nunc canimus *pA* hunc canimus *C* hunc animus *B* 12 miserarum] *Hor. carm. III 12, 1* 13 cui additus *pAC* cui si addatur *B* secundum *postea adscriptum esse videtur, quia hoc genus sotadeorum secundo loco positum erat supra p. 541, 23* 15 dari *B* 16 hoc sunt *A* hoc sunt *corr.* hęc sunt *ut videtur C* he sunt *B* 20 dicens Agemus (dič Agamus *C*) dicamus (illud *add. B*, illum *add. C*) creticum modum intulit metrum peonicum *ABC* dicens Ἔγειρε μοῦσα κρητικὸν μέλος. Intulit metrum Paeonicum, *χαῖρε δὴ μοῦσα χρονία μ' ἥκεις, ὅμως Δ' ἦλθες, οὐ πρὶν ἐλθεῖν ἴσθι σαφὲς ἀλλ' ὅπως p. Cratini versus ex Hephaest. p. 40, 20 ed. Westph. petivit Putschius* 26 Lacedemonius herŏs *C* lacedaemonios aeras *B* lacedaeminio (*corr.* — monio *a**) sacras *A* 31 *ὦ πόλι*] *Hephaest. p. 41, 5 ed. Westph. Atil. Fortun. p. 291, 1*

De trimetro acatalecto cratineo. Trimetrum acatalectum fit primo amphimacro, duobus paeonibus,

candidum, Musa, mihi fer honorem.

De trimetro acatalecto in medio habente amphimacrum. Trimetrum acatalectum fit etiam in medio habens amphimacrum,

candidus eras puer nunc refluis.

graecum exemplum non inveni.

Ergo paeonicum metrum fit modis quattuor: aut solis paeonibus; aut primo paeone, novissimo amphimacro; aut primo amphimacro, novissimis paeonibus; aut ex utraque parte paeonibus, in medio amphimacro. quattuor species habet hoc metrum.

DE METRIS COMPOSITIS

Huc usque de simplicibus metris et generalibus et eorum speciebus propriis docuimus, ex quibus composita necessariora tractemus. nam omnia ne numero quidem poterunt comprehendi. unde siquis invenerit aliquod metrum | in hoc libro non positum, quem de graecis nobilibus metricis lectis a me et ex his quicquid singulis fuerat optimum decerpto composui, || non imperitia iudicet ignoratum. nam aut aliqua re detracta aut addita aut commutata inveniet figuratum. ergo de compositis breviter exponamus.

De metro iambelego. Iambelegum metrum constat ex syzygia iambica monometra et syllaba et ex dipodia dactylica penthemimerica [duobus pedibus dactylicis et syllaba], unde etiam metrum nomen accepit, quod iambico et elegiaco constet. melius erit latinum exemplum: nam in utraque caesura finiam partem orationis, non ut graecum,

amore cogis scribere versiculos.

De metro encomiologico stesichorio. Encomiologicum stesichorium fit e contrario: in hoc enim praeponitur penthemimericum dactylicum et subiungitur iambicum,

---

1 CRATINO *pA* 3 candidum mihi musa mihi fer honorem *codex Cusanus* 4 De trimetro achatalecto in medio habentem amphimacrum Trimetrum achatalectum fit etiam *A* In medio habentem dimetrum acatalectum amphimacrum fit etiam *spatio octo litterarum in fine versus ante* In *relicto B* Fit etiam *C* 12 DE METRIS COMPOSITIS *om. ABC, add. Gaisfordius* 13 metris] pedibus *B* 14 necessariora tractemus *C* necessario retractemus *AB*, *an* necessario breviter tractemus? 15 ne numero quidem *pAC* nec numero *B* 16 libro] metro *et in marg.* libro *B* nobilibus] nominibus *et in marg.* nobilibus *B* 17 singulis *om. B* 18 aliqua parte detracta *Westphalius Metr. v. I p. 133 ed. sec.* 21 et *ante* ex dipodia *om. pAC, add. B* 22 pedibus] peonibus *ABC* 23 elegiaco constet cuius tale erit exemplum ut Inter utramque cesuram finiam partem orationis Amore *C* elegiaco constet *B* elegiconstet *A* elego constat *p. deinde graecum exemplum, quod grammaticus posuerat, omissum est* exemplum latinum *B* in *om. B* 25 amore] *Hor. epod. 11, 2* scribere versiculos amore percussum gravi 26 Encomiologicum stesichorium — 544, 1 puellis *post* Encomiologicum archilochium — 544, 5 paenitet *positum est in C*

mollibus in pueris aut in puellis.

De encomiologico archilochio. Encomiologicum archilochium fit penthemimerica dactylica praeposita et quattuor pedibus disyllabis iambicis subiunctis,

fabula quanta fui, conviviorum paenitet.

De logaoedico archebulio. Logaoedicum archebulium fit duobus dactylis et duobus trochaeis vel trochaeo et spondeo,

iam Cytherea choros Venus dat.

huic additus alter trochaeus faciet ithyphallicum dactylicum, de quo saepe tractavi. ||

De archebulio hemiepi. Archebulium hemiepes constat duobus dactylis et spondeo,

eruerint Danaï quae,
emicat Oceano lux.

huic addita syllaba faciet hemidexium trimetrum, de quo supra tractavi. manente vero in qualitate sua, sed verso, erit glyconium trimetrum ex spondeo et duobus dactylis, de quo etiam ante docui in speciebus dactylici metri. |

De logaoedico archilochio ithyphallico. Logaoedicum archilochium ithyphallicum fit quattuor dactylicis pedibus et tribus trochaeis, novissima syllaba indifferens,

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

huic additur alter versus constans ex diiambo et syllaba et tribus trochaeis,

trahuntque siccas machinae carinas,

sed puris trochaeis. exemplum hoc est,

alterno terram quatiunt pede, dum gravis Cyclopum
Vulcanus ardens visit officinam.

---

1 immobilibus in pueris aut puellis *A* in mobilibus in pueris et puellis *B* immo nobilibus in pueris et puellis *C*: *Hor. epod. 11, 4* 5 fabula *Ca*p* tabula *AB*: *Hor. epod. 11, 8* fui *a*p* fuit *ABC* conubiorum *AC* comibiorum *B* conuiciorum *p* 6 DE LOEGAOEDICO ARCHEBOLIO Loegaoedicum archebolium *A* oegiaoedicum archebolium *B* Loegiacedicum archebolium *et in marg.* l'. loegaoedicum *C* 8 iam] *Hor. carm. I 4, 5* iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna uerius *p* 9 additur *B* sthipalicum *A* stipalicum *BC*, l'ytipalicum *in marg. C* 10 tractaui *AB* tractat' (*h. e.* tractatur) *B*. saepe tractavi, *si verum est*, *referendum ad solum ithyphallicum, cuius saepius in superioribus mentio facta est* 11 DE ARCHEBOLIO *ut videtur A* archebulium *A* archebolium *corr.* -bulium *C* ychebolicum *B* 13 eruerint] *Verg. Aen. II 5* 15 addita una syllaba *B* supra tractavi] *p. 514, 28* 16 verso] uerbo *B* 17 et *om. pA* ante docui] *p. 515, 11* 19 DE LOEGAOEDICO ARCHILOCIO ITHIPALICO Loegaoedicum archilocium ithipalicum *A* Loegaoedicum archilocium ythipalicum *C* oegaoedicum archilogium hithipalicum *B* 20 et tribus trochaeis *om. BC, add. A* 21 indifferens *A* indifferens est *C* indifferent̄ *B* 22 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* acris *C* aeris *B*, *om. A* gratia et fauoni *quattuor litterarum spatio ante* et *relicto B* 23 additur *A* adoritur *BC* 26 alterno] *Hor. carm. I 4, 7* 27 uisit *AC* iussit *B* ussit *p* officinās *C*

sed ut breviter doceamus, quodcumque metrum constabit ex dactylico et trochaico, logaoedicum ithyphallicum nuncupatur.

De composito pindarico. Compositum pindaricum fit penthemimerico iambico ex utraque parte posito et in medio penthemimerico dactylico, ||

ὃς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν,
contrane lucrum pauperis ingenium nihil valere.

De composito susarionio. Compositum susarionium fit quattuor pedibus trochaicis praepositis et subiuncto penthemimerico dactylico,

ΣΩCΟΤΥΡΟΤΙΝΝΑΠΟΙΚΟΝΝΤΗΤΕΠΤΥΡΙΟΝ
machina trahit carinam solvitur acris hiems. |

De prosodiaco hyporchematico. Prosodiacum hyporchematicum fit syllaba et penthemimerico dactylico et syllaba et tribus trochaeis [ithyphallo],

iam arma virumque cano iam o beata Musa.

DE ASYNARTETIS METRIS

Asynarteta metra, id est inconvenientia, fiunt modis duobus: aut cum pes in aliquo metro non suo loco ponitur, ac siquis in iambico metro spondeum pedem secundo vel quarto loco ponat, ut Terentius

vos istaec intro auferte, abite, Sosia.

qui versus constare potuisset, vel si in novissima parte spondeum habuisset: esset enim amphicolum hipponactium [metrum iambicum], de quo

---

1 constabit ex dactilico et trochaico loegaoedicum ythipalicum nuncupatur *C* constauit ex dactilico et trochaico ioegaoedicum hythipalicum nominatur *B* constabit dactilicum et trochaicum loegaoedicum ithipalicum nuncupatur *A* 3 prodaricum *B* pentememerico iambico *A* pentememerica iambico *B* pentememerica iambica (*corr.* — bico) *C* 4 posita *B* 5 ΟΜΝΗΤΥΡΕΙCΑΤΑΩΠΕΑΕΚΕΠΕΚΕΙΟΞΑ|ΝΕΑΝΑΕΑΝΑΝ *A* ΟΜΝΗ|ΤΥΡΕΙCΑΤΑΩΠΕΑCΚΕΙΥΕΙCΕΙΟΖΑΝΟΑΝΑCΑΝΑΝ *B*: *Hephaest. p. 52, 7 ed. Westph. ἀνεστραμμένον δέ ἐστι τούτῳ τὸ Πινδαρικὸν καλούμενον, ὃς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν. inde versum inter Pindari hymnorum fragmenta receptum (fr. 9 ed. Boeckh) restituit Putschius* 6 contraque *p* 7 susarionum *A corr.* — nium *a* 8 pentememerico (*corr.* — ca) dactylica *C* 9 ΣΥCΟΤΙΡΑΤΙΝΝΑΠΟ|ΙΚ(e)onta ΤΕΤΟΤΥΡΙΟΝ *B* *χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν θέμιν οὐρανίαν p. exhibui scripturam codicis A. versus quem Putschius recepit ex exemplis dimetri trochaici acatalecti Heph. p. 54, 22 ed. Westph. χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν et versus iambelegi ib. p. 51, 22 πρῶτον μὲν εὔβουλον Θέμιν οὐρανίαν fictus est* 10 machina trahit carinam *A* machina trahit carina *B* machinam trahit carina *C* machinae trahunt carinam *p*: *Hor. carm. I 4, 1* aeris *B* 11 DE PROPOSODIACO YPORTHEMATICO Proposodiacum yporchematicum *A* roposodiacum hyporchematicum *B* Proprosodiacum hyporchematicum *C* 12 pentememerico dactilo *AB* pentamemerica dac̄ *C* ythipallo *A* itipalo *B* ythipalo *C* 14 iam Arma uirumque cano iam bona musa *spatio novem fere litterarum ante* Arma *et duodeviginti fere litterarum post* musa *in fine duorum versuum relicto B* 19 uos ista hec *C*: *Terent. Andr. I 1, 1* 20 uel si *AB* si uel *C* 21 metrum iambicum *om. Ap. fortasse* trimetrum iambicum

supra tractavi. fit asynartetum etiam per antipathian, id est per contrarietatem, ac siquis proceleumaticum pedem, qui anapaestico datus est metro, contrario eius, id est dactylico, praestet, ut Vergilius

arietat in muros et duros obice postis,
genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis,
inclusere cava et nigra nemus abiete cingunt.

quos pedes quidam faciunt dactylicos, primas duas breves ligatas pro longa accipientes, sicut praecepit Iuba metricus. sed errant: nam genus est illud asynartetum, quo usa est Sappho per totum librum suum primum.

1 supra] *p. 523, 10* fit sinartetum etiam *A* fit arsinartetum etiam *B* fit etiam asinartetum *C* 2 ac si] ut si *C* 3 eius id est dactilo *C* eiusdem dactilo *B* 4 Arietat in muros et duros obice postis Genna (Gentia *B*) labant gelidus concreuit frigore sanguis Inclusere caua et nigra nemus abiete cingunt *BC* Arietat in muros genua labant abiete cingunt *Ap. Verg. Aen. XI 890. XII 905. VIII 599* 8 sed errant *C* sed errans *B* errant *pA* 9 sappho toto libro suo primo EXPL. DE METRIS MARII PLOTII SACERDOTIS *C* saffo per totum librum suum primo EXPLICITA SUNT METRA MARII PLOCII PONTIFICIS AC SACERDOTIS MAXIMI *A* saffo per toto librum suo primo *B*

RVFINI

COMMENTARII

DE METRIS COMICORVM ET DE NVMERIS ORATORVM

Quae ex duobus commentariis Rufini de metris comicorum poetarum et de compositione et numeris oratorum relicta sunt, ante octavum saeculum in uno codice cum duobus libris Prisciani de constructione et tribus eiusdem grammatici libris ad Symmachum et cum carmine Remi Favini qui dicebatur de ponderibus et mensuris scripta erant. de quo dixi gramm. lat. v. III p. 387: idem de carmine de ponderibus et mensuris disputantes probaverunt Schenkelius Sitzungsber. d. Akad. d. Wiss. Wien 1863 v. XLIII p. 58 et Christius mus. Rhen. v. XX (a. 1865) p. 68. ex hoc archetypo autem omnes codices, in quibus Rufini libelli inde a nono saeculo scripti sunt, originem duxerunt. sed quamvis magnus numerus eorum codicum nunc supersit, propterea quod cum libris Prisciani illi quoque saepe describebantur, tamen propter communem omnium originem diversitas scripturae in Rufini libris non maior est, quam in libris Prisciani. itaque cum ad restituendam veteris archetypi lectionem paucis codicibus opus esset, tres elegi, quorum integra scriptura exhiberetur, duos Parisinos 7496 et 7501, quibus olim in Prisciani libris minoribus usus eram, et praeter hos in commentario de metris comicorum poetarum tertium Vaticanum bibliothecae Christinae reginae Sueciae 733.

Codex Parisinus 7496 (A), de quo post Hertzium praef. Prisc. p. X dixi gramm. lat. v. III p. 388, paulo antiquior quam reliqui et diligentissime scriptus est nono, ut videtur, saeculo. pauca eadem veteris librarii manu correcta vel in marginibus adscripta sunt. ea tamen quae in archetypo graece scripta erant praeter singula quidem vocabula vel breviores locos librarius non integra descripsit, sed paucis litteris scriptis graeca deesse adnotavit. quem defectum in priore parte commode supplebant fragmenta codicis Parisini 7498 eadem fere aetate scripta: cf. gramm. lat. v. III p. 396. in eo codice enim aliquot membranis amissis haec sola ex Rufini commentariis relicta sunt, *Commentarium Rufini viri dissertissimi grammatici Antiochensis in metra Terentiana. Euantius* — p. 2712 *sudes in ista*, p. 2715 *armat iambus dactylus his causis* — p. 2719 *in quo illud vel maximum est.* in his igitur fragmentis reliqua quidem fere omnia prorsus eodem modo atque in codice A scripta sunt, et siqua in illo, ut dixi, librarius correxit, emendata scriptura exhibita est; sed graeca

vocabula plene perscripta leguntur. ex quo apparet unum vetus exemplum a duobus librariis accurate expressum esse, in quo graeca vocabula ab altero, sic ut in illo scripta erant, repetita, ab altero plerumque praetermissa sunt.

Codicem Parisinum 7501 (B) decimo saeculo scriptum breviter descripsi l. c. p. 389. is saepius quam reliqui a scriptura alterius Parisini recedit, et cum non nullis locis, in quibus ille corruptus est, veram lectionem servavit, tum plura neglegentius scripta, quaedam vero etiam consilio scribentis mutata sunt; e quibus maxime memorabile est illud, quod bis p. 2707 et 2713 omissis verbis quae antea ex aliis scriptoribus iam a Rufino citata erant pro his scriptum est *ut praefatum est.* praeterea multa partim a vetere librario, partim recentiore manu (b) correcta sunt.

Codex Reginensis 733 (R) post panegyricum Optatiani antiquiore manu quam reliqua scriptum continet praeexercitaminum Prisciani partem extremam, Rufini commentarium de metris comicorum poetarum, carmen de ponderibus et mensuris saeculo decimo scripta, *De allocutione — inglorium est. Prisciani sophistae ars praeexercitaminum secundum Hermogenem uel Libanium explicit.* ‖ *Commentarium Rufini v. d. grammatici Antiochensis in metra Terentiana. Euanthius — Iuba.* ‖ *Versus Remi Fauinii de ponderibus. Pondera paeoniis — notetur.* huius scripturam maxime propter graeca vocabula, quae in eo, sicut in Parisino 7498, accurate perscripta sunt, proponendam existimavi. nam in reliquis raro a codice A recedit. cum utroque fere accurate consentit fragmentum codicis eiusdem bibliothecae 1709 saec. X, in quo post Prisciani libros ad Symmachum scriptos haec pauca Rufini relicta sunt, *uanthius in commentario Terentii — iambicus Terentii senari* p. 1707.

Praeter hos libros collata habebam ea quae in codice Vossiano 33. 4 leguntur, *Versus Rufini grammatici de metris terrentiani plauti et ceterorum — rhetores aptant* p. 2709—2715: cf. gramm. lat. v. III p. 389. sed ea et neglegenter scripta et meliorum codicum AR scripturam ita sequi videbam, ut vix paucis locis aliquid quod memoria dignum esse videretur praeberent. in optimo codice eiusdem bibliothecae Voss. 12. 8, quo in Prisciani libris et Hertzius et ego usi sumus, ex Rufini libellis, qui in illo olim post Prisciani libros ad Symmachum scripti erant, nunc duae membranae relictae sunt, *Commentarium Rufini u. d. grammatici Antiochensis in metra Terentiana — ne forte impru* | p. 2709: cf. Hertz praef. Prisc. p. XXI. in commentario de numeris oratoriis Orellius, qui eam partem in scholiastarum Ciceronis vol. I p. 183 sqq. edidit, codice Einsiedlensi 338 undecimo saeculo scripto usus est. eundem et alterum huic simillimum Einsiedlensem 339 commemoravit Hagenus anecd. Helvet. p. LXI, qui scripturam codicis parum accurate ab Orellio indicatam esse adnotavit. ea autem quae Orellius excerpsit satis ostendunt eum codicem cum Parisino A accurate consentire. deinde Halmius in

eodem commentario inter rhetores latinos p. 575 sqq. a se edito codicem Tegernseensem 375, nunc Monacensem 18375, adhibuit: cf. praef. p. XIV. in eo autem uterque Rufini commentarius post Prisciani institutiones et carmen de ponderibus et mensuris et libros ad Symmachum scriptus est saeculo decimo. denique versus Rufini de compositione et metris oratorum e codice Vindobonensi 2521 saec. XII editi sunt in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 252 sqq., *Versus Rufini cuiusdam scholastici de pedibus quibus utuntur oratores. Haec ego Rufinus collegi mente benigna Discipulisque dedi munera pulchra libens. Musigenae — hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.* qui versus in eo codice eadem inscriptione addita inter alia carmina scripti sunt: cf. Endlicher cod. philolog. lat. bibl. Palat. Vindobon. p. 179.

Verum de his libris, sicut de aliis quibusdam, quos nunc omitto, accuratius quaerendum esse non existimavi, postquam ex uno eodemque fonte omnes derivatos esse intellexi. neque diversi ab iis libris, de quibus modo dixi, origine fuerunt illi, quibus quinto decimo saeculo Itali usi sunt. e quibus in commentario de metris comicorum poetarum duos Laurentianos plut. 38, 21 et 47, 1 a Bandinio catal. cod. lat. bibl. Med. Laurent. v. I p. 269 et 387 descriptos accuratius examinavi, alios in Vaticana bibliotheca vidi, Vat. 1482, 1493, 2725, 3027, Vrbin. 306. sed hi et neglegentia librariorum et pravis doctorum virorum mutationibus valde corrupti, graeca autem vocabula vel in omnibus vel in pluribus omnino omissa sunt.*) ceterum in iis locis, in quibus veteres codices inter se discrepant, hi recentiores scripturam codicis Parisini B, quae ipsa quoque ab antiquiore memoria saepius deflexa est, sequuntur.

Ex hoc genere codicum quinto decimo saeculo scriptorum Rufini libri una cum Prisciano primum editi sunt a. 1470 (Venetiis apud Vindelinum Spirensem). quae editio deinde in reliquis omnibus, in quibus proximis annis post iidem libri simul editi sunt, accurate expressa est. meliorem codicem primus adhibuit is qui editionem Parisinam a Iodoco Badio Ascensio a. 1516 factam curavit. in ea editione enim plurima vitia, quibus priores editiones depravatae erant, sublata, graeca vocabula, quae antea omissa erant, maximam partem restituta, omnia denique ita ad veterum codicum scripturam revocata sunt, ut ex omnibus editionibus, quae adhuc factae sunt, haec una maxime ad fidem veterum codicum exacta sit. nam

---

*) Interpolationis exempla in Laurentianis codicibus in primis memorabilia sunt haec, quae propterea hoc loco adnotavi, quod ea postea in edita exemplaria propagata sunt, p. 2706 *etsi ipsi*] *etsi usi ipsi*: p. 2709 *id sibi negoti credidit solum dari, primae scaenae similes, vos istaec*] *id sibi negotii credidit solum dari, populo ut placerent quas fecisset fabulas, vos istaec*, cf. Prisc. de metr. Ter. p. 422, 25: ib. *maximus auctor*] *saepius auctor*: p. 2711 *extendit*] *extrita* Laur. 47, 1, *extente* Laur. 38, 21 cum reliquis libris: ib. *concisa*] *conuersa*: p. 2713 *Fl. Caper*] *Flauianus Caper*: ib. *Sacerdos qui et Donatus*] *Sacerdos quod etiam docuit Donatus.*

postea editores neglecta optima editione Ascensiana vel paucis ex ea receptis plerumque lectionem exemplorum antea impressorum repetiverunt. maximam autem auctoritatem editio Aldina a. 1527 nacta est. sed quamvis in ea plura quam in reliquis editionibus partim ex codice manu scripto partim ex editione Ascensiana, ut videtur, emendata sint, tamen haec quoque multis locis, in quibus Ascensiana bonam et veterum codicum fide confirmatam scripturam praebebat, priores editiones secuta est. post Aldum Putschius, qui se Rufini commentarium 'ex libro Scaligeri restitutum' edidisse scribit, quaedam emendavit. videtur autem exemplum Aldinae editionis paucis locis a Scaligero partim coniectura partim ex vetere codice emendatum habuisse. Putschii editionem addita scriptura editionis Venetae a. 1476 et editionis Aldinae Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit. praeterea Pithoeus et Capperonnerius commentarium de numeris oratoriis inter rhetorum latinorum libros a se editos receperunt. quorum neuter manu scriptos codices habuit, sed Capperonnerius in locis Ciceronis a Rufino citatis quaedam ex Cicerone emendavit. hos secuti Orellius schol. Cic. vol. 1 p. 183 et Halmius rhetor. lat. p. 575 eundem commentarium ediderunt. e quibus Orellius scripturam codicis Einsiedlensis, ut supra dixi, et editionis Iuntinae cum Aldina plerumque consentientis adiecit; Halmius ex codicibus Parisinis, quorum scripturas a me excerptas ad eum miseram, adhibito etiam Tegernseensi codice lectionem emendavit, neque tamen scripturas codicum adnotavit.

Ego in nova editione in primis codicem Parisinum 7496, cuius fides cum plurimis antiquissimisque codicibus tum Reginensi 733 et Parisino 7498 suppletur et confirmatur, secutus sum. secundum locum ab hoc tribui Parisino 7501. his duobus libris autem de vetere lectione ita constat, ut alii vix quidquam, quod quidem non coniectura inventum, sed ex antiqua memoria propagatum sit, adferant. ex editis exemplaribus a lectione veterum codicum saepe dissentientibus, quorum nullam omnino auctoritatem esse apparet, ea quae digna esse memoria videbantur adscripsi, ut intellegeretur, quem ad modum haec olim vulgo edita fuissent. tres autem veteres editiones praeter Putschianam adhibui, quarum usum bibliotheca universitatis Lipsiensis mihi praestitit, principem a. 1470, Ascensianam a. 1516, Aldinam a. 1527. e quibus cum Ascensiana saepe sola diversam a reliquis lectionem eamque cum veteribus codicibus consentientem exhibeat, interdum etiam Putschius vitia priorum exemplarium correxerit, non opus fuit illud quovis loco adnotare, sed plerumque uno signo ς ad vulgatam lectionem indicandam ita usus sum, ut modo communem omnium editionum eam lectionem esse, modo excepta Ascensiana vel Putschiana reliquas consentire significaretur. nam pravas antiquissimorum exemplarium lectiones ex principe editione propagatas, deinde et in Ascensiana et in Aldina editione correctas raro indicavi.

Nomen Rufini praeter inscriptionem in principio prioris commentarii

positam et duos versus eidem commentario subiectos, *Haec ego Rufinus collegi mente benigna Discipulisque dedi munera pulchra libens,* in libris manu scriptis praescriptum est versibus de metris Terentii et Plauti et ceterorum p. 558, 7 et de compositione et de metris oratorum p. 565, 9. 566, 6; 32. 567, 21. 575, 26. neque videtur dubitari posse quin loci veterum scriptorum ab eodem Rufino, qui praecepta eorum suis versibus comprehenderat, collecti et una cum illis editi fuerint, sicut versibus priori commentario subscriptis indicatum est. sed cum duos commentarios Rufinus scripsisset, alterum, quo versus esse in fabulis comicorum poetarum ostenderet et adscriptis plurimorum grammaticorum testimoniis comprobaret, alterum, quo Ciceronis aliorumque praecepta de numero oratorio componeret, hi duo commentarii postea ita coniuncti sunt, ut una prioris commentarii inscriptio relinqueretur, in initio autem alterius commentarii versus Rufini ex diversis locis collecti ponerentur. nam neque certo ordine in hoc loco illi versus collocati neque inter se apte conexi sunt, sed ad illustrandos locos Ciceronis, quorum maxima pars deinde subiecta est, conscripti fuerunt. quare quo ordine Rufinus haec quae testimoniis veterum scriptorum a se collectis interposuit conscripserit, dici nequit. ac ne illud quidem constat, num omnia quae ille collegerat vel ipse addiderat servata sint. in quo memorabile est illud, quod sub finem commentarii de metris comicorum poetarum nomina scriptorum viginti et trium, qui mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dixerunt, scripta sunt. in quibus cum nomina scriptorum, quorum testimonia antea posita erant, numero quindecim legantur, restant octo, quorum testimonia vel ab ipso Rufino vel ab eo qui postea eius commentarium excerpsit, omissa sunt.

Antiochiensem fuisse Rufinum inscriptione commentarii, quae in libris manu scriptis legitur, memoriae proditum est; neque ulla eius mentio praeterea apud quemquam extat. sed commentarium de metris comicorum poetarum Priscianus de metris Terentianis scribens usurpavisse videtur, siquidem is et de versibus prologorum et primarum scaenarum p. 421, 12 sqq. eodem modo disputavit atque Rufinus p. 558, 8, et eosdem Terentiani versus, quibus Rufinus p. 560, 9 usus erat, posuit p. 419, 16. ex scriptoribus autem, quos ipse Rufinus appellavit, nullus, de cuius quidem aetate constat, recentior est, quam grammatici quarti saeculi, Charisius, Diomedes, Donatus, Victorinus et is qui his paulo inferior fuit, Servius p. 573, 26 citatus. neque multo post hos ipsum Rufinum vixisse veri simile est. Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litt. v. II p. 307 in prima parte quinti saeculi eius aetatem collocavit.

COMMENTARIVM

RVFINI V. C. GRAMMATICI ANTIOCHENSIS

IN METRA TERENTIANA

Euanthius in commentario Terentii de fabula [hoc est de comoedia] sic dicit, 'Concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro'. et postea sic, 'Veteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius * iambici versus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest, comminuti ad imaginem prosae orationis.'

4 Euanthius *de trag. et com. p. LV ed. Westerhov.* 6 et postea sic *ib. p. LVI*

A codex Parisinus 7496
B codex Parisinus 7501.
b corrector codicis B
R codex Vaticanus bibliothecae Reginae Christinae 733
ϛ lectio vulgata veterum editionum, e quibus adhibitae sunt hae, editio princeps a. 1470 (Ven.), Ascensiana a. 1516 (Asc.), Aldina a. 1527 (Ald.), Putschii.

Codicum AB integra scriptura, codicis R in commentario de metris poetarum comicorum item integra scriptura exhibita est. ex veteribus editionibus ea quae maxime memorabilia videbantur adscripta sunt. pauca adnotata sunt e codice Parisino 7498 (P), Reginensi 1709, Vossiano 33. 4, Einsiedlensi 338, Tegernseensi 375

CŌMENTARIUM RUFINI Ū D̄ (RUFINI UIRI DISSERTISSIMI *P*) GRĀMATICI ANTIOCHENSIS IN METRA TERENTIANA *ARP* COMMENTARIUM RUFINI Ū D̄ GRĀM ANTHIOCENSIS IN METRA TERENTIANA INCIPIT *B* Commentarium Rufini de metris comicis incipit *Ven.* Commentarium Rufini V. D. grammatici Antiochensis in metra Terentiana *Asc. Ald.* vir clarissimus *dicitur Rufinus infra p. 565, 9 et 575, 26*

4 Euanthus (i *supra*) *A* Euantius *P* hoc est de comoedia *ABR Ald.* hoc est comoedia *Ven. Asc.* *verba a posteriore grammatico, ut videtur, adscripta defendit Dziatzko mus. Rhen. v. XXV (a. 1870) p. 439* 6 etsi usi ipsi quoque in (in *om. Ald.*) metris negligentius iambici ϛ etsi ipsi quoque in metris negligentius egerunt iambici *edita exemplaria Euanthii* et (si *supra*) ipsi *B*

Asper in commentario Terentii sic, 'Hosce versus agere coepisset,

itane patris ais adventum veritum hinc abiisse ad domum;

et deinceps qui secuntur, quadrati.' |

Diomedes sic, 'Septenarium versum Varro fieri dicit hoc modo, cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

quid inmerentibus noces, quid invides amicis?

similis in Terentio versus est,

nam si remittent quippiam Philumenae dolores;

et in Plauto saepius tales reperiuntur'.

Varro de lingua latina ad Marcellum sic, 'Quare in huiusce modi locis poni oportet notam I transversam inter syllabas, frequentius ad extremum || versum senarium et similes, si pro longa brevem habebunt extremam, ut in hoc,

amicus summus meus et popularis Geta.'

Charisius sic, 'Septenarium versum fieri dicit Varro hoc modo, | cum ad iambicum trisyllabus pes additur, et fit tale,

quid inmerentibus noces, quid invides amicis?

similis in Terentio versus est,

nam si remittent quippiam Philumenae dolores;

et in Plauto saepius tales reperiuntur'.

Bassus ad Neronem de iambico sic dicit, 'Iambicus autem, cum pedes etiam dactylici generis adsumat, desinit iambicus videri, nisi percussione ita moderaveris, ut, cum pedem supplodes, iambum ferias; ideoque illa loca percussionis non recipiunt alium quam iambum et ei parem tribrachyn, aut alterius exhibuerint metri speciem. quod dico exemplo faciam illustrius. est in Eunucho Terentii statim in prima pagina hic versus trimetrus,

---

5 Diomedes sic *p. 556, 14 Diom. 515, 3* 7 quid inmerentibus *Caes. Bass. 266, 10* 16 Charisius sic *p. 556, 14*

---

2 itane] *Terent. Phorm. II 2, 1* patris ϛ paris *ABR* abiisse *P* abisse *A*ϛ
i
abisse *B* habiisse *R* ad domum *ABRP* domum ϛ admodum *Terentius* 4 quae sequuntur ϛ 6 ad iambum ϛ 8 similis] similiter *ABR*ϛ 9 nam] *Terent. Hecyr. III 2, 14* remittant ϛ 10 saepe ϛ 12 I transuersam *ARb* in transuersum *B*ϛ 13 habebant *R* extremam *om.* ϛ 15 amicus] *Terent. Phorm. I 1, 1* 17 ad iambum ϛ additur et fit tale — 21 reperiuntur *AR* additur ut praefatum est *B*ϛ 22 Bassus] bassius *AB*ϛ basius *R* de iambico ϛ de iambo *ABR*
ic
iambus *priore loco R* 23 iambicus uideri ϛ iambus uideri *ABR* 24 supplodis ϛ. *an* suppledas? iambicum ferias *ABR*ϛ 25 quam iambum ϛ quam iambicum *ABR* parem] parum *R* tribrachum *corr.* — im *A* tribrachim *R* 26 aut
&
si alterius ϛ speciem quod *A* 27 Terentii] terent *in litura b* in praesenti ϛ

exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret.

hunc incipe ferire, videberis heroum habere inter manus: ad summam paucis syllabis in postremo mutatis totus erit herous,

exclusit, revocat, redeam? non, si mea fiat.

ponam dubium secundo loco pedem, quo propius accedam,

heros Atrides caelitum testor fidem'.

Varro in septimo 'Clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium

an haec iam obliti sunt Phryges?

non numquam ab his initium fit, ut apud Caecilium

dei boni, quid hoc? ||

apud Terentium

discrucior animi'.

Idem Varro in eodem septimo de lingua latina ad Marcellum sic dicit, 'At in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut *est* hic,

heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo'.

Trimetros versus iambicos Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum M. Tullius senarios dicit [et nominat]. Quintilianus et trimetros et senarios nominavit, et Flavius Caper in artibus suis trimetros versus iambicos Terentii senarios appellavit.

De metris Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum Victorinus sic dicit, 'Quantum autem ad metrum comicum spectat, ut paululum evagemur, scio plurimos adfirmare Terentianas vel maxime fa-

---

6 heros *Caes. Bass. 256, 21* 22 De metris Terentii *Mar. Victor. 78, 19*

---

1 exclusit] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 2 hunc — 4 fiat *om.* ς 3 syllabicis *B* 5 quo propius *R* quo proprius *A* quo propitius *B* propius ς 6 atrides *b*ς acrides *ABR* 7 Uarro in septimo *A* Uarro in UII ς *codex Reginensis 1709* Uarro UII *BRP*. Varro in IIII *coniecit Iahnius Bericht. d. saechs. Ges. d. Wiss. v. II (a. 1850) p. 114, quod probavit Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 47 et 64. Rufini testimonium defendit Ritschelius mus. Rhen. v. VI (a. 1848) p. 524. immo ipse grammaticus de numero erravisse videtur* 9 haec iam] haec iam haec, *sed deleto posteriore loco* haec *A* phryges *AR* phyres *B* Bruges *Ritschelius quaest. Varron. p. 34* 11 dei boni *ARb Asc.* de . . *B* dii boni *Ven.* di boni *Ald., quod in trochaicos numeros redegit Ribbeckius com. lat. rel. p. 78 ed. sec. de clausula erravisse Rufinum vel potius Varronem coniecerat Hermannus elem. doctr. metr. p. 181 epit. doctr. metr. p. 70 ed. sec.* 13 discrucior] *Terent. Adelph. IIII 4, 1* 14 in eodem septimo *A* in eodem UII *BR* in eodem libro VII ς 15 at *AP codex Reginensis 1709* aut *B*ς *et ut videtur R* fiet *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 202,* fiat *ABR*ς 16 est *om. ABR*ς 17 heri] *Terent. Eunuch. III 4, 1* aliquod *AB* aliquid *R* quo imus *R* pyreo *R* piraceo ς 18 terenti *AR* plauti ac ceterorum *B* 19 et tragicorum *om.* ς senarios *om. B*ς*: cf. Cic. Orat. 55, 184. 56, 189* et trimetros et senarios *A Asc.* et trimetros senarios *B* etiam trimetros senarios ς: et senarios — in artibus suis trimetros *om. R. cf. Quintil. VIIII 4, 75* trimetrum et senarium promisce dicere licet 22 plauti ac ceterorum *B* 23 metrum] uersum ς

bulas metrum ac disciplinam graecarum comoediarum non custodisse, id est quas Menander Philemon Diphilus et ceteri ediderunt. nostri enim in modulandis rhythmis seu metris veteris comoediae scriptores sequi maluerunt, id est Eupolin Cratinum Aristophanem. prologos itaque et primarum scaenarum | actus trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. postea in sequentibus variaverunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est semipede adiecto vel integro pede iambo vel sesquipede. haec per medios actus varie; rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena, locaverunt. sed iidem quadrati legitimi, cum sedecim syllabis iuxta ius proprium constare debeant, plerumque inveniuntur || viginti aut amplius syllabarum. hinc existimantur metrum non tenuisse nec sua lege composuisse. quod vero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem membra pro clausulis poni possunt et solent in canticis magis quam diverbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari, et praecipue apud Plautum et Naevium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris versuum colis ab his separatis licenter usi reperiuntur in clausulis'.

Idem Victorinus in alio loco de iambo sic dicit, 'Improbatur autem apud tragicos versus ex omnibus iambis compositus. nam quo sit amplior et par tragicae dignitati, interponunt frequentius locis dumtaxat imparibus pedum dactylicorum moras et spondeum. similiter apud comicos laxius spatium datum est. nam et illi loca, quae propria iambo debentur, spondeis occupant dactyloque et anapaesto locis adaeque disparibus. ita dum cotidianum sermonem imitari nituntur, metra vitiant studio, non imperitia, quod frequentius apud nostros quam Graecos invenies. genera autem iambici metri sunt duo. nam ex his alia integra, alia clauda, quae scazonta seu choliamba vocant, inducuntur, quorum differentiam paenultima versus syllaba demonstrabit. nam si brevis contigerit, erit rectum et integrum iambicum ita,

---

19 Idem Victorinus *80, 27*

---

1 grecorum non custodisse id est menander *R* 8 integro] inaegro *AR* 9 actus] iactus *R* 10 sed idem *ABR* 12 hinc — 13 composuisse *om. R* existimantur ς aestimantur *AB* aestimatur *libri Victorini* 13 ad clausulas] aut clausulas *R* 14 id est minuscula *B*ς *et libri Victorini* id est ad minuscula *AR Asc.* totidem eorum membra *Victorinus* 15 pro] per *R* diverbiis *Ald.* deuerbiis *Ven. Asc.* deuerbis *ABR* 16 subsistunt *A* subsistit *corr.* — stunt *B* subsistant *R* 21 frequentius in locis *Victorinus* 22 apud comicos laxius spatium apud comicos datum est *AR* apud comicos laxius spatium versibus datum est *Victorinus* 23 illi loca *AR* illi loco *B* propria debentur iambo *B* proprie debentur iambis ς proprie iambo debentur *Asc.* 26 quod in frequentius *A* quam apud graecos *B*ς 27 ex his *B* ex is *R* ex iis *A* 28 seu *BR* siue *A* inducuntur] sunt ς

vigoris adde concitum celerem pedem;
sin vero longa, delumbe et claudum, ut est
novitate ductus, non ut inscius legis.

le longa, quae paenultima reperitur, metrum corrumpit. huius repertor Hipponax: nam pro iambo ‖ inductus trochaeus contra legem trimetri iambici metrum innovavit, quod adaeque et ex spondeo contigit'. |

Versus Rufini grammatici de metris Terentii et Plauti et ceterorum.

Agnoscit metrum servatque Terentius artem.
nam prologos trimetro didicit componere versu
scaenarumque actus primos pede claudit eodem:

ut sunt hi versus prologi,

poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
id sibi negoti credidit solum dari:

primae scaenae similes,

vos istaec intro auferte, abite. Sosia,
adesdum, paucis te volo. dictum puta.
tetrametros sequitur, quem finxerat ille Boiscus:

quales sunt isti versus,

mirabar, hoc si sic abiret et eri semper lenitas.

qui sequitur dimetrus est, id est pedes simplices quattuor habet,

verebar quorsum evaderet.

alii tetrametri similes hi,

enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae.

[de iambo] trochaicum archilochium unde fieri dicunt metrum,

---

8 Agnoscit metrum — 23 neque socordiae *Priscian. de metr. Terent. 422, 22*

---

1 vigoris] *Terent. Maur. 2183* celer *Terentianus* 2 delumbe] debile *R* 3 nouitate inductus *R*: *Terent. Maur. 2403* non ut inscius *A* non ut ^{in}scius *B* non ut ipsius *R* non est inscius ς 5 inductis trochaeis ς 6 et *om.* ς contingit ς 8 Agnouit ς. *in prima parte versuum Rufinus priorem locum Victorini antea citatum expressit. Boisci memoriam a Iuba petivit. de Archilochi et Hipponactis inventis Terentianum v. 2350 et 2371 secutus est* 9 uersu *B* uersus *corr.* uersu *A* uersus *R* 10 caenarumque *R* primos *R*ς primus *corr.* — os *B* primo *A* 11 ut sunt hi versus prologi *om.* ς 12 poeta] *Terent. Andr. prol. 1* 13 negoti ς negotii *ABR* dari Populo ut placerent quas fecisset fabulas Vos istaec ς *ex Prisciano p. 422, 25* 14 Primi sane similes *R* 15 uos istaec *BR* uos ista haec *A*: *Terent. Andr. I 1, 1* auferre *corr.* auferte *B* 17 tetrametro *corr.* — os *B* fixerat *A* 19 mirabor *corr.* — bar *B*: *Terent. Andr. I 2, 4* abiret et eri] abire ceteris *R* 20 quae sequitur dimetra est *R* qui post hunc sequitur dimeter est ς 21 quorsum] quorum *R* 22 item tetrametri similes hi de iambo Enimuero — socordiae Trochaicum ς simile *R* 23 enimvero] *Terent. Andr. I 3, 1* 25 de iambo *ex margine illatum esse videtur. nam parum probabile est pro inscriptione posita esse verba* de iambo — metrum. *an* de iambo trochaicum archilochium fieri dicunt metrum?

creticon Archilochus supra caput addit iambi:
quales sunt isti,
di boni, boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum?
laetus est nescio quid. nihil est, nondum haec rescivit mala. ||

De iambo hipponacteo.
Vltimus amphibrachys velocem claudit iambum,
aut bacchius erit finis discrimine nullo:
utitur Hipponax hoc metro maximus auctor:
quales sunt isti versus,
ne forte inprudens faciam quod nolit sciens cavebo,
nam si remittent quippiam Philumenae dolores.
legitimum interdum sub scaenis ponit iambum,
qualis est iste,
obsequium amicos, veritas odium parit. |
utitur his Plautus metris et mille poetae.

De pedibus quibus haec consistunt metra.
Dactylus aut spondeus inest vel cursor iambus,
aut anapaestus erit, positi discrimine nullo
partibus in quinis. nam post celer extat iambus,
pyrrichiusve citus finem concludere possit:
ut sunt hi tales,
exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret,
quod plerique omnes faciunt adulescentuli.

De nomine talium versuum sive metrorum.
Graecus apemphaenonta solet memorare poeta,
inmanifesta vocant haec carmina voce latina.
Hunc trimetron veteres Graii cognomine dicunt,
quod pedibus iunctis hunc scandere saepe solebant.

De choliambo.
Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit,
quales sunt isti,

---

18 Dactylus *p. 576, 2*

---

1 archilochos *B* 3 di boni] *Terent. Andr. II 2, 1. 3* 8 maximus] saepius ς 10 ne forte] *Terent. Adelph. IIII 5, 77* nolim ς 11 nam] *Terent. Hecyr. III 2, 14* remittant ς 14 obsequium] *Terent. Andr. I 1, 41* amicum amicos *R* 16 metra notabis ς. notabis *alia manu superscriptum est in R. de pedibus iambicorum versuum Rufinus alterum locum Victorini supra citatum secutus est. tribrachyn hoc loco omissum commemoravit Iuba infra p. 562, 14* 22 exclusit] *Terent. Eunuch. I 1, 4* 23 quod plerique] *Terent. Andr. I 1, 28* 25 apamphaenonta *AR* APAMPHEnonta *B. metra ἀπεμφαίνοντα Iuba auctore commemoravit Marius Victorinus p. 106, 17* 26 latini *ABR*ς 27 graii ς gra.i *B* gradi *AR* 29 de choliambo. S: ponitur autem scazon *R*

nec fonte labra prolui caballino,
nec in bicipiti somniasse Parnasso.

De metris comicis.

Tetrametros trimetrosque capit comoedia versus.
tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus.
creticon Archilochus trimetro superaddidit ingens.
amphibrachyn trimetro Hipponax supponit iambo.
fulserat hac Plautus pulcherque Terentius arte. ||

Terentianus de iambis fabularum sic dicit,

Culpatur autem versus in tragoediis
et rarus intrat ex iambis omnibus,
ut ille, contra qui secundo et talibus
spondeon aut quem comparem receperit.
sed qui pedestres fabulas socco premunt,
ut quae locuntur sumpta de vita putes,
vitiant iambum tractibus spondiacis
et in secundo et ceteris aeque locis,
fidemque fictis dum procurant fabulis,
in metra peccant arte, non inscitia,
ne sint sonora verba consuetudinis,
paulumque rursus a solutis differant. |
magis ista nostri: nam fere Graecis tenax
cura est iambi vel novellis comicis
vel qui in vetusta praecluent comoedia.
Aristophanis ingens emicat sollertia,
qui saepe metris multiformibus novus
Archilochon arte est aemulatus musica.

Sisenna in commentario Poenuli Plautinae fabulae sic, 'Halonium

---

9 Terentianus *v. 2228 Priscian. de metr. Terent. 419, 16*

---

1 nec fonte] *Pers. prol. 1* 5 ferunt *R* 14 sed qui *b*ς sed quid *ABR* 15 putantes *B* 16 spondiacis *R* spondaicis *A* spondaicis *corr.* spondeacis *B* 17 et in caeteris, *sed deleto* in *A* 19 inscitia *R* inscientia *corr.* inscitia *B* insciatia *corr.* inscitia *A* 21 paululumque *corr.* paulumque *B* a solutis differant ς a solutis litteris *ABR et adscripto in marg.* l'differant *codex Vossianus 33. 4* 22 mage ista *Putschius* fere] ferre *R* 24 praeclu . . . *corr.* praecluent *B* praelucent ς 25 aristophanes *B* 26 nouus *ABR Asc. Ald.* nouis *Ven. et Terentianus* 27 arte ς arce *ABR* aemulat sisenne in commentario *R* 28 Sisenna *AB*ς Scaurus *in litura codex Vossianus 33. 4, in quo olim* Sisenna *scriptum erat. transpositio, ut videtur, in B indicata est his signis,* ÷ Sisenna in commentario — metri causa ÷ Scaurus — syllabas ÷ Sisenna in rudente, *et similiter in codice Parisino 7498 ita,* ※ Sisenna in comentario — metri causa ※ scaurus — syllabas. Sisenna penuli *AB* halonium *BR* adonium *corr.* halonium *A.* Alonim] alon Poeni dicunt deum, et producendam syllabam metri gratia exigit iambus *coniecit Ritschelius parerg. Plaut. p. 378 coll. Plaut. Poen. V 1, 1*

Poeni dicunt deum, et producenda syllaba metri gratia, *sicut* exigit iambus'. in Pseudulo sic, 'Malai διαίρεσις metri causa'. Scaurus in eadem fabula sic, 'Nunc iam: iam divisit in duas syllabas *metri causa*'. Sisenna in Rudente sic, 'Fuit extendit primam syllabam metri gratia'. et postea sic, 'Habiliore metro usus est, ut solet in mulierum oratione'. postea sic, 'Latronem producit metri causa'. ‖ in Amphitrione sic, 'His quattuor generibus quintum accedit de genere versuum qui non sunt unius modi'. in Captivis sic, 'Hic ornatu s litteram metri causa amisit'. in Aulularia sic, 'Haec scaena anapaestico metro est. sed concisa sunt, ut non intellegas'.

Iuba in libro quarto sic dicit, 'Iamborum itaque exempla, quae maxime frequentata sunt, subdidi,

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ,
Ξάνθῃ παλαιῇ γρηὶ πολλῇσιν φίλῃ,

---

1 sicut *om. ABR*ς exigit] egit *R* iambum *Asc.* 2 in pseudulo (in pseudolo *R*) sic Malai ΔΙⲀΙΡΕCIC (.diai. ΡΕCIC *A*) metri causa *ABR Asc.* Scaurus in commentario Plauti in Pseudulo sic dicit *Ven.* Scaurus in commentario Plauti in Pseudulo dicit. Malai διαίρεσις metri causa *Ald.* malai, *quod in Pseudulo nunc non legitur, ex prologo fabulae, cuius duo versus in Ambrosiano codice relicti sunt, petitum esse coniecit Ritschelius l. c. p. 375* 3 nunc iam — 4 et postea sic *om. R.* nunciam *quattuor locis Pseuduli, I 1, 116 I 5, 82 I 5, 133 I 5, 144, legi adnotavit Ritschelius p. 376* metri causa *om. AB Asc., add.* ς 4 extente primā syllabā (syllabam *B*) metri gratia *AB* extente primam syllabam metri gratia *Asc.* extrita prima syllaba metri causa *Ven.* extente prima syllaba metri causa *Ald.* extenta prima syllaba metri causa *Ritschelius p. 378. fortasse* extendite. *adnotationem Sisennae ad versum Rud. IIII 4, 61, quem ille sic scriptum repperisset*, haec Athenis parva fuit virgo surpta, dic mihi, *pertinere indicavit G. Hermannus apud Ritschelium p. 379* 5 habiliore *AB* habiliorem *R* muliere *corr.* — rū *B* 6 latronem *in Rudente non legitur. e Curcul. IIII 3, 16, ubi* latronum *pro* lenonum *scripsit Dousa, petitum esse coniecit Ritschelius p. 381* in amphitrione sic *ABR* Idem Sisenna in Amphitryone sic ς 7 unius modi *ARb* huius modi *B* 8 in captiuis sic *ABR* Idem Sisenna in Captiuis sic ς hic ornatu. s. litteram *A* hic ornatus litī *B* hicornatur. S. litteram *R: Plaut. Capt. II 3, 87. V 3, 20. cf. Ritschel. parerg. Plaut. p. 383* in aulularia sic *ABR* Idem Sisenna in Aulularia sic ς. *Sisennae adnotationem ad scenam Aululariae IIII 9 rettulit Hermannus elem. doctr. metr. p. 411* 9 concisa] conuersa ς

11 itaque *BR* utique *corr.* itaque *A* maxime *om.* ς 13 πάτερ — 562, 3 βούλομαι] ΠΕΤΕΡⲀΥΚⲀΜΒⲀΠΟΒΟΙΛΟΜⲀΙ *et superscriptum* deest graecum *A. pro hoc adhibitus est codex Parisinus 7498 (P). duos versus primos ediderunt Ascensius et Aldus, reliquos quattuor ex Scaligeri libro, ut videtur, addidit Putschius* ΠⲀΤΕΡⲀΥΚⲀΝΒⲀ *R: Mar. Victor. p. 170, 5 Piot. p. 518, 5 Archiloch. fr. 92 ed. Bergk.*

14 *Δαναός] Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ Strabo l. V. p. 221 Nauck trag. graec. fragm. p. 340* 15 ΞⲀΝΘΗΡⲀΛΑΙΝΙΡΗΙΤΟΛⲀΝCΙΝΦΙΛΗ *R* ΞⲀΝΘΝΠⲀΛΛΙΗΓΡΗΠΟΛΛΗCΙΝΦΙΛΝ *P* ΞⲀΝΕΝΠΛΛΛΙΗΓΡΝΠΟΜΕC *reliquis usque ad 562, 3 βούλομαι omissis B. 'Archilochi vel Anacreontis videtur versus' Bergkius poet. lyr. p. 1325 ed. tert. Ξάνθη proprium nomen mulieris scripsit Meinekius fragm. com. graec. v. IV p. 684* πολλοῖσιν *Bergkius*

οἶδ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους,
ἱμάτιον ἐφόρει μαλακὸν ἐρίων Σικελικῶν,
τὸ δὲ προσκεφάλαιόν φησιν ἅμα σοὶ βούλομαι.
·videre non vult Caelium Panaetius,
misera marino quae timida in litore,
vallis per imas amne labens caerulo,
armiger in Ida pede vago litora petens,
caerula nec aliter liquida superans malaciae,

* * *

παρὰ σοφοῦ μάθε κλύων ὅσα τις ἂν καταμάθοι,
rape faces, cape puer, sopor abit, cane melos'.

In alio loco sic, 'Iambicum metrum non ex solis iambis conscribitur, sed quinque suscipit pedes, id est iambum tribrachyn anapaestum dactylum et spondeum, hoc est iambum et spondeum et solutiones eorum, | scilicet ex iambi solutione tribrachyn ‖ (nam si sequentem longam syllabam in duas breves dividas, fiet de iambo tribrachys), spondei autem solutiones duas, dactylum et anapaestum. nam si prior syllaba spondei solvatur in duas breves, fiet anapaestus; si vero secunda, dactylus fiet. unde intellegi datur iambica metra de iambo et spondeo fieri et de eorum solutionibus'.

De choliambo sic, 'Est autem proceritatis eiusdem versus qui unius pedis differentia nomen amittit. nam quod sexto loco, qui locus par est,

17 unde intellegi — 18 solutionibus *Mar. Victor. 80, 5*

1 ΟΙ∂ΥΠΟΓΑΡΝΜΩΝ *P* ΟΙ∂ΥΠΟϹΓΑΡΝΜΩΝ *R* οἶδ' ὑπὸ γὰρ ὑμῶν *Putschius: Aristoph. Nub. 213* καί] ΚΕ *RP* 2 ΙΝΑΤΙΟΝΕΦΟΡΕΙΝΑΛΑΚΟΝ *R. Aristophanis versum esse coniecit Meinekius. 'fortasse Philemonis ἐν Σικελικῷ' ten Brink Iubae fragm. p. 19* 3 ΤΟΔΕΡΩϹΚΕΦΑΛΑΙΟΝΦΕϹΙΝΑΝΑϹΟΙΒΟΥΛΟΝΑΙ *R*
i
4 caelium *R* caelum *A* celium *B* coelum *Asc. Ald.* ut puto caelum *Ven.* panaetius *AR* penetius *B Asc.* Panetius *Ald.* paneus *Ven.* 5 timida (timido *R*) in litore *ABR* timidam litore *Ven.* tumida in littore *Asc. Ald.* tumida littore *Putschius* tumidula litore *ten Brink l. c. p. 20* 6 vallis] *Serv. de cent. metr. p. 458, 7* 7 armiger in unda pede vago litora petit, coerula nec aliter superat itaque et malaciam *ten Brink* in Ida *AB* mida *R* unda *Ven.* huda *Asc. Ald.* 8 caerula non aliter superans liquida (liqua ς) malitiae *ABRς, ubi* liquida malaciae *edidit Putschius,* liquida Salmaciae *coniecit Salmasius apud Gaisfordium p. 614. numeros ad exemplum graeci versus restitui. deinde lacunam, qua latinus versus ad exemplum graecum τὸ δὲ προσκεφάλαιον sqq. fictus excidit, indicavi. sequuntur duo versus, quibus solutiones creticorum probantur* 9 ΠΑϹΟΦΟΥΜΑΘΕΚΛΙΩΝΟϹΑΤΙϹΑΝΚΑΤΑΜΑΘΟΙ rapae *A* ΠΑΡΑϹΟΦΟΙΜΑΘΕΚΛΥΟΝΟϹΑΤΙϹΑΝΚΑΤΑΜΑΘΕΙϹΤΑΡΕ *B* ΠΑΡΑϹΟΦΟΥΜΑΘΕΚΑΥΩΝΟϹΑΤΙϹΑΝΚΑΤΑΝΑΘΟ.irape *R* παρὰ σοφοῦ μαθε κλυων (μεμάθηκ' ἐγών *Ald.*) *οσα τις αν Κατανα𝜗οι* Rape *Asc. Ald.* 10 fauces *corr.* faces *A* melos *Putschius* melis *ABRς* 11 describitur *B* 14 ex iambo (*corr.* — bi) solutione *B* ex iambi solutionē *A* et iambi solutionem *R* 15 diuidas *AB* diuides *R* soluas ς 17 fiet anapaestus ς fiat anapaestus *AB* fit anapestus *R* secunda *om. R* dactilus fiat *ABR* fiet dactylus ς unde et intellegi datur *A* 19 DE CHOLIAMBO SIC *BR* DE CHOLIAMBIS *A* proceritas ς

non iambus, sed spondeus vel trochaeus accipitur et a longa syllaba incipit, claudum carmen facit et choliambus nominatur, ut est

ὦ Κλαζομένιοι Βούπαλος κατέκτεινεν,
ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω,
o quae tenerulae comparis tenes crinem,
sudes in ista Veia latent fossa.

quod autem binis pedibus et non singulis scanditur, vetus institutum est. quippe Herodotus, antiquus historiae auctor, cum de heroo diceret versu, quem singulis partiri pedibus moris est, ita dixit, *καί σφιν ἡ Πυθίη ἀφικομένοισιν χρῇ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε,*

ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

unde apparet heroum singulis pedibus scandi etiam apud veteres solitum. iambum autem binis *scandi* idem ait, cum de Archilocho Pario referret, qui Gygae fabulam optime complexus est, ita, *Γύγης, τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς ἐπεμνήσθη ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ.* ‖ meminit autem versus eius Herodotus, quem applicui,

οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

et hactenus de acalalecto trimetro dictum'.

---

3 *ὦ — ἥκω*] ΩΚΛΑΖΟΜΕΝΙΟΙΒΟΥΠΑ *reliquis omissis et superscr.* deest graecum *A*. *pro hoc adhibitus est codex Parisinus 7498* (*P*). *duos Hipponactis versus Iuba auctore exhibet Plotius p. 522, 19* ΚΛΑΖΟΝΕΝΙΟΙ *R* *Βούπαλος om. R* ΚΑΤΕΚΤΕΙΝΕΝ *PR* ΚΑΤΕΚΤΕΥΝΕΝ *B*. *κἄθηνις legisse videtur Plotius* 4 ΑΚΟΥCΑΤΙΠΠΟΝΑΚΤΟCΟΙΤΑΡΑΜΗΚΩ *R* ΑΚΑΥCΑΤΙΠΠΟΝΑΚΤΟCΟΥΓΑΡΑΜΝΚΩ *P* ΚΟΥCΑΤΙΠΠΟΝΑΚΤΟCΟΥΤΑΡΑΝΗΚΩ *B* 6 ueia *R* uia *et in marg.* ueia *A* uia *B* 9 ΚΑΙCΦΙΝΗΠΙΘΥΝΑΦΙΚΟΝΝΥCΙΝΧΡΕΗΕΝΕΞΑΝΕΤΡΩΤΟΝΩΤΑ∂ΕΑΛΛΟΤΑΝΗΝΙΟΝΟCΒΑCΙΛΕΥCΕΝΕΛΟΙCΓΕΝΟΙΤΟΚΑΙΝΟΤΘΑΥ∂ΕΠΟ∂ΑΒΡΕΠΟΛΥΙΗΦΙ∂ΑΠΑΡΕCΝΟΝΦΕΥΓΕΙΝΑΙΕ∂ΕΝΕΝΕΙΝΑΙΗ∂ΑΙ∂ΕΙCΕΑΙΚΑΚΟCΕΙΝΑΙ *R* ΚΑΙCΦΙΝΗΠΙΘΥΝΑ.ΦΥ ΚΑ *superscr.* deest graecum *A* ΚΛΙCΦΙΝΗΤΙΘΥΠΙΝΑΦΙΚΟΜΝΙCΙΝ *B* *καὶ σφὶν ἠπίθυνα φήσω ἄλυσιν Ald. Herodoti verba cum versibus oraculi ediderat Ascensius. duos autem Herodoti locos I 47 ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε, οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμόν sqq. et I 55 ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, ἀλλ' ὅταν ἡμίονος sqq. Iuba coniunxit.* 14 uetus *B* ueter̃ *b* 15 iambum autem binis idem ait *B* iambum autem binis id enim ait *AR Asc.* iambicum autem binis id autem ait ϛ de archilo *R* refert ϛ 16 *fortasse* complexus esset ΓΥΝΗCΤΟΥΚΑΙΑΡΧΙΛΟCΟΠΑΡΙΟCΚΑΤΑΤΟΝΑΥΤΟΝΧΡΟΝΟΝΓΕΓΟΝΟCΕΠΕΝΝΕCΗΝΙΑΛΙΒΩΤΡΙΝΕΡΩ *R* ΓΙΓΟCΚΑΙΤΟΥΑΡΧΙΛΟΧΟΠΑΡΙΟCΚΑΤΑΤΟΝΑΥΤΟΝΧΡΟΝΟΝΓΕΓΟΝΟCCΗΠΕΜΝΗCΕΝΙΑΜΒΟΡΙΜΕΤΡΟ *B* ΓΙΓΗCΤΟΥΚΑΙΑΡΧΙΛΟΧΟCΟΠΑ *superscr.* deest graecum *A* *γιγνεθον καὶ ἀρχιλοχος παριος κατα τὸν αὐτὸν χρονὸν γεγονωσε πεμηεσεν ἰαμβῳ τριμετρω Asc. γίγνεσθον καὶ ἀρχίλοκος πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς, ἐπήνεσεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ Ald. γίγεω αὐτοῦ καὶ ἀρχίλοχος πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς ὑπέμνησεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ Putschius: Herod. I 12* 19 ΩΝΟΙΤΑΡΓΥΡΕΟΥΤΟΥΠΟΛΙΧΡΥCΟΥΝΕΛΕΙ *R* ΩΛCΕΙΤΑΡΓΥΡΕΟΥΤΟΥΠΟΛΙΧΡΙCΟΥΜΕΛΕΙ *B* ΩΜΟΙΤΑΡΓΥΡΕΟΥ *superscr.* deest graecum *A* *ὦ μοι τ' ἀργυρέου τοῦ πολυχρύσου μέλει Asc. Ald. ὦ μήτε γίγέω πολυχρύσου μέλει Putschius* 20 acatalecto *AR* catalecto *B* catalecticō ϛ

De octametro boiscio idem sic dicit, 'Octametrum catalecticum, quod appellatur boiscion,

Βοίσκος ἀπὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον,
Boiscus is de Cyzico, novi repertor carminis:
nam primus octonopedem versum deo dicavit'.

Firmianus ad Probum de metris comoediarum sic dicit, 'Nam quod de metris comoediarum requisisti, et ego scio plurimos existimare Terentianas vel maxime fabulas metrum non habere comoediae graecae, id est Menandri Philemonos Diphili et ceterorum, quae trimetris versibus constat. nostri enim | veteris comoediae scriptores in modulandis fabulis sequi maluerunt, Eupolin Cratinum Aristophanem. prologos igitur et primarum scaenarum actiones trimetris comprehenderunt, deinde longissimos, id est tetrametros, subdiderunt, qui appellantur quadrati. in consequentibus deinceps variaverunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante vel semisse posuerunt, id est vel semipede adiecto vel integro pede iambo vel sesquipede. haec per medios actus varie; rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena. sed iidem quadrati, cum sedecim syllabis constare debeant, tamen plerumque fiunt viginti aut amplius syllabarum. hinc putantur metro carere nec lege ulla contineri'.

---

1 De octametro *Mar. Victor. 82, 25* 7 Nam quod — 20 contineri *Mar. Victor. 78, 19 supra p. 556, 23*

---

1 idem *ARς* item *B* 2 Boiscium (Boiscum *Ald.*) *βοίσκος ὁ ἀποκυζικοῦ — δώρον Asc. Ald.* boiscion ΒΟΙϹΚΟϹΟⲀΠΟΚΥΖΙΚΟΥΠⲀΝΤΟϹΓΡⲀΦΕΙϹΠΟΙΗΜⲀΤΟϹ ΤΟΝΟΚΤⲀΠΟΥΝΕΥΡΩΝϹΤΙΧΟΝΦΟΙΒΩΤΙΘΗϹΙΔΩΡΟΝ *R* boiscion ΚΟϹΟΛΠΟ-ΚΙΖΙΚΟΥΠⲀΝΤΟϹΦΡΑΦΕΙϹΠΟΙΗΜⲀΤΟϹΤΟΝΟΚΤΛΠΟΥΝΕΙΡΩΝϹΤΙΧΟΝΦΟΙΒΟ ΤΙΘΗϹΙΔΩΡΟΝ *B* boiscicon ΒΟΙϹΚΟϹ.ΟΔΩΡΟΝ *A* 3 *παντός] καινοῦ ten Brink p. 29* 4 *δωρεάν et supra* 1 octametrum acatalectum *Scaligero auctore ten Brink, corruptam latini versus scripturam* dicaverat *secutus. catalecticum versum definivit Marius Victorinus p. 83, 1* 5 is de *AR Asc. Ald.* iste *B Ven.* 6 octano pede uersum *AR* uersum octono pede *Bς* uersum octonum pedum *Putschius* octonum pedum uersum *ten Brink* deo dicauit *ς* deo dedicauit cauerat *R* deo di . . . . . cauerat *sex fere litteris deletis B* deo dicauit i cauerat *corr. ut videtur* deo dicaut cauerat *et in marg.* dicando cauerat *codex Vossianus 33. 4* deo dicauerat *A Asc. Putschius* 7 nam de metris comoediarum quod requisisti *A* nam quod (quod *superscr.*) de metris cenoediarum requiritas *R* 8 terentianus *R* 10 et ceterorum *om. Bς* qui trimetris uersibus constant *ABRς* 11 ueteris *BR* ueteres *corr.* — is *A* ueteres *ς* in emodulandis, *sed deleta* e *littera A* 12 maluerunt id est Eupolin *supra p. 557, 4* aristophanem prologos — 20 contineri *AR Asc. Ald.* aristophanem ut praefatum est *B Ven. Putschius* 15 deinceps] rufinus dicebat penultimo acuto accentu *superscriptum est in A: cf. infra p. 569, 8* 18 in secunda scaena locaverunt *supra p. 557, 10.* collocauerunt *in margine post* scaena *adscriptum est in codice Vossiano 33. 4* sed idem *AR* 20 contineri feliciter (similiter in alio *superscriptum est in A*) Mensuram *AR*

Mensuram esse in fabulis [hoc est metron] Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt hi, Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Caesius Bassus, Terentianus, Caecilius || Vindex, Cinna, Sisenna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Sosipater Charisius, Helenius, Asper, Fl. Caper, Arruntius, Probus, Plinius, Euanthius, Sacerdos qui et Donatus, Iuba.

Haec ego Rufinus collegi mente benigna
discipulisque dedi munera pulchra libens.

Versus Rufini V. C. litteratoris de compositione et de metris oratorum.

Musigenae numeros vates et metra secuntur,
orator numeros: haec illi maxima virtus,
ne vagus errando laudandam nesciat artem.
  Rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat.
dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus
spondeusque gravis numeroque† aptissime paean,
temporibusque pares, quamvis et syllaba crescat.
continuos fugito multos — fit versus — eosdem.
  Optimus orator sequitur ratione poetas:
cognatus virtute sua metrumque recusans
hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.

Item sic,

Doctus Aristoteles paeanem laudat utrumque:
a longa incipiens primordia pulchra locabit,

---

16 temporibusque *p. 576, 4*

---

1 hoc est metron *postea adscripta esse vidit Osannus Beitr. z. griech. u. roem. Litt. v. II p. 330* plauti ac ceterorum *B* 3 caecilius (cecilius *B*) uindex cinna sisenna *ABR Asc.* Caelius Sisenna *Ven.* Caecilius Vindex, Sisenna Cinna *Ald. Caesellium Vindicem dici adnotaverunt Osannus l. c. et Ritschelius parerg. Plaut. p. 360. de nomine tamen errare potuit grammaticus. Cinnae nomen delevit Ritschelius* 4 Helenius *Ritschelius* helenus *ABR*ϛ 5 fl. caper *ABR* Flauianus Caper ϛ Flauius Caper *Asc. Putschius* arruntius *ABR* Aruntius ϛ enanthius *A* euantius *B* eua(u)tius *R* Sacerdos qui et Donatus *Asc. Ald. codex Vossianus 33, 4* sacerdos qui et domatus *AB* sacerdos et donatus *R* Sacerdos quod etiam docuit Donatus *Ven.* Sacerdos, qui et Plotius, Donatus *Ritschelius. probabilius videtur Sacerdotis librum a non nullis nomine Donati inscriptum fuisse. commentarium Donati de pedibus oratoriis et de structuris usurpavit Rufinus p. 577, 1. Donati et Sacerdotis libros coniunxerat Cassiodorus de orthogr. p. 2275, de gramm. p. 2323* 10 Musigenae sqq.] *Cic. de orat. III 44, 175. Orat. 57, 191. cf. p. 572, 24* 15 paean *A* peon *B. fortasse* aptus quoque paean. *praeterea creticus et trochaeus, qui infra p. 566, 22 commemorantur, omissi sunt* 17 figito *et in marg.* fugito *A*

'aspicere' ut verbum est, contrarius ille supremus.
Tullius hunc laudat, cui sit paenultima longa:
'esse' trochaeus adest, 'videatur' tertius ille,
quem paeana vocat Musis devota vetustas:
hic membris numerus melior, cui tertia longa.

Versus Rufini V. C. litteratoris de numeris et pedibus oratorum.

Rhetoricas pulchre structuras dochmius ornat:
principium bacchius erit, concludet iambus. ||
aut vice mutata nomen mutabitur uni:
primus iambus erit, tum finem creticus explet.
prima brevis longaeque duae, brevis, ultima longa;
exemplumque artis dabitur 'res publica' vobis,
quam Cicero casu genetivo ponere gaudet. |
hoc pede composito laudatur fama pedestris.
ut docet Ausonius orator Tullius ingens,
omnibus iste locis numerum pes efficit aptum:
longa brevem sequitur, longam brevis, addite longam,
syllaba prima brevis, tum syllaba longa secunda,
tertia longa, brevis quarta productaque quinta:
Tullius orator, ceu multi, dochmion ornat.

Idem sic,

Creticus atque trochaeus erit, qui claudere possunt,
aut spondeus inest nullo discrimine finis.
aut vice mutata nomen mutabitur illis,
principioque trochaeon habes, in fine molossum.
aut finis bacchius erit, brevis ultima claudet:
longa sit anne brevis, nullum discrimen habetur,
ut solet in metris doctus conponere vates.
aut Asiae numerus pulcher, bis fine trochaeus:
sed magis erigitur spondeo clausula fortis.
hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.

Item versus Rufini.

Spondeo narrare solent tibi rhetores acta,

---

22 Creticus *p. 576, 1*

---

3 *Aristotelis sententiam rhetor. III 8 Rufinus a Cicerone de orat. III 47, 183 petivit: cf. p. 569, 5. 'structuram Tullio peculiarem'* esse videntur *ex loco Probi infra p. 577, 8 citato recepit* 5 numerus melior] melior nostris ς 7 Rhetoricas sqq.] *Cic. Orat. 64, 218: cf. p. 577, 10* 10 cum finem ς 12 uobis *AB* nobis ς 14 hoc pede] *Terent. Maur. v. 1439* optimus pes et melodis et pedestri gloriae: *cf. 575, 4*
17 additę *AB* adiice ς adice *codex Vindobonensis 2521* 18 cum syllaba ς
21 idem sic *A* item sic *B*ς. *cf. Cic. Orat. 63, 212 sqq.* 22 erit] erunt *codex Vindobonensis 2521* 24 aut vice — illis *om.* ς 26 aut finis] at finis *AB*ς 29 aut adsit numeris pulcher ς 33 Spondeo] *Cic. Orat. 61, 207*

quod gravis et tardus res gestas mentibus adfert:
dactylicis certant pedibus, quia currere possunt.
dicimus egregios Theopompi more labores,
et vitam insignem laudamus Isocratis arte:
hic stilus historiis, hic laudibus aptior haeret.

De ambitu sive circuitu, quem Graeci *περίοδον* dicunt, sic,

Dicere Musa iubet, me dicere iussit Apollo,
circuitum orator quot membris reddere debet: ||
vos, Phoebi comites, animis haec condite vestris
et memorem doctis componite mentibus artem.
non unum natura dedit nos ferre laborem,
legibus alternis quae pulchras iunxerat artes:
quattuor e membris plenum formare videmus
rhetora circuitum; sic ambitus ille vocatur.
quattuor hexametris hunc versibus aspicis aequum.

De genere iudiciali, *περὶ τοῦ δικανικοῦ*.

Iudiciis paeana refert tibi Tullius aptum. |

De genere deliberativo, *περὶ τοῦ συμβουλευτικοῦ*.

Siquis rem dubiam deliberet, armat iambus:
dactylus his causis tibi dicitur aptus utrisque.

De Theophrasto idem Rufinus metro sapphico sic,

Rhetoras pulchros Theophrastus ornat
membra dispergens bona dithyrambi
fusa per partes: anapaestus ista
floret in arte.
longior fluxit numerus per artem,
quem dedit nobis anapaestus ille:
hinc pedes claros loca dithyrambi
rhetores aptant.

Cicero de numeris oratoriis sic dicit, 'Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est e singulis longis et brevibus: explanandum est enim, quod iam ab aliis eidem pedes aliis vocabulis nomi-

30 Cicero de numeris oratoriis *Cic. Orat. 64, 212*

2 quia *A* qui *Bς* quia *et superscriptum* qui *codex Einsiedlensis Orellii* 6 quem *Bς* quam *A Asc.* 7 Dicere] *Cic. Orat. 66, 222* 10 memores ς 15 quattuor exametris *AB* quattuor ex metris ς: *cf. Cic. Orat. 66, 222* e quattuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio 16 ΠΕΡΙ ΤΟΥΔΕΚΑΝΙΚΟΝ *B* ΠΕΡΙΔΕΚΑΝΙΚΟΥ *A* 22 Rhetoras] *Cic. de orat. III 48, 184* pulchras *A* theophrastos *codex Einsiedlensis Orellii et fortasse A* teophrastos *B* 23 membra *Bς* metra *A* dithirambi *Bς* dithirambis *A* 24 per partes *Capperronnerius* per artes *ABς* ista *Asc.* ita *AB* idem ς 26 per artem *Ald.* per artes *AB Ven.* 31 maxima *B* 32 duo chorei extremi sunt ς chori *B*

nantur. sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est idem. cadit autem per se ipse ille praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis'. ‖

Quintilianus in arte de numeris et structura Demosthenis sic dicit, 'Nam † quo fit, ut Demosthenis severa videatur compositio *τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις*, et illa quae ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, ceteris placet, *κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ*'. idem in alio sic, 'Talia sunt Demosthenis *πᾶσι καὶ πάσαις* et *πᾶσιν ὑμῖν*, et totum paene principium'. in alio sic, 'Est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo vel ex iambo et cretico, stabilis in clausulis et severus: spondeus quoque, quo plurimum est Demosthenes usus'.

Diomedes sic dicit in II libro artis suae, 'Igitur spondeus e duabus syllabis longis aptus est clausulis, qualibus maxime Demosthenes utitur, *πᾶσι καὶ πάσαις καὶ πᾶσιν ὑμῖν*. habet enim graves sonos finemque sensus et clausulae firmas sedes constituit, ut 'rei publicae causa' et 'arma sumpsi' et 'esse pro nobis'. gravior est autem longa syllaba praecedente quam brevi: aliter enim sonat 'arma sumpsi', aliter 'esse pro nobis'.

Cicero ad Herennium in arte sic, '*Ὑπέρβατον*. huius modi transiectio, quae rem non reddit obscuram, multum poterit ad continuationes, de quibus ante dictum est; in quibus oportet verba sicuti ad poeticum exstruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae'.

De structuris, id est de numeris, | sive de continuatione sive de compositione Cicero sic dicit, 'Longissima est igitur complexio verborum, quae volvi uno spiritu potest; sed hic naturae modus est, artis alius. ‖ nam cum sint numeri plures, iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, Catule, vester, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum; sed sunt insignes percussiones eorum

4 Quintilianus in arte *Quintil. VIIII 4, 63* 7 idem in alio sic *Quintil. VIIII 4, 73* 9 in alio sic *Quintil. VIIII 4, 97* 12 Diomedes sic dicit *Diom. 469, 3* 19 Cicero ad Herennium *rhet. ad Herenn. IIII 32, 44* 24 Cicero sic dicit *Cic. de orat. III 47, 182*

5 nam eo fit ut Demosthenis ς, namque eo fit ut cum Demosthenis *apud Quintilianum edidit Halmius* ΤΟΙϹΘΕΟΥϹ *B* ΤΟΥΘ (c suprascr.) *A*: *Dem. de cor.* § *1* 6 illa quae *Asc.* illa quod *AB*ς 7 ΚὰΝΜΗΠΩ ΒὰΛΛΗ ΜΝΔΕ ΤΟΞΕΥΝ *P* ΚὰΝΜΗΠΩΒὰΛΗΜΗΔΕΤΟΧΕΙΝ *A* ΚὰΝὰΝΤΩΒὰὰΛΕΛϹΕΔΕΤΟΞΗΙΗ *B*: *Dem. Phil. III* § *17* 8 et *πᾶσιν*] et ΠὰΛΙΝ *AP* et ΠὰὰΙΝ *B καὶ πᾶσιν Asc. Ald.* 9 in alia *A* 11 quo *om. A, add. B*ς demosthenis *B* 14 *πᾶσιν ὑμῖν*] ΠὰΛΙΝΥΜΙΝ *P* ΠὰΛΥΝΥΜΙΝ *A* ΠὰΛΙΝΙΑϹΙΝ *B* sonos *Ab* somnos *B* sōnos *in margine A* 19 sic *περὶ ὑπερβάτου* huiuscemodi *Ald.* huiusmodi *B codex Einsiedlensis* huiuscemodi *corr.* huiusmodi *A* 20 reddit *Ab* reddet *B* poterit] proderit *Ald.* continuationes *Ab* contionationes *B* 21 in quibus *Capperonnerius* de quibus *AB*ς 26 cum numeri sint plures ς frequenter ς 27 ipsam ipsi, *sed deleto* ipsam *A* orationem sermonemque *A Asc.* orationem sermonem *B* orationem et sermonem ς percussiones *Ab* percursiones *B*

numerorum et minuti pedes. quare primum ad heroum nos [dactylici et anapaesti et spondei] pedem invitat, in quo inpune progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus, nec plane in versum aut in similitudinem versus incidimus, 'altae sunt geminae quibus'. hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. probatur autem ab eodem illo maxime paean, qui est duplex: nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, ut haec verba, 'desinite, incipite, comprimite', aut a brevibus deinceps tribus extrema producta atque longa, sicut illa sunt, 'domuerant, sonipedes'. atque illi philosopho ordiri placet a superiore paeane, posteriore finire. est autem paean hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa,

quid petam praesidi aut exequar? quove nunc.

a quo numero exorsus est Fannius, 'si, Quirites, minas illius'. hunc ille clausulis aptiorem putat, quas vult longa plerumque syllaba terminari'.

Postea in eodem tertio libro de Oratore sic dicit, 'Sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. neque vos paean aut herous ille conturbet: || ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati. consuetudo modo illa sit scribendi atque dicendi, ut sententiae verbis finiantur eorumque verborum iunctio nascatur a proceris *numeris* ac liberis, maxime heroo aut paeane priore aut cretico, sed varie distincteque considat: notatur enim maxime similitudo in conquiescendo. et si primi et postremi pedes sunt hac ratione servati, medii possunt latere, modo ne | circuitus ipse verborum sit aut brevior quam aures expectant, aut longior quam vires atque anima patiatur. clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio iudicatur. nam versus aeque prima et media et extrema pars

16 Postea in eodem *Cic. de or. III 49, 190*

1 dactylici (dactyli *Cic.*) et anapaesti et spondei *apud Ciceronem delevit Madvigius* 3 in uersum *A Asc. Ald.* in uersus *B Ven.* in similitudine uersus *A* in similitudinem uersum *Asc.* 4 altae] aliae *AB*ς *ad* geminae *adscriptum in marg.* Gemmae *A* 6 ille *corr.* illo *B* 7 comprimite ς comprime *A* cūprime *B* 8 deinceps] nos deinceps antepenultimo acuto accentu dicimus *in marg. A: cf. p. 564, 15* 9 domuerunt ς illi ς illo *AB* philosopho] nos philosopho dicimus antepenultimo acuto *in marg. A* 11 quod acrius ς 13 quid] *Enn. Andromach. fr. 9 ed. Ribb.* 14 minas *Ab* manus *B* 15 clausulis his aptiorem ς terminari *Capperonnerius* terminare *AB*ς 17 ipsa membra *b*ς ipsa membris *AB* 20 sententię[a] uerbis finiatur *B* 21 numeris *om. AB*ς, *ex Cicerone add. Capperonnerius* 22 aut cretico *om.* ς 23 conquiescendo sed uarie distincteque et si *B* primi ac postremi ς 26 expectent *Cicero* 27 in his *B*ς in iis *A Asc.* 28 indicatur *B* indicatur *corr.* iudicatur *A* uideatur *Ven.* indicatur *Asc. Ald.*

adtenditur, qui debilitatur, in quacumque est parte titubatum: in oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique, *quae* quoniam apparent et intelleguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur aut aurium satietate. duo enim aut tres fere sunt extremi servandi et notandi pedes, si modo non breviora et praecisa erunt superiora, quos aut choreos aut heroos aut alternos esse oportebit, aut in paeane illo posteriore, quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico. horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur qui audient fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere videamur.'

Postea sic, 'Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt, sic, siquid in nostra oratione claudicat, sentit; sed poetae non ignoscit, nobis concedit: taciti tamen omnes non esse illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt.' ||

Idem M. Cicero in Oratore de pedibus et numeris incisorum, id est κομμάτων, et membrorum, id est κώλων, et ambituum sive circuituum, id est περιόδων, sic dicit, 'Apud Graecos quidem iam anni prope CCCC sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus.'

Postea sic, 'Quod si aures tam inhumanas tamque agrestis habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas. omitto Isocraten discipulosque eius, Ephorum et Naucraten, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimique ipsi oratores esse debebant. sed [si] quis hominum doctior, acutior, quis in rebus vel inveniundis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati adversatus infensius? is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. eius auditor Theodectes, in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus scriptor atque artifex, hoc idem sentit et praecipit; Theophrastus vero isdem de rebus etiam accuratius. quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis praecepta nesciunt.'

In alio loco sic dicit, 'Fluit omnino | numerus a primo tum incitatius

---

10 Postea sic *Cic. de or. III 51, 198* 14 Idem M. Cicero in Oratore *51, 171*
18 Postea sic *Cic. Orat. 51, 172* 29 In alio loco *Cic. Orat. 63, 212*

---

1 est parte titubatum *AB* parte titubatum est ς 2 quae *om. ABς, ex Cicerone add. Capperonnerius* 5 praecisa erunt *A* praecisę (*corr.* — sa *b*) sunt *B* 6 posteriore *AB* superiore ς 8 ii *Aς* hi *B* fastidium *B* 10 peccatum *Abς* preceptum *B* 15 ambituum siue circuituum *Ab* ambitum siue circuitum B 16 anni quadringenti sunt prope ς 17 agno(co)nimus *A* 18 ne ς nec *AB* 21 locupletissimeque *B* locupletissimi summi *Ciceronis libri* debeant ς sed quis hominum doctior quis acutior *Ald.* sed quis omnium doctior, quis acutior *Cicero* 23 aduersatus *Capperonnerius* aduersus *ABς* est adversatus *Cicero* 24 uersuum *A* 26 isdem de rebus *codex Einsiedlensis* iisdem de rebus *B* eisdem de rebus ς iis de rebus *A* 27 ferat *Ab* fer . . *B* 28 nesciant ς 29 incitatus *B* inc(i)itatus *Aς* incitus *codex Einsiedlensis*

brevitate pedum, tum proceritate tardius. cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem.'

In alio loco sic dicit, 'Cur de perfugis nostris copias conparant contra nos?' prima sunt illa duo, quae commata Graeci vocant, nos incisa dicimus; deinde tertium colon illi, nos membrum: sequitur non longa, ex duobus enim versibus, id est membris, perfecta comprehensio est et in spondeos cadit. et Crassus quidem sic ‖ plerumque dicebat, idque ipse genus dicendi maxime probo. sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me 'domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas'. haec incise dicta sunt quattuor, at membratim quae secuntur duo, 'incurristi amens in columnas, in alienis insanisti'. deinde omnia tamquam crepidine quadam conprehensione longiore sustinentur, 'depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti'. dichoreo finitum, at spondeis proximum illud: nam his, quibus ut pugiunculis uti oportet, brevitas faciet ipsa liberiores pedes. saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars potest, non fere ternis amplius. incisim autem et membratim tracta oratio in veris causis plurimum valet, maximeque iis locis, cum aut arguas aut refellas, ut nos in Corneliana secunda 'o callidos homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda'; membratim adhuc, dein caesim 'diximus'; rursus membratim 'testes dare volumus'. extrema sequitur conprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior, 'quem, quaeso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?' nec ullum genus dicendi est aut melius aut fortius, binis aut ternis ferire verbis, non numquam singulis, paulo aliias pluribus, inter quae variis clausulis se interponit raro numerosa conprehensio.' ‖

Idem Cicero de Theophrasto sic dicit, 'Namque ego illud adsentior

---

3 In alio loco *Cic. Orat. 66, 223* 28 Idem Cicero *Cic. de orat. III 48, 184*

---

s. dicendum
1 tardus *Ald.* 4 sunt illa duo prima ς 5 deinde tertium *A* 6 est *post* comprehensio *om. Ald.* 7 ipsum ς 8 efferuntur — 11 membratim *om. B, in marg. add. b.* efferunt *b* offerunt ς 9 domus] *Cic. p. Scaur. § 45* 10 egebas] agebas *A* incisę sunt dictę quattuor *b* 11 at membratim *Ald.* aut membratim *Ab Asc.* autem membratim *Ven.* 12 in alienis insanisti *AB Asc.* alienas insanisti *Ven.* in alienos insanus insanisti *Ald.* 13 largiore ς 15 finitū at spondeis *A* finitum aut spondeis *B Ven. Asc.* finitur et spondeis *Ald.* nam his *AB*ς nam in iis *ex Cicerone*
aut
Capperonnerius 17 pars pedis ς 18 incisi *A* tractata *Ald.* 19 cum arguas *A*
arguas *b*
cum aut gratias *B* 21 deinde caesim *Ald.* et incisim *Ven. Asc.* 23 qua] quia *corr.* qua *A* quia *B* quem quaeso nostrum fefellit *ex Cicerone Ald.* quem quasi nostrum refellit *AB* quem quasi numerum refellit *Ven. Asc.* 28 idem (item *B*) cicero de theophrasto sic dicit *AB Asc.* item sic dicit *Ven.* idem sic dicit de Teophr. *Ald.*

Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. etenim, sicut ille suspicatur * post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit, inde ille licentior et | divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa.'

Idem Cicero in Bruto sic dicit, 'Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo ante diximus, Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo meo iudicio est postea consecutus. is et ipse scripsit multa praeclare et docuit alios, et cum cetera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeret, modum tamen et numerum quendam oportere servari. ante hunc enim verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat, aut, si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam: quae forsitan laus sit, verum tamen natura magis tum casuque non numquam, *quam* aut ratione aliqua aut ulla observatione fiebat'.

Flavius Sosipater Charisius de numeris sic dicit, 'Bacchiacum metrum est tale,

bacchare, laetare praesente Frontone.

hoc mihi videtur ad prosam convenire. et sane multis pedibus in oratione utimur, licet stulti putent liberum a vinculis pedum sermonem prosae esse debere.' ||

Cicero de numeris sic dicit, 'Versus enim illi veteres in hac soluta oratione propemodum, hoc est numeros quosdam, nobis esse adhibendos putaverunt.' postea sic, 'Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque aurium causa, quem ad modum scribit discipulus eius Naucrates, numeris adstringeret. namque haec duo musici, qui erant quondam item poetae, machinati ad voluptatem sunt, versum atque cantum, ut et verborum numero et

6 Idem Cicero in Bruto *8, 32* 18 Flavius Sosipater Charisius *Diom. 513, 29*
24 Cicero de numeris *Cic. de orat. III 44, 173*

3 sicut ille suspicatur, ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus *Cicero. eadem Rufino restituit Capperonnerius* quidem *corr.* quidam *A* quidem *Bς* 4 membra aut pedes *A* 6 extitit *Bς* existit *A* 8 patauit *B* 10 postea *ex Cicerone Pithoeus* poeta *ABς* 11 melius quam superiores *Ald.* melius ē quam superior *AB Ven.* 16 magis tū *B* magistrū *A* magis tunc *ς* quam aut ratione *ex Ciceronis libris Halmius* aut ratione *codex Tegernseensis* haud ratione *ABς* 17 obsecratione *B* 18 Fl. Sosipater *Putschius* flu sosipater *AB Ven. Asc.* Ful. Sosipater *Ald.* Flauius Sosipater *Capperonnerius* bacchiacum *codex Einsiedlensis Ven.* bacchiatum *B* bacchatum *A* bacchium *Asc.* bacchicum *Ald.* 19 tale est *ς* 21 mihi *om. ς* 24 de numeris *Aς* de numero *B* 25 esse adhibendos *Bς* adhibendos esse *A* 29 haec duo *bς* hae duo *AB* item] iidem *ex Cicerone Capperonnerius* 30 ut et *A codex Einsiedlensis* et ut *Bς*

vocum modo et delectatione vincerent aurium satietatem. haec igitur duo, vocis dico moderationem et verborum conclusionem, quoad orationis severitas pati possit, [et] a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. in quo illud est vel maximum, quod versus | in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est, et tamen eam coniunctionem sic uti versum numerose cadere et quadrare et perfici volumus. neque est ex multis rebus, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat.'

Idem Cicero in alio loco sic dicit, 'Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus: numero maxime videbantur antea et versu; nunc apud oratores iam ipse numerus concrebruit. quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem vitium orationis est) numerus vocatur, qui graece ῥυθμός dicitur. itaque video visum esse non nullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis || verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum poetarum, apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis.'

Victorinus de compositione sic dicit, 'Creticum, qui est ex longa et brevi et longa, si sequatur spondeus vel trochaeus, bonam compositionem facere dicunt, 'q u o u s q u e t a n d e m a b u t e r e, C a t i l i n a, p a t i e n t i a n o s t r a?': duo extremi pedes sunt creticus et spondeus.' idem multa dicit.

De compositione et numeris et pedibus oratoriis, ut Cicero dicit, isti scripserunt apud Graecos, Thrasymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Isocrates, Theodectes, Aristoteles, Theodorus Byzantius, Theophrastus, Hieronymus; latine de numeris hi, Cicero, Victorinus, Eusebius, Terentianus, Varro, Probus, Charisius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Victor, Servius.

Item Cicero de numeris et de compositione sic dicit, 'Nam qui Iso-

---

8 Idem Cicero in alio loco *Cic. Orat. 20, 66* 28 Item Cicero *Orat. 52, 174*

---

1 haec igitur duo *Ab* he igitur duos *B* 3 possit et a poetica *AB* posset et a poetica *Ven. Asc.* posset a poetica *Ald.* 5 uersum ς uersuum *A* uorsuum *B* 6 quadrate ς est] enim *corr.* est *A* 8 dicit *om. B, add. A* 9 illud quod ipsi differrent *Asc. Ald.* illis quod ipsi orbe differrent ς differrent *B* differant *A* 10 iam ipse *B*ς etiam ipse *A* 11 quicquid enim est quod ς 12 est rithmos numerus uocatur qui grece rithmos dicitur *A* est rithmos numerus uocatur inter grecos et latinos ΡΥΘΜΟC *B* est numerus vocatur qui graece dicitur ῥυθμός *Ald.* 13 Platonis *om. A, add. B*ς 17 sermonis *Ab* formis *B* 18 est *om.* ς 20 quo usque] *Cic. in Catil. 1 1* 21 *post* multa dicit *quaedam excidisse videntur. nam reliqua,* de compositione *sqq., ad Ciceronis testimonium potius quam ad Victorini pertinent. Victorini verba unde petita sint non constat. nomina Graecorum scriptorum Cicerone auctore appellata ex Oratore collecta sunt* 22 et de pedibus, *sed deleto* de *A* 23 euphorus *B* 24 theudectes *A* 26 Victor *om.* ς 27 Item Cicero — 574, 17 temperavit *in A iterum scripta sunt infra p. 577, 20, unde adscripta est discrepantia iteratae scripturae A** Cicero in oratore de numeris et pedibus et de compositione *A** dicit *om. AB, add. A** socraten *A*B, corr.* isocraten *A*

craten maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. cum enim videret oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati. quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps | inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis extant scripta numerose. nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adiuncta et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, si id non agas, || cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed iis est usus intemperantius. id autem est genus, ut ante dictum est, ex tribus partibus collocationis alterum. eorum uterque Isocraten aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et iis festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quas Isocrates, cum tamen audisset adulescens etiam in Thessalia senem iam Gorgiam, moderatius temperavit.'

In alio loco sic, 'Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium. ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo, qui habet tres breves, trochaeus, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus aut spondeus: numquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. sed iidem hi tres pedes male concluduntur, siquis eorum in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus est dactylus: nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, videt parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. || iam paean, quod plures habet syllabas, numerus a quibusdam, non pes existimatur.' idem Cicero in

18 in alio loco sic *Cic. Orat. 64, 216*

2 solitis *B* 4 uteremur cum] uteretur tum ς 5 quadam] quidem ς 6 neminem *om. ABς, add. A** isocrate *A** isocratē *AB* Isocratem ς 9 itemque *A utroque loco,* item *Bς* relata *Capperonnerius,* perlata *A utroque loco et B* prolata ς contraria quae *A** contrariaquae *A* contraria quaeque *Bς* 9 si] etiamsi *Cicero* 10 primus *om.* ς 11 iis est usus *A** iis usus est *A* his est usus *Bς* 12 alterum eorum *AB* alterorum *A** aetate praecurrit *A utroque loco,* praecurrit aetate *B* 13 ut ille eos ς 20 aut par est choreo *Ald.* 21 trochaeus *in libris Ciceronis omissum seclusit Gaisfordius, post* choreo *transposuerunt editores Ciceronis* sed *om. Ven.* 25 sed idem *B* hi *om.* ς, in *Asc.* concludunt *Cicero* 26 cum *om. Bς, add. A* 29 aptiorem *Cicero* artiorem *AB* arctiorem ς uidit *Cicero* 30 quam longa sit] breuis an longa sit ς 31 quibusdam] quibus *B*

dialogis de re publica multa dicit, referens Asianos oratores ditrochaeo clausulas terminare.

Terentianus de cretico, hoc est de amphimacro pede, sic dicit,

optimus pes et melodis et pedestri gloriae.
plurimum orantis decebit, quando paene in ultimo
obtinet sedem beatam, terminet si clausulam |
dactylus spondeus imam, nec trochaeum respuo:
bacchios utrosque fugito, nec refellas tribrachyn:
nam solet longam trochaeus solvere in duas breves;
unde et appellant trochaeum, quem vocamus tribrachyn.
plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.

Pompeius Messalinus de numeris et pedibus oratorum sic dicit, 'Cicero spondeum incisis idoneum putat, quia, ut ait, paucitatem pedum gravitate sua et tarditate compensat: dochmium aptum quovis loco esse, dum semel ponatur, quoniam continuatus numerum asperum efficiat; dichoreum quoque praeclare cadere: sed palmam de omnibus cretico tribuit.' idem de Sallustiana compositione sive de numero et structura sic dicit, 'Nunc, si videtur, Sallustianae periodi numeros inspiciamus: 'res popu' dactylus, 'li Romani Marco' tres spondei, 'Lepido' anapaestus, 'Quinto Catulo' spondeus et anapaestus, 'consulibus' paeon primus, 'ac deinde' dichoreus sive ditrochaeus, 'militi' dactylus, 'aet domi' creticus, 'gestas' spondeus, 'composui' choriambus ex longa et brevi et brevi et longa'.

Cicero de compositione Demosthenis sic dicit, || 'Quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.'

Versus Rufini V. C. de numeris et pedibus oratorum.

---

3 Terentianus *v. 1439* 23 Cicero de compositione Demosthenis *Orat. 70, 234*

---

4 optumus *A* pedestri *Ald. Terentianus* pedestris *AB Ven. Asc.: cf. supra p. 566, 14* hoc pede composito laudatur fama pedestris 5 orantis *Ab* ornatis *B* orantes ϛ pene in ultimo *Ald.* paenultimo *AB Ven. Asc.* 8 bacchicos *et* repellas *Terentianus* 10 appellant *Ab* appellat *B* 11 arte prosa *A Asc. Ald.* arte prosas *B*
1
prosa *Ven.* arte et prosa *Putschius* 12 mesamus *B* 13 spondeum] *Cic. Orat. 64, 216* quia ut ait *AB* qui ut ait *Asc. Ald.* qui aut *Ven.* 14 dochmium] *Cic. Orat. 64, 218* aptum *Ab* autem *B* aptum dicit ϛ esse] est *B* 15 continuatus *A* continuitas *B*ϛ ditrochaeum ϛ: *Cic. Orat. 63, 213* 16 sed *om.* ϛ cretico] *Cic. Orat. 64, 215. 218* idest (*corr.* idē) de salustiana *B* item de salustina *A* 17 de *posteriore loco om. B*ϛ 18 uidetur *A* uideatur *B Asc. Ald.* Sallustianae periodi] Sallustius in I historiarum *Priscianus l. XV p. 64, 18 et p. 73, 11. Sall. hist. fragm. I 1* 21 aet] ac *corr.* a& *adscripta in margine adnotatione* a synalipham patitur nam creticus ex longa et breui et longa constat *A*, ac *corr.* ae *B* ae et *codex Einsiedlensis* ae ϛ. militiae et domi, *ut est apud Priscianum, non* militia et domi *legisse videtur Messalinus* 22 et brevi et longa] ac breui et longa *A* et breui ac longa *B* 25 feruntur *corr.* ferrentur *B* feruntur *A*

Creticus aut spondeus erit paeanve supremus,
dactylus atque trochaeus adest vel cursor iambus,
partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,
temporibusve pares hos omnes reddere possunt,
solvere seu longas malis, ut syllaba crescat.
rhetoricis Asiae placuit bis fine trochaeus.
principia et medium et finem tibi dochmius ornat.

Cicero de incisis et membris et de circuitu sic, 'O Marce Druse, patrem appello', haec quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim, 'tu dicere solebas sacram esse rem publicam', haec item membra ternis; post ambitus, 'quicumque violasset, ab omnibus esse ei poenas persolutas', dichoreus; nihil enim ad rem, extrema | illa longa sit an brevis: deinde 'patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit': hoc dichoreo tantus clamor contionis excitatus est, ut admirabile esset. quaero, nonne id numerus effecerit. verborum ordinem inmuta, fac sic, 'comprobavit filii temeritas': iam nihil erit, etsi 'temeritas' ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat'.

Idem Cicero postea sic dicit, 'Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean, qui spatio par est, syllaba || longior, qui commodissime putatur in solutam orationem inligari, cum sit duplex. nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, quem optime cadere censent veteres; ego non plane reicio, sed alios antepono. ne spondeus quidem est funditus repudiandus, etsi, quod est e longis *duabus*, hebetior videtur et tardior. habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris; paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat.'

---

1 Creticus *p. 566, 22* 2 dactylus — supremum *p. 559, 17* 4 temporibusve — crescat *p. 565, 16* 8 Cicero de incisis *Orat. 63, 213* 19 Idem Cicero *Orat. 64, 215*

---

1 Creticus *sqq.*] *Cic. Orat. 64, 215* paeanue *A* peonue *B* 6 rhetoricis] *Cic. Orat. 63, 212* 7 principia] *Cic. Orat. 63, 218* 9 patrem ς parem *AB* apello *A* appelle *B* duo binis pedibus *ex Cicerone Halmius* duobus in his pedibus *AB*ς incisi *B* 10 esse *seclusit Halmius* 12 enim *om. A, add. B*ς 13 patris ς paris *AB* 14 fili *corr.* filii *B* hoc dichoreus *B* 15 nonne] num ne ς 16 inmuta fac sit *B* (correxit immuta) immuut fac sic *A* 20 cadunt ς et *ante* creticus *om.* ς 21 paean *A* peon *B* par est *B et ut videtur A* par ς quam commodissime *ex Cicerone Capperonnerius* 24 est totidem *corr.* e totidem *A* optime *B* optime *corr.* optume *A* 25 reiicio *A* nam spondeus est quidem funditus ς 26 duabus *om. AB*ς*, ex Cicerone add. Halmius* hebetior] abiectior *Ven.*

Donatus de structuris et pedibus oratoriis [numerorum] sic dicit, 'Cicero in exornatione sententiae clausulaque ponenda modo ditrochaeum probat pedem, modo paeana primum aptum incipientibus, modo paeana quartum finientibus congruum, modo dochmium ex brevi et duabus longis et brevi et longa, cuius exemplum posuit 'amicos tenes', modo amphimacrum pedem. et rursus | modo dactylicum numerum, modo anapaesticum, modo dithyrambicum laudat.'

Probus de numeris oratoriis sic dicit, 'Trochaeus et paeon tertius faciet illam structuram Tullio peculiarem, 'esse videatur.'

Cicero de numeris et pedibus oratoriis sic, 'Iam paean, quod plures habet syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodecten, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam || cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, hoc est 'amicos tenes,' quovis loco aptus est.'

Idem Cicero de pedibus et structuris sic dicit, 'Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone dicuntur, paean autem in amplioribus, in utroque dactylus. itaque in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi.'

Idem Cicero ad Herennium in arte rhetorica de membro, id est περὶ κώλου, sic dicit, 'Membrum orationis appellatur res breviter absoluta sine

8 Probus *cathol. 42, 10* 10 Cicero de numeris *Orat. 64, 218* 17 Idem Cicero de pedibus *Orat. 58, 196* 21 Idem Cicero ad Herennium *rhetor. ad Herenn. IIII 10, 26*

1 Donatus — dicit *om. Ven. Donati verba in arte grammatica non leguntur, sed commentarium de structuris Donati nomine inscriptum habuit Rufinus* oratoris *Asc. Ald. fortasse* de structuris, hoc est de numeris et pedibus oratoriis 2 Cicero] *Orat. 63, 212 sqq.* exhortatione *Ven.* exordinatione *Ald.* 3 paeana quartum] peona quartam *B* 4 congruam *corr.* — uum *B* et *primo loco om. B* 5 exempla ς 6 et rursus] *Cic. de orat. III 48, 185* modo dactylicum numerum (modo dactylū *corr. ut videtur* — li *A*) modo anapaesticum modo dithyrambicum *AB codex Einsiedlensis* modo dactylum modo anapaestum modo dithyrambum ς 8 Probus *om. B, add. Ab* oratoriis *om. B* 10 paean *A* peon *B* 11 non pes in habetur nominatur. (s. habetur nominatur) est quidem *B* non pes. Est quidem *A* non pes habetur. nominatus est quidem ς. non pes nominatur est quidem *superscripto* habetur *in archetypo fuisse videtur* 12 Aristotelem et Theophrastum ς 14 illi *om.* ς quo] qui *B* 15 hoc est] ut est hoc *Cicero* 17 Idem *B* Item *A* dicit *om. B, add. A* 18 paean *A* peon *B* 20 miscendi *Ab* huiuscemodi *B* temperandi ITEM CICERO AD HERENNIUM *B Ven.* temperandi. ITEM CICERO IN ORATORE DE NUMERIS ET PEDIBUS ET DE COMPOSITIONE SIC DICIT. Nam qui socraten — moderatius temperauit. CICERO AD HERENNIUM *repetitis iis quae supra p. 573, 28—574, 17 scripta erant A,* temperandi. Cicero ad Herennium *Asc. Ald.* 22 membrum *Capperonnerius* membra *AB*ς appellat res breuiter absolutas sine totius demonstratione sententiae ς

totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc pacto, 'et inimico proderas', id est unum, quod appellamus membrum: deinde hoc excipiatur oportet altero, 'et amicum laedebas'. ex duobus membris haec exornatio potest constare; sed commodissima et absolutissima est, quae ex tribus constat hoc pacto, 'et inimico proderas et amicum laedebas et tibi non consulebas': item 'nec rei publicae consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restisti.'

---

1 excipitur] excipiatur *Ald.* 4 exornatione *B* commodissima *Ab* commodissime *B* 8 restitisti EXPLICIT *B* restituisti EXPLICIT *A*

MALLI THEODORI

LIBER

DE METRIS

Mallii Theodori librum primus edidit I. F. Heusingerus, cuius duae sunt editiones, altera e codice Guelferbytano, in quo librum antea nondum editum invenerat, facta Guelferbyti a. 1755, altera lectionibus duorum codicum Parisinorum, quos Ruhnkenio auctore Musgravius excusserat, aucta et amplioribus ipsius Heusingeri et Ruhnkenii adnotationibus instructa Lugduni Batavorum a. 1766. posteriorem editionem una cum adnotationibus editorum Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit.

Manu scripti autem codices, quibus Heusingerus usus est, sunt hi, Wolfenbuttelanus sive Guelferbytanus inter Weissenburgenses 86 nono saeculo scriptus, de quo gramm. latin. v. V p. 83 dixi, Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, quem ib. p. XLI accuratius descripsi, Parisinus 4841, in quo post Bedae libros de metris et de schematibus hic Mallii liber undecimo saeculo scriptus est, sed initio mutilatus, *uides ut alta stet niue candidus* p. 591, 4 — *existiment. finit manli theodori de metris.* hunc Heusingerus primum Parisinum, alterum 7530 secundum dixit. praeter hos codices autem alios, qui quidem totum librum continent, novi quattuor, Bambergensem H. D. IV. 15 saec. X, Sangallensem 876 saec. IX, Sangallensem 878 saec. X, Monacensem 22307 olim Windbergensem 107 saec. XI. partes libri vel excerpta scripta vidi in his. codex Berolinensis 66. 4 olim Santenianus saec. VIII p. 231, *incipit de metris malli theodori Metrum dactilicum* sqq. p. 589, 20 sola dactylica metra integra, de reliquis pauca excerpta continet: cf. gramm. lat. v. IV p. XXXII. in codice Sangermanensi 1094 saec. X ante librum Plotii de metris, de quo supra dixi, pars libri Mallii inde a capite de metris octo p. 588, 21 non addito nomine auctoris scripta est f. 148—150, *sunt igitur metrorum genera — existiment.* eadem in codice bibliothecae universitatis Bononiensis saec. XI praescripto titulo *manli theodori de metris* legi mihi indicavit Detlefsenus. in codice Reginensi 1586 saec. XI eadem scripta sunt f. 69—72 *INTELLECT' MURETAC SCOTTI Sunt igitur metrorum genera — existiment:* sequitur Iuliani tractatus de metris, *Quod sunt genera metrorum — deus affert.* in alio Reginensi codice 251 saec. XI Servii libro de centum metris subiecta sunt haec f. 84—87, *Ab omnibus metris penitus repudiandi pedes — alium quemlibet uersum*

subicere possumus. finit excerptum metrorum de libro mallii theodori (p. 589, 7—600, 20). in codice Vrbinate 1157 saec. XV post eundem Servii libellum descriptio metrorum Mallii legitur, *Mallii theodori de metris incipit feliciter. Metrum dactilicum exametrum inuentum* sqq. excerpta codicis Vaticani 1491 saec. XV indicavi gramm. lat. v. V p. 526.

Ex his igitur libris primum locum et antiquitate et bonitate scripturae haud dubie tenet Parisinus 7530, secundum ab hoc Wolfenbuttelanus, qui quamvis ex bono exemplari descriptus sit et multa rectius scripta exhibeat quam Parisinus, tamen propter neglegentiam librarii plurimis vitiis corruptus est. vetus autem eius scriptura alia manu eaque ipsa quoque antiqua non adhibito meliore libro, sed arbitrio correctoris saepe mutata est. reliquos codices, quorum mihi copia facta erat, plerumque Parisini codicis scripturam sequi cognovi. nam Bambergensis, quem Antonius Linsmayerus diligentissime in meum usum excusserat, ita cum illo consentit, ut aut ex hoc ipso aut ex alio prorsus simili eum descriptum esse appareat. Sangermanensis autem, ex quo quaedam olim a me exscripta habui, et alter Parisinus, quem Heusingerus adhibuit, cum inter se accurate consentiant, tum antiquissimi Parisini scripturam fere praebent, et siquid novi, quod in illo non legitur, adferunt, id potius interpolandi studio, quod hi libri experti sunt, quam diversitati originis tribuendum esse certum est. neque magis ex aliis codicibus quidquam, quod ad antiquiorem huius libri memoriam pertineat, peti poterit. sunt enim omnes ex uno archetypo eoque, siquid ex erroribus quibusdam librariorum et ex discrepantia scripturae conicere licet, Scotticis quae dicuntur litteris scripto ducti. eius autem scriptura, plurimis illa quidem vitiis, quae deinde ad omnia apographa propagata sunt, depravata, duobus libris quos dixi ita repraesentatur, ut nihil novi ab aliis accedere possit.

Eiusdem generis codice usus est Beda, qui in libro de metris pauca ex hoc Mallii libro excerpta recepit et ipsum nominatim appellavit p. 2379. nam quod de trochaico tetrametro simplice ib. eadem scripsit, quae apud Mallium p. 595, 1 de duplice tetrametro leguntur, ipsius neglegentiae tribui potest. sed Iulianus Toletanus, qui eadem fere aetate, qua Beda fuit, de arte grammatica scripsit (cf. gramm. lat. v. V p. 313), non nullis locis plura quam nunc habemus legit. is enim in iis quae de octo metris disseruit p. 48—57 ed. Rom. praeter uberiorem hexametri expositionem e libello Victorini de hexametro versu receptam reliqua fere omnia a Mallio, quamvis non nominato auctore, petivit.*) in iis igitur metra anapaestica,

*) Ad Iuliani librum ea quoque pertinent, quae Sinnerus catal. cod. mss. Bernens. v. I p. 430 e codice Bernensi 207 de inventione hexametri exscripsit, et quae ex eodem codice Santenius in commentario in Terentianum Maurum passim protulit, p. 286 et p. 290 de pentametro, p. 353 de versu saturnio. alia artis grammaticae excerpta, quae ipsa quoque Iuliani sunt, ex eodem codice posuit Hagenus anecd. Bernens. p. CCIV.

choriambica, antispastica, ionica a maiore paucis versuum generibus, quae in codicibus omissa sunt, aucta exhibuit. nam novum genus phalaeciorum p. 590, 21 et alia quaedam genera versuum, quae ille cum exemplis recentiorum poetarum adscripsit, non a Mallio acceperat. denique ii qui post Bedam et Iulianum de metris scripserunt saepius Mallii libro usi sunt, e quorum numero quosdam commemoravi de gramm. quibusd. inf. aet. p. 16 sqq. sed eorum nemo meliores codices, quam quibus nunc utimur, habuit. ceterum cum haec quae in codicibus Mallii omissa, sed in excerptis Iuliani servata esse dixi, sicut aliae quaedam manifestae lacunae recte tribuantur neglegentiae veteris librarii, tum alia indicia satis certa sunt, quibus consilio et studio grammaticorum quaedam praetermissa vel in compendium redacta esse appareat, in primis omissae p. 588 pedum definitiones. nam sicut in iis codicibus, quos nunc habemus, saepe partes libri vel excerpta scripta sunt, ita ne in archetypo quidem, ex quo reliquos codices ductos esse dixi, omnia quae Mallius scripserat posita fuerunt.

Auctores quos in exponendis metris secutus est Mallius duos appellavit, Terentianum p. 594, 15. 595, 10, cuius versus praeterea adscripsit p. 592. 593. 594, et Iubam p. 595, 13. 598, 22. maxime autem Iubae doctrina videtur usus esse. nam et octo metra principalia, quibus ea quae alii confusa et permixta collocassent a se comprehensa esse praedicat p. 600, 24, ab hoc petivit et de antispasto p. 598, 17 eam doctrinam, quam Marius Victorinus p. 88, 4 Iubae tribuit, secutus est. ea quoque, quae de infinita metrorum varietate et de novorum inveniendorum facultate scripta sunt p. 592, 24 et p. 601 et similiter apud Marium Victorinum p. 173, 19, a Iuba petita esse probabile est. denique ab eo haud dubie versum Sereni p. 590, 8 et alios quosdam versus, quos sine nomine poetarum posuit, recepit. cum illius autem praeceptis in primis quattuor metris non nulla, quae apud Terentianum invenerat, coniunxit. nam his solis Terentiani memoria continetur, et aliter de his atque de quattuor sequentibus tractatum esse apparet.

De ipso scriptore probabilis, non certa tamen opinio est, Flavium Mallium Theodorum, eum qui a. 399 consul fuit, de quo consulatu carmen Claudiani scriptum est, hunc librum scripsisse. quam sententiam primus pronuntavit C. Barthius in commentario ad carmen Claudiani p. 236 ed. Hanov. et p. 65 ed. Francof., qui memoriam libri tum nondum editi Bedae debebat; deinde paucis verbis ex praefatione libri e libro manu scripto Gevartii adpositis Albertus Rubenius in dissertatione de vita Fl. Mallii Theodori Vltraiecti a. 1694 primum edita p. 86 ed. Lips. doctrinam autem Mallii consulis Claudianus de Mall. cons. v. 62 sqq. laudibus extulit, et Augustinus ad eundem, ut videtur, librum de vita beata scripsit et eius studia laudavit de ordine I 11 et retract. I 2. et grammatica quidem eius studia neuter commemoravit; sed genus dicendi a ratione eorum qui de arte scripserunt satis diversum viro a scholarum usu remoto haud indignum neque ab illa aetate alienum est.

In nova editione scripturam duorum codicum, Parisini (P) et Wolfenbuttelani (A), omissa quidem orthographia vocabulorum integram exhibui; in Wolfenbuttelano tamen ea quae altera manu addita erant, quorum nulla auctoritas est, praetermisi. praecipuam autem fidem Parisino codici habui. neque enim recte Heusingerus, propterea quod olim Wolfenbuttelanum solum habuerat, hunc potissimum in altera editione secutus est. codicum scripturae emendationes Heusingeri, qui plurima partim in textu, partim in adnotationibus recte correxerat (H), non nullas etiam, quas ille a Grunero acceperat, adieci. praeterea ex libris Bedae et Iuliani, quorum loci in margine indicati sunt, ea quae memorabilia esse videbantur adscripsi.

MALLI THEODORI

DE METRIS

p. 525—527 G.

PRAEFATIO

Dubitare neminem arbitror, Theodore fili, quin ratio | metrica suavitatis causa reperta sit, videlicet ut ea quae excellentibus sententiis ac verbis dicerentur carminis etiam certa modulatio dulciora auribus redderet. ex quo id effectum est, ut innumerabilis quaedam metrorum multitudo ab his introduceretur, qui in poetica scribendi facultate et ingenio et studio et doctrina principes extiterunt, quod, quid in poemate quasi mollius ac blandius, quid asperius ac durius esset, suas ipsi aures consulebant hisque ita obtemperabant, ut in conformandis suis carminibus artem cum delectatione coniungerent. qui si solum syllabarum naturam ac modum temporum sibi consectandum putassent, obsoleta permulta atque absurda peperissent. | sed cum prudentissimi quique audientis delectamentum metricae artis esse originem ac fontem viderent, aurium voluptatem ab his metris, quae ipsi conderent, divellendam non existimarunt, quorum apud omnes huiusce artis studiosos excellit auctoritas. siqua autem apud poetas lyricos

---

P codex Parisinus 7530

A codex Wolfenbuttelanus Weissenburgensis 86

H emendationes I. F. Heusingeri

Ex codice Bambergensi H. D IV 15 et ex codice Sangermanensi 1094 pauca adscripta sunt

1 INCIP̄ MALLI THEODORI DE METRIS. Dubitare *P* INCP̄T MALLI THEODORI. De metris dubitare *A* 4 theodori *P* theudori *A*. Theodore *ex libro Gevartii edidit Rubenius de vita Fl. Mallii Theodori p. 86 ed. Lips.* quin ratio *H* quin ratione *P* qui [od] In ratione *A* 7 quadam *P* 8 introducerentur *P* 10 esset *H* esse *PA* 11 conformandis *H* confirmandis *PA* suis *om. P* cum dilectationem *A* 12 qui si *A* diuisi *P* 13 sibi *A* ubi *P* obsoleta *H* absoleta *PA* absurde *P* 14 perissent *A (teste Heusingero)* sed cum *vel* at cum *H* et cum *PA* prudentissime *A* audientes *P* 15 artes *A* niderent *H* niderint *PA* voluptatem *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40*, noluntatem *PA* 16 deuellendam *PA* existimarunt *H* existimarent *PA* 17 studiosos *om. A, add. P*

aut tragicos quispiam reppererit, in quibus certa pedum conlocatione neglecta sola temporum ratio considerata sit, meminerit ea, sicut apud doctissimos quosque scriptum invenimus, non metra, sed | rhythmos appellari oportere. scribimus igitur ita de metris, ut ab his rhythmos procul removeamus, atque in his omnino nullum sit, in quo non pedum defixa ratio cum dulcedine adsociata atque permixta sit. ac primum quidem nobis ipsa metrorum genera conlocanda sunt, tunc de eorum partibus disserendum. * quoniam sermo progredi ad explanandam metrorum disciplinam atque legem non poterit, nisi eorum primordia, id est syllabarum ac pedum rationem, aperiamus.

DE SYLLABA

Est igitur syllaba litterarum inter se congregatarum apta conplexio. usu autem inveteratum est ut etiam nulla litterarum congregatione facta solas per se eas quae vocales nominantur | syllabas esse dicamus. syllabis vero conficiuntur pedes, quae prima quasi metra appellare possumus. syllaba pes et mensura constat, quae graece metron dicitur. sunt autem [syllabae partim longae, partim breves, partim communes.] a producta longam syllabam facit, ut ales, a correpta brevem, ut amor: e producta longam syllabam facit, ut emi, e correpta brevem, ut emo: i producta longam, ut Ilium, i correpta brevem, ut iter: o producta longam, ut omen, o correpta brevem, ut origo: u producta longam, ut unus, u correpta brevem, ut utinam. ut autem solae per se vocales productae longas, correptae breves syllabas faciunt, ita etiam cum his iunctae consonantes aut longas aut breves syllabas secundum legem taque usum pronuntiationis informant. iunguntur vero inter se binae vocales, quas Graeci diphthongos vocant, ae oe au eu ei [ii], quae syllabae semper longae sunt. adsociantur ita-

1 conlocatione *Ruhnkenius* conlatione *PA* 2 neclecta *P* 3 sed arithmos *P* 4 appellare oporteret *A* ab his arithmos *P* ab his rithmum *A*. *fortasse* ab his rhythmon 5 nullus sit *A* 6 primo *P* 8 *ante* quoniam *omissa sunt quaedam, quibus, antequam de metrorum generibus et eorum partibus dissereret, de syllabis et pedibus sibi dicendum esse Mallius dixerat.* quoniam vero sermo — aperiamus, nunc dicamus de syllaba *coniecit Heusingerus* metrorum disciplinam *A cod. Bamb.* metram disciplinam *ut videtur P* 10 syllabarum *H* syllabam *A* syllabae *P* 13 nullam *A* factam *A* 17 partem longae partim (*corr.* — em) breuis partem communis *A* 18 a correpta brevis est ut amor e productum longam syllabam facit ut emi e correptum breuem ut emo i productum longum est ut ilium i correptum breuis est ut iter o productum longum (longum *om. A*) est ut omen o correptum breuis (breuis *om. A*) est ut origo u productum longum (longum *om. A*) est ut unus u correptum breuem (breuem *om. A*) ut utinam *PA* 22 longas] longa si *A* 25 bine uocalis *A* diphthongos *H* dipthongas *P* diptongon *A* 26 *neque* ii *latinam diphthongon dicere potuit Mallius, neque graecam diphthongon* yi, *de qua Terentianus v. 415 sqq. dixit, quinque latinis additam esse probabile est.* *itaque* ii *seclusi* itaquae *A*. *fortasse* adsociantur autem quaedam sic

que sic inter se vocales litterae, id est i et u, ut prior littera vim teneat consonantis, ut Iuno video, quarum | syllabarum ea condicio est, ut interdum longae sint, interdum breves. id enim ratio sermonis latini et pronuntiandi forma expetit.

Positione autem longae syllabae fiunt, si correpta vocalis habeat in eadem syllaba ultimam litteram consonantem, eademque littera excipiatur a consonante consequenti, ut arma. fit etiam positione longa syllaba, cum ipsa per se ex vocali et duabus consonantibus constat. ut est. quod si praecedentem brevem syllabam, quam una vocalis facit, sequentur duae consonantes, fit syllaba positione longa, ut agros. item fit postione longa, si vocalis in duplicem desinit litteram, ut 'nox erat', aut si praemissa vocalis praecedat duplicem graecam, ut Mezentius. interdum autem brevis syllaba, qua pars orationis terminatur, pro longa ponitur, ut

omnia vincit amor, et nos cedamus amori. |

quod genus syllabae inter longas vel omnino refugiendum vel parcissime usurpandum est, quamvis et apud Vergilium non rarissimum, apud Homerum vero frequentissimum reperiatur. communis vero syllaba fit, cum productam vocalem sequitur vocalis, ut 'te Corydon, o Alexi'; item cum duas vocales inter se coniunctas consequitur vocalis, ut 'insulae Ionio in magno'. positam etiam communem apud Vergilium videmus eam syllabam, quae in c litteram desinit *ita*, ut eam vocalis consequatur. nam cum dicit 'hoc erat', longam eam syllabam constituit, quae in c desinit; cum autem dicit 'solus hic', brevem eandem syllabam conlocat. est etiam communis syllaba, cum praecedens in vocalem desinit, sequens autem syllaba ita habet duas consonantes, ut prior sit muta et sequens liquida, ut 'vasto Cyclopis in antro'. atque haec quidem de syllabis satis *sit* dixisse. nunc pedum distinctionem et varietatem persequamur.

14 Quod genus — 17 reperiatur *Beda p. 2354*

3 ut interdum breues interdum longae sint *A* 4 formam *A* norma *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* 6 excipiantur *P* 7 fit etiam *H* fit autem *PA* 8 duobus *A* consistat *A* 9 quam *et* facit *om. P, add. A* 10 agros] ac res *P* hac res *A*. Acrisius *coniecit Heusingerus coll. Verg. Aen. VII 372. cf. Terentian. 1025* subiectis aeque flet, cum dicimus 'agros', *Bed. p. 2352* 11 nox erat] *Verg. Aen. III 147. IIII 522. VIII 26* 12 ut *om. P* 14 omnia] *Verg. bucol. 10, 69* uicit *PA* et] ut *A* 17 communi *P* 18 producta *P* te] *Verg. bucol. 2, 65* 19 vocalis] uocales *A* insulae] *Verg. Aen. III 211* 20 positam *bis scriptum est in A* uideamus *P* 21 ita *om. PA* consequatur *A* sequatur *P* 22 hoc erat] *Verg. Aen. II 664* 23 solus] *Verg. Aen. IIII 22* 26 vasto] *Verg. Aen. III 617. deinde excidit exemplum correptae in v.* Cyclops *primae syllabae* cyclopes *corr.* — is *A* 27 sit *om. PA* persequamur *P* consequamur *A*

DE PEDIBVS

* * *

Pentasyllabos etiam quidam et hexasyllabos pedes, quos Graeci syzygias vocant, faciendos crediderunt, quorum nobis superflua et inanis opera repudianda est, cum eorum etiam pedum, quos supra enumeravimus, conplures ab omni metrica | disciplina alieni sint. ex his enim pedibus, qui ex brevibus aut ex longis syllabis ita conficiuntur, ut in his brevitatis et longitudinis varietas nulla sit, nisi ex longis et brevibus syllabis temperati adiungantur pedes, metrum omnino effici non potest. nam cum ars musica, quae est in omni vocis sono moderationis ac suavitatis inventrix, metricae quoque rationis princeps ac magistra sit; eadem vero ita nervos testudini adiunxerit, ut eorum alii acutum, alii gravem sonum redderent, eandemque vocum distinctionem tibiarum foraminibus | aptaverit, videlicet quod canendi dulcedo sine hac varietate existere nulla possit: is, qui ex his pedibus, qui solas in se breves aut solas longas syllabas habebunt, effici posse metrum existimabit, ab omni musica doctrina transversus fertur et devius. at vero ex viginti et octo pedum numero, quot supra declaravimus, qui metris utiles sint ut appareat, ipsa primum metrorum genera quae sint, demonstrandum nobis est; post qui metris aut conveniant aut ab his discrepent, explicandum. |

DE METRIS OCTO

Sunt igitur metrorum genera haec, dactylicum, iambicum, trochaicum, anapaesticum, choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore. siquid ergo praeter haec, quod non ad certam pedum legem, sed ad temporum rationem modumque referatur, vel scribet quispiam vel ab alio scriptum leget, id non metrum, sed rhythmon esse sciat, hisque ex-

---

21 sunt igitur — 25 esse sciat *Iuliani collatio de ratione metrorum p. 48 ed. Rom.*

---

2 Pentasyllabus etiam quidam et hexasyllabus *A. lacunam, in qua expositio pedum disyllaborum trisyllaborum quadrisyllaborum omissa est, indicavi* quos] quod *P* 3 faciendo *P* 4 supra *H* saepe *PA* enumerabimus *P* conplures] quam plures *PA* 5 disciplinam *A* enim] autem *PA* 6 conficiantur *P* in *om. A* 8 adiunguntur *P* musicam *A* 9 moderationis] modulationis *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* 10 eandem *P* testudinis *A* 11 alii grauem sonum *P* grauem aliis honum *corr. al. m.* alii grauem sonum *A* eademque — aptaverit *censor ed. Heusing.* 12 aptauerint *PA* 14 inter breues *PA* inter se breues *H* 15 existimabit *cod. Bamb.* existimauit *P* existimauit ut *A* 16 aut uero *A* quod supra *PA* declarabimus *P* 17 metri utiles sint *P* metris utile sint *A* appareant *P* 20 DE METRIS UIII *A* DE METRIS *P* 22 anapestum *A* 23 siquis praeter haec quod non ad certam pedum legem (non accepta pedum lege *ed. Rom.*), sed ad temporum rationem modumque referatur vel scribit quidpiam vel ab alio scriptum legerit, id non metrum, sed rhythmum esse existimet *Iulianus p. 48* 24 scribit *P* scribi *A* 25 sed arithmon *P*

ceptis metris octo, quae sunt a nobis enumerata, nullum aliud, etiamsi a quoquam certi ac definiti pedes attribuantur, aut eam quae sit digna carmine suavitatem habiturum *aut* omnino metrum esse dicendum. quod cum ita sit, de ipsis iam pedibus a nobis disserendum est, ut *quibus* nullus omnino ad aliquod metrum pateat accessus, qui interdum admittantur, qui sua | vi atque natura metrorum rationem expleant, palam omnibus perspiciendum constituamus. sunt igitur penitus repudiandi longeque removendi *ex disyllabis pyrrichius;* ex trisyllabis molossus, *tribrachys,* amphibrachys, amphimacrus, *bacchius,* palimbacchius; ex quadrisyllabis proceleumaticus, dispondius, diiambus, ditrochaeus, paeones omnesque epitriti. ex quo apparet octo his metris, de quibus est dictum, novem pedes ita attributos, ut eorum praecipue inter se coniunctione unius cuiusque metri vis contineatur. qui quidem pedes hi sunt, spondius, iambus, trochaeus, [pyrrichius] dactylus, anapaestus, choriambus, antispastus, ionicus a maiore, ionicus a minore. amphimacrus et bacchius rarissime, tribrachys vero aliquanto frequentius, sed precarium magis quam necessarium in metris locum obtinent. sed quoniam de syllabis ac pedibus abunde dictum est, ad ipsam metrorum demonstrationem distinctionemque veniamus. |

DE METRO DACTYLICO

Metrum dactylicum hexametrum inventum primitus ab Orpheo Critias adserit, Democritus a Musaeo, Persinus a Lino, permulti ab Homero, qui profecto, cum heroum facta carmine suo explicare vellet, metri huius, quod ceteris omnibus longe pulchrius celsiusque est, aut repertor aut certe adprobator fuit. constat autem metrum dactylicum hexametrum heroicum ex dactylo et spondio vel trochaeo, ita ut recipiat spondium locis omnibus, dactylum locis omnibus praeter ultimum, trochaeum vero loco tantum ultimo. huius exemplum

---

19 DE METRO DACTYLICO *Iulian. 49* 23 quod ceteris — 27 ultimo *Beda 2365*

---

2 certi ac definiti *H* certi aut definiti *PA* dignā carmine *P* dignam carminis *A* 3 aut *ante* omnino *om. PA, add. H* 4 ut quibus nullus omnino ad aliquod metrum pateat accessus qui interdum *H* ut nullus omnino ad aliquod (ad aliquo *P*) metrum pateat accessus quibus interdum *PA* 6 sua vi] suauia *A* 7 perspiciendum *Ruhnkenius* prespiciendum *PA* respiciendum *cod. Bamb.* remòuendi ex trisyllabis molossus amphybrachys amphimacrus palimbachius ex quatrisyllabis *PA. ex pedibus viginti et octo in metris novem probatos esse voluit Mallius. itaque cum undeviginti pedes, qui improbarentur, hoc loco ponendi essent, ex disyllabis pyrrichius, ex trisyllabis tribrachys et bacchius addendi erant, e quibus pyrrichius non recte in libris infra* 14 *positus est* 16 aliquanto *H* aliquando *PA* frequentior *P* 17 optinet *P* de syllabas *P* est *om. A* 18 distinctionemque] distinctionem distinctionemque *corr. ul. m.* distinctionem subdistinctionemque *A* 20 orfeo *A* opheo *P* 21 museo *PA* persius *cod. Sangerm et Iulianus p. 49* 22 heroum *H* eorum *PA* 25 spondeum locis omnibus praeter quintum nisi poetica licentia syllabam addere uoluerit *cod. Sangerm.* spondeum locis omnibus praeter quintum *Beda p. 2365* 27 huius exem-

arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris.

Metrum dactylicum pentametrum recipit pedes hos, spondium | loco primo et secundo, dactylum locis omnibus, catalecton in medio et in fine. huius exemplum

ingentes actus carmina nostra canent.

Metrum aliud dactylicum pentametrum recipit pedes hos, dactylum sive spondium loco primo et secundo, catalecton in medio, deinde duos dactylos sine catalecto, ut est illud Sereni,

et nihil est quod amem Flaminia minus.

Metrum dactylicum asclepiadium habet primum spondium, secundo *loco* dactylum et catalecton, deinceps duos dactylos. huius exemplum

laudamus vario musica carmine. |

hoc metrum a superiore eo distat, quod in illo est facultas primum et secundum pedem dactylum sive spondium conlocandi, in asclepiadio autem certa lex haec est, ut primo loco spondius, secundo dactylus, deinde catalecton, post duo dactyli conlocentur.

Metrum dactylicum aeolicum recipit pedes hos, spondium sive iambum sive trochaeum loco primo, deinde duos dactylos, post spondium sive trochaeum. huius exemplum

ampla condere moenia coepit.

Metrum dactylicum phalaecium hendecasyllabum constat ex spondio et dactylo et tribus trochaeis. huius exemplum

---

2 Metrum dactylicum pentametrum *Beda 2365* 21 Metrum dactylicum phalaecium *Beda 2376*

---

plum. De atramento noueris lector in uersibus cunctos (punctos *cod. Bamb.*) non causa sensus sed scansionis esse positos *P* huius exemplum. De atramento noueris lector non causa sensuum punctos adnotitos (*l.* adpositos) sed pedum designationem lustratus (*corr. al. m.* — os. *immo* designationem iulustratam *voluit*) *A*. *puncta, quibus pedes versuum distinctos esse librarii adnotaverunt, non constanter in utroque codice posita sunt*

1 arma] *Verg. Aen. I 1* 5 canunt *Iulianus p. 51* 6 alium *A* dactylum] dactilicum *P* 7 deinde] inde *PA* 8 catalecto] catalecton *P* 9 flaminia minus *P et Iulianus p. 52*, flamiamuni *A* (flammiamuni *teste Heusingero*) 10 metrum dactylicum pentametrum asclepiadium *Mallius scripsisse videtur, et similiter in reliquis metris, quae pentametra esse voluit. deinde metrum aeolicum potius ad tetrametra referendum erat* secundo dactilicum *P* secundo dactilo *A* 12 ludamus *coniecit Heusingerus. in P al. m. in margine adscripta legi haec*, |corū me|tis incli|ta gaudia, *hoc est* sanctorum meritis inclita gaudia, *quo exemplo Iulianus p. 52 usus est* 15 lex est haec *A* 16 *post* conlocentur *in P al. m. superscripta sunt haec*, in quo post tres uersus solet senis (*leg.* semis *Heusingerus*) heroicus id est spondeus et duo dactyli poni. *similiter Iulianus glyconei et pherecratei definitione huc translata*, Isti metro qualia metra deserviunt? Pherecratium et glyconium. Pherecratium ex quibus pedibus constat? Ex spondeo et dactylo, ita ut in fine trochaeum aut spondeum habeat. Da eius exemplum. Grato Pyrrha sub antro. Glyconium quales pedes recipit? Spondeum et duos dactylos. Da eius exemplum. Victorum genus optimum 21 phaleucium

fulgens divitiis et ore clarus.

Metrum dactylicum alcaicum hendecasyllabum constat ex iambo et bacchio et duobus dactylis. huius exemplum

vides ut alta stet nive candidum.

Horatius tamen primo loco etiam spondium praeposuit, ut est illud eiusdem,

odi profanum vulgus et arceo.

Metrum dactylicum sapphicum hendecasyllabum constat ex | trochaeo et spondio *et* dactylo et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio, ut est apud Horatium

iam satis terris nivis atque dirae.

huic autem metro post tres versus additur† chimis heroici versus, ut est apud eundem Horatium

terruit urbem.

Metrum dactylicum pentametrum recipit eosdem pedes, quos hexametrum heroicum. huius exemplum

fronde virere nova, quod seminat arbor.

Metrum dactylicum tetrametrum constat ex dactylo et spondio sive trochaeo, ita ut eadem loca obtineant hi pedes, quae in heroico hexametro docuimus. huius exemplum |

aut Ephesum bimarisve Corinthi.

Metrum aliud dactylicum tetrametrum constat ex duobus dactylis et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio. huius exemplum

omnia caelitus ampla sumes.

Metrum dactylicum trimetrum constat ex duobus dactylis et spondio sive trochaeo. huius exemplum

quod sua seminat arbor.

---

8 Metrum dactylicum sapphicum *Beda 2377*

---

endecasyllabarum *P* faleucium fudecasyllabarum *A*. Quid sequitur? Dactylicum phalaecium hendecasyllabum. Quales pedes recipit? Spondeum, dactylum et tres trochaeos. Da eius exemplum. 'Fulgens divitiis et ore clarus'. Fit alio modo? Fit per spondeum, dactylum, catalecton et dactylum, ita ut in fine spondium aut trochaeum habeat. Da eius exemplum. 'Squalent arva soli pulvere multo'. Phaleucia metra quis invenit? Phaleucius quidam ea scripsit *Iulianus p. 53*

2 endecasyllabarum *A* 4 vides] *Hor. carm. I 9, 1* candidum *Iulianus p. 53*, candidus *PA* 7 odi] *Hor. carm. III 1, 1* 9 et *ante* dactylo *om. PA* 11 iam] *Hor. carm. I 2, 1* terri *P* 12 versus *om. P* chimis] semis *vel* comma *codices Bedae p. 2377.* Isti metro quale metrum deservit? Adonium, quod dicitur semiheroicum *Iulianus p. 53.* finis *vel* tome *scripsisse videtur Mallius*, *qui* dactylicum finem *eundem versum dixit p. 597, 13. 20* 15 Quale metrum sequitur? Dactylicum pentametrum heroicum *Iulianus* 17 fronde] *Verg. Aen. VI 206* fronde virere nova quod non sua seminat arbor 19 quae] quos *PA* 21 aut Ephesum] *Hor. carm. I 7, 2* corinthe *P* 22 alium *A* 25 ex duobus — trochaeo] ex dactilo et duobus troceis et spondio *A*

Metrum dactylicum trimetrum constat ex dactylo et duobus trochaeis sive ex dactylo et trochaeo et spondio. huius exemplum

tu genus hoc memento.

Metrum dactylicum trimetrum pherecratium constat ex spondio et dactylo *et spondio* sive trochaeo, ut est apud Horatium

grato Pyrra sub antro.

Metrum dactylicum trimetrum glyconium constat ex spondio et duobus dactylis, ut est apud Horatium

sic te diva potens Cypri.

Metrum dactylicum *dimetrum*, quo saepe est usa Sappho, constat ex dactylo et spondio sive trochaeo. huius exemplum

unde Latinum
post genus ortum |
altaque magnae
moenia Romae.

Metrum dactylicum heptametrum constat ex duobus dactylis *et* spondio et dactylo et tribus trochaeis, ut est apud Horatium

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

Effici posse alias etiam metri dactylici varietates non clam nobis est, ita ut fiant versus aliqui productiores aut iidem pedes aliter inter se coniuncti. sed nos ea persecuti sumus, quae essent et auditu iucundissima et apud poetas graecos et latinos quam maxime celebrata; quibus profecto te esse ceterosque, qui suum studium ad hanc rem adplicabunt, contentos oportebit, cum quantamvis subtilitatem ingenii et scribendi adsiduitatem atque instantiam explere facile possit metrorum tanta diversitas, cumque ea in re in qua * reperiendae novitatis possit aut dulcius alicuius.

---

2 et *ante* trochaeo *om. A* et spondio *om. P* 3 tu genus] *Terentian. 2537* 5 et spondio *om. PA, add. H* 6 grato] *Hor. carm. I 5, 3* purra *A* 7 lyconium *P* liconium *A* 9 si te *PA: Hor. carm. I 3, 1* 10 dimetrum *om. PA* quo] quę *P* 12 unde] *Terentian. 2173* 16 Quod sequitur metrum? Dactylicum heptametrum, quod dicitur archilochium ithyphallicum *Iulianus p. 53* et *ante* spondio *om. PA* 18 solvitur] *Hor. carm. I 4, 1* et fauoni] etea.uon *A* 19 uarietatis *A* 20 productioris *A* aut idem *PA* 21 iuncti *A* 22 quam quam maxime *A* 23 contemptos *PA* 24 cum quantauis subtilitate ingenii et scribendi assiduitate explere facile atque instantia (re *add. Bamb.*) possit *P et cod. Bamb.* cum quantauis suptilitate ingenii et scribendi adsiduetate explere facile atque inistantia res possit *A* cum quantauis subtilitate ingenii et scribendi assiduitate expleri facile atque instaurari possit *cod. Sangerm.* cum quantamvis subtilitatem ingenii et scribendi assiduitatem explere facile atque instaurare possit *H.* *an* cum quantavis subtilitate ingenii et scribendi adsiduitate atque instantia expleri haud facile possit?

25 cumque ea in re numquam finis esse possit reperiendae novitatis aut dulcedinis alicuius *coniecit Heusingerus coll. p. 601. rectius lacuna quam indicavi ita fere expleri poterit,* cumque ea in re, in qua tanta varietas sit, finis constitui non possit reperiendae novitatis aut dulcedinis alicuius

DE METRO IAMBICO

Metro autem dactylico heroico metri iambici hexametri proxima definitio visa est. altero enim producuntur acies, | ubi proelia conseruntur, altero clarorum hominum vita atque fortuna scenam personat. atque idcirco utriusque conexio in earum rerum, quae sunt maximae, expressione ac declaratione versatur. recipit vero metrum iambicum hexametrum pedes hos, iambum locis omnibus, tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, spondium, dactylum et anapaestum locis tantum inparibus, pyrrichium loco tantum ultimo. huius exemplum

ibis liburnis inter alta navium.

Metrum iambicum senarium colobon constat ex pedibus superius | conprehensis, et pro sexto pede una tantum syllaba ponitur, ut est apud Horatium

trahuntque siccas machinae carinas.

Metrum iambicum pentametrum recipit pedes omnes superius conprehensos. huius exemplum

virtute recte vita degitur.

Metrum iambicum pentametrum colobon recipit supra dictos pedes omnes, et pro quinto pede una tantum syllaba ponitur. huius exemplum

merulae quod os sonat vetustae.

Metrum iambicum tetrametrum recipit supra dictos pedes omnes. huius exemplum

merulae quod os vetustius.

Metrum iambicum tetrametrum colobon, quod anacreonticum dicitur, recipit supra dictos pedes omnes, et pro quarto pede una tantum syllaba ponitur. quod maxime fit sonorum, si primus pes anapaestus ponatur, post duo iambi, deinde syllaba. huius exemplum

Triviae rotetur ignis,
volucrique Phoebus axi
rutilum pererret orbem.

---

1 DE METRO IAMBICO *Iulian. 54* 6 recipit — 9 ultimo *Beda 2378* 21 Metrum iambicum tetrametrum *Beda 2378* 24 Metrum iambicum tetrametrum colobon *Beda 2379*

---

3 visa] uira *corr.* uera *A* 4 scenam *Ruhnkenius* scena *PA* 5 contexio *A* contextio *H* 7 praeter nouissimum *cod. Bamb. et Beda p. 2378*, praeter nouissimo *PA* 10 ibis] *Hor. epod. 1, 1* 11 colobon *Ruhnkenius* colophon *PA* 14 trahuntque] *Hor. carm. I 4, 2* 15 pentrametrum *P* tetrametrum *A* 18 colophon *PA* 21 metrum iambicum tetrametrum] recipit hoc metrum aliquotiens, ut scribit Mallius Theodorus, etiam tribrachyn locis omnibus praeter novissimum, dactylum et anapaestum locis tantum inparibus *Beda p. 2379* 24 colophon *PA* 26 sonosum *P* sonerum *A* 27 duos *A* 28 Triviae] *Terentian. 2863* 30 perorret *P*

Metrum iambicum trimetrum recipit supra dictos pedes omnes. huius exemplum

quod os vetustius.

Metrum iambicum saturnium habet iambicum tetrametrum colobon et tres trochaeos. huius exemplum

merulae quod os vetustae mane dulce cantat.

Metrum iambicum hipponacteum recipit pedes sex lege | superius conprehensa, et additur ei in fine pes bacchius. *huius exemplum*

ibis liburnis inter alta navium recurrens.

Est etiam alterum metrum iambicum hipponacteum, quod a nobis conprobatur, in quo sextus pes spondius ponitur. huius exemplum

hic non iambum reddidit pedem sextum.

Haec de iambico metro dixisse satis sit. sciendum sane ipsius iambi eam vim esse, ut, quamvis aliorum pedum adiumenta acceperit, ipse tamen per se versus non indecenter explere possit, ut est illud Terentiani,

adesto, iambe praepes et tui tenax.

quod quidem etiam dactylus in heroico hexametro efficeret, nisi versus conclusio aut spondium aut trochaeum desideraret. iambi vero usus in carmine ita est varius ac multiplex, ut se et alte attollat et quam aptissime ad cotidianum loquendi morem accedat, et ita in severis tristibusque versetur, ut etiam in mollibus ac remissis ei sit loci plurimum; hoc siquidem cum alii tragoediarum scriptores tum praecipue Sophocles | atque Euripides, in quantum his est libitum, cothurnum extulerunt, et in Lycambam Archilochus exarsit, et Menander atque Aristophanes omnem humanae vitae imitationem persecuti sunt, et conplures lyrici suas cantilenas suaque ludicra contexuerunt.

DE METRO TROCHAICO

Iambico autem metro trochaicum metrum, quamvis et spondium et anapaestum et dactylum recipiat, ut iambicum, eo tamen est contrarium, quod in iambico supra dicti pedes locis tantum inparibus, in trochaico

---

27 DE METRO TROCHAICO *Iulian. 55*

---

4 colophon *PA* 5 tres troceus *A* 7 sex *H* ex *PA* 8 huius exemplum *om. PA* 12 hic] *Terentian. 2401* reddit *PA* 13 iambi eam uim *H* iambicam uim *PA* 16 adesto] *Terentian. 2182* prepes et tui texax *P* prepes et tui texat *A* 17 dactilos in eroico *A* dactilus eroico *P* efficere *A* 18 conclusione *PA* 19 se et quam aptissime attollat et alte ad *PA* et quam altissime attollat et apte ad *H* et quam altissime attollat et aeque *Grunerus* 20 more *A* 21 ac remissis ei sit loci plurimum *H* ac remissis sit locis plurimum *P* ac remisisse locis plurimum *A* ac remissis ei loci sit plurimum *Santenius in Terentian. p. 324* 22 traguediarum scriptoris *A* 23 hic est *PA* hoc est *vel* his est *H* 24 lycanban *P* licaban *A*. Lycambam *ex Terentiani versu 2457 recepit Mallius* aristofanis *A* 25 cum plures *A* 29 ut] aut *A*

autem non nisi paribus conlocari licet. trochaeus vero in hoc metro, quod ex eo nomen accepit, locis omnibus, tribrachys locis omnibus praeter septimum ponitur. trochaicum autem metrum a poetis graecis et latinis frequentatur [ponitur], quod etiam solus trochaeus ita efficere potest, ut citato et minuto quodam cursu feratur. huius exemplum

pastor ille saepe mane dulce carmen insonat. |

sed liberioribus atque solutioribus numeris et ad res explicandas adcommodatioribus trochaicus versus est, in quo inparem locum trochaeus, parem vero, in quantum necesse est, spondius occupat, ut est illud Terentiani,

nulla vox humana constat absque septem litteris.

fit etiam trochaicum metrum ita, ut in eo adsiduum tribrachys obtineat locum, ut est illud apud Iubam,

qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat.

sed offendit aures sine ulla syllabae longae interiectione brevium syllabarum prolixa coniunctio. nobis autem propositum est a metrica disciplina procul omnia repellere, quae ab auditorum delectatione discrepent, quamvis ea pedum | rationem recipiant. atque idcirco in hoc metro et tribrachys et dactylus et anapaestus non nisi quam parcissime et consultis prius auribus admittendi sunt. quod etiam in iambico metro servari videmus: nam tametsi omnibus inparibus eius metri locis tribrachyn aut anapaestum aut dactylum conlocandi facultas est, rara tamen eorum fit admixtio. neque ulla vel in iambico vel in trochaico metro iambo aut trochaeo quam cum spondio aut aptior aut frequentior potest esse coniunctio.

---

1 troceos uero *A* 2 praeter VIIum *cod. Sangerm.* praeter septimo *PA* 3 autem *om. A* 4 frequenter ponitur *corrector codicis A* frequentatum ponitur *cod. Sangerm.* ponitur *seclusit Heusingerus.* frequentissime ponitur *legisse videtur Beda p. 2379*, metrum trochaicum tetrametrum *(h. e. quattuor trochaei)*, quod a poetis graecis et latinis frequentissime ponitur, recipit trochaeum locis omnibus, spondeum omnibus praeter tertium. *Mallius autem de trochaico metro plura, quam quae nunc in libris et in excerptis Iuliani restant de octametro, quod ille dicebat, scripserat* potest incitato *PA* potest ut incitato *H* 7 solutioribus *Ruhnkenius* absolutioribus *PA* 8 trocaicos uersus *A* locus *A* 11 nulla] *Terentian. 1300* costat *P* 12 fit etiam *H* fieri etiam *PA* 13 Iubam] iuliam *A* 14 qualis] *Mar. Victor. p. 85, 11 fragm. Bob. de versibus p. 518 ed. Vind.* qualis *Iulianus p. 55*, quales *PA* celerius *A* pennis *cod. Sangerm. et Iulianus* 15 offendet *P* interiectione brevium syllabarum prolixa coniunctio *H* interiectione et breuium syllabarum prolixa (proxima *P*) coniunctione *PA* 17 ab auditorum *H* ad auditorum *A* ad aditorum *P* 18 quamvis ea pedum rationem recipiant *H* quamuis (quam *P*) ea pedum ratione recipiant *PA* quam ea petum rationem recipiant *cod. Bamb.* quamuis ea pedum ratio recipiat *censor editionis Heusingerianae act. erud. Lips. a. 1759 p. 40* in hoc] ab hoc *PA*. *an* ad hoc metrum? 20 servari videmus *Ruhnkenius* seruare uidemus *P* seruare uidebimus *A* seruare debemus *H* 22 rara] rata *A*

DE METRO ANAPAESTICO

In anapaestico autem metro nullum pedem ita congruere ut spondium videmus. nam quamvis etiam dactylum in hoc metro a quibusdam Graecis positum inveniamus, eo tamen adhibito confragosius quiddam resonat et durius. itaque tametsi dactylus atque anapaestus sunt temporibus pares, id tamen aurium sensus, cui est maxime parendum, efflagitat, ut, quem ad modum intromitti in metrum dactylicum, ne eius suavitatem corrumpat, anapaestus non potest, ita metrum anapaesticum, | ne eius gratia minuatur, dactylo inhospitale sit. adcommodatissimus vero spondio in hoc metro locus primus est. ceteri itaque omnes pedes anapaesti; ita tamen, ut pro ultimo pede, sicut in trochaico metro, una tantum syllaba constituatur. primum autem metrum anapaesticum, ut dactylicum, ab hexametro ordimur. huius exemplum

alte superemicat Aetna poloque propinquat.

ex omnibus autem anapaestis pulcher ac sonorus hic versus est,

nivibus superemicat Aetna poloque propinquat. |

ex eo autem versu dactylico hexametro, quem quinque dactyli et spondius vel trochaeus efficiunt, adempta syllaba prima fit anapaesticum hexametrum colobon. huius exemplum

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

remota syllaba prima fit versus huius modi,

tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

Versus pentameter anapaesticus colobos fit ita,

tuba terribilis procul aere canoro.

Item tetrameter anapaesticus colobos fit ita,

sonuit procul aere canoro.

Item trimeter anapaesticus colobos fit ita,

procul aere canoro.

---

1 DE METRO ANAPAESTICO *Iulian. 55*

---

2 in *ante* anapaestico *delendum esse coniecit Heusingerus* 3 dactylicum *P* 4 quidam *A* 6 et flagitat *A* 8 anapaestus *om. P* 9 inhospitale sit *H* inhospitalis erit *PA* hospitale erit *cod. Sangerm.* 10 itaque] atque *PA* 11 syllabam *A* 12 primo *PA* ut] aut *P* ab exametro ordimur *cod. Sangerm.* ab exametro metro ordimus *PA* 14 ethna *PA*. *pentametrum huic versui subiectum legit Iulianus p. 55,* Alte superemicat Aethna poloque propinquat. Quid sequitur? Anapaesticum pentametrum colophon, ubi pro quinto pede una tantum syllaba ponenda est. exemplum 'superemicat Aethna poloque propinquat'. item tetrametrum colophon 'vivum simul ac moribundum'. item dimetrum colophon, 'Crucis almae Fero signum, Fuge daemon'. Quod sequitur metrum? Anapaesticum, ubi omnes suos pedes habet. Da eius exemplum. 'Nivibus superemicat Aethna poloque propinquat'. 15 ex omnibus autem anapaestis pulcher ac sonorus fit versus hoc modo, Nivibus *H* anapaesticus *PA* sonorus *cod. Sangerm.* sonorosus *PA* 16 nivibus] hoc nuuibus *PA* ethna *PA* 17 spondio *P* 18 efficit *PA* exametron *A* 19 colophon *PA* 20 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 23 colobos] colophon *PA, item* 25. 27 26 sonitum *Iulianus*

DE METRO CHORIAMBICO

Atque haec quidem quattuor metra, quae supra exposuimus, id est dactylicum, iambicum, trochaicum et anapaesticum, ex disyllabis et trisyllabis pedibus efficiuntur, pront unius cuiusque | metri ea quae a nobis explanata est ratio declarat. reliqua vero quattuor metra, id est choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore, quamvis quadrisyllabis pedibus ex parte plurima contexantur, ut tamen eorum finis non iniucundus sit, prope paucarum syllabarum pedum opem expetunt. nam ut eum quem ab exordio proposuimus ordinem docendi persequamur, metrum choriambicum apte efficitur ex tribus choriambis *et* dactylo et spondio sive trochaeo, ut est illud,

celsus equo Phoenicia veste nitens ibat Arion.

tribus enim choriambis nisi dactylicus finis adiceretur, nihil in his esset dulce et canorum. fit hoc metrum etiam | ex duobus choriambis et dactylo spondio sive trochaeo sequente. huius exemplum

Phoenicia veste nitens ibat Arion.

ex uno etiam choriambo et dactylo et spondio sive trochaeo fit hoc metrum ita,

veste nitens ibat Arion.

non solum autem dactylico fine, sed etiam duplice iambico colobo metrum choriambicum concludi recte potest in hunc modum,

celsus equo Phoenicia veste nitens repente fulsit.

quae conclusio iambica non modo post tres choriambos, sed post duos etiam et post unum non indecenter adiungi potest.

DE METRO ANTISPASTICO

Metrum antispasticum, ita ut choriambicum, suavitatis in se nihil haberet, nisi aut dactylico aut iambico fine terminaretur. post tres igitur

---

1 DE METRO CHORIAMBICO *Iulian. 56* 25 DE METRO ANTISPASTICO *Iulian. 57*

---

3 et trisyllabis *om. A* 4 pront] pro *P* 5 coriambico anapasticum *A* 7 pedibus *om. A, add P* 8 non iocundus *A* prope omnes pauciorum syllabarum pedum opem expetunt *Santenius in Terent. Maur. p. 324* paucarum *bis scriptum est in A* pedum] pedibus *PA* expetuut *A* expedunt *P* expediunt *cod. Bamb.* 9 ut eum quem] utrumque *A* dicendi *PA* 10 apte] abae *A* et *ante* dactylo *om. PA* 12 fenicia *P* finicia *A* 15 dactylo spondio *H* dactilo uel spondio *PA* 16 fenicia *PA* 20 dactilico finem sed etiam duplicem *A*. duplice *delendum esse coniecit Heusingerus coll. p. 598, 9* fine etiam iambiei metri quod colobon dicitur. *fortasse* triplice *scripserat Mallius pro eo quod* trimetrum *dicere consuevit in versibus non coniunctis cum diverso metro.* Quod sequitur metrum? Choriambicum, quod non dactylico fine, sed iambico duplice colophon finitur. Da eius exemplum. 'Celsus equo Phoenicea veste nitens repente fulsit'. item 'Phoenicea veste nitens repente fulsit'. Da eius exemplum. 'Veste nitens repente fulsit' *Iulianus p. 56* 20 colophon *PA* 21 concluderet xepotens *A*, *unde* concludere recte poteris *coniecit Heusingerus* 22 fenicia *P* finicia *A* 23 coriambus *P* 26 ut] et *A*

antispastos dactylus ac deinde spondius sive trochaeus adhibetur. huius exemplum

rapit tela, volans ecce, gerens arma Troius heros.

quod metrum fit etiam ex duobus antispastis et dactylo et spondio sive trochaeo, ut hoc est,

rapit tela volans ecce Troius heros.

ex uno enim antispasto et dactylo et spondio sive trochaeo fit ita,

volans ecce Troius heros. |

fine etiam iambici metri, quod colobon dicitur, non absurde hoc metrum concluditur hoc modo,

rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus.

fit etiam hoc metrum ex duobus antispastis et duobus iambis et syllaba hoc modo,

volans ecce gerens arma ruitque laetus.

ex uno etiam antispasto et duobus iambis et syllaba fit hoc modo,

gerens arma ruitque laetus.

sciendum sane, cum antispastus pes constet *. pro primo autem si aut iambus aut pyrrichius aut spondius aut trochaeus poneretur, huius metri excellentior et latior usus esset.

DE METRO IONICO MAIORE

Metrum ionicum a maiore constat ex ionicis maioribus duobus et spondio sive trochaeo, ut est illud apud Iubam,

---

20 DE METRO IONICO *Iulian. 56*

---

1 antispastis *A* 3 rapit] *ex duobus versibus Vergilii Aen. VIII 111* raptoque volat telo obvius ipse *et 530* sed Troius heros adgnovit sonitum *exemplum fictum esse coniecit Wentzelius symb. crit. in histor. script. rei metr. lat. (Vratislaviae a. 1858) p. 67* 4 et *ante* dactylo *om. A* 6 uolens *P* 9 fine etiam *A* fit etiam *P* colophon *PA* 11 rapit tela — 15 hoc modo *om. P* 12 fit etiam — 14 laetus *om. PA. apud Iulianum de antispastico metro scripta sunt haec p. 57.* Quale metrum sequitur? Antispasticum. Quales pedes recipit? Tres suos antispastos, ita ut dactylico fine concludatur, ut choriambicum. Da eius exemplum. 'Rapit tela volans ecce gerens arma Troius heros'. Quod sequitur? Quod constat ex duobus antispastis dactylico fine conclusum. Da eius exemplum. * 'Rapit tela volans ecce gerens arma ruitque laetus'. Quod sequitur? Quod constat ex duobus antispastis iambico fine. Da eius exemplum. 'Volans ecce gerens arma ruitque laetus' 15 etiam *H* enim *A*

17 *'fortasse scripserat auctor* cum antispastus pes duobus pedibus, iambo et trochaeo, constet. *paullo post verba* aut iambus *supervacanea videntur' Heusingerus. immo plura etiam exciderunt, quibus, cum antispastus pes constet ex iambo et trochaeo, pro utroque pede pedes supra scriptos poni posse dictum erat* 18 his metris excellentior *P* his metri huius excellentior *cod. Sangerm.* his metri huiusce lucentior *A* his metris huiusce licentior *coniecit Heusingerus* 20 De metro ionico maiore. Quale metrum sequitur? Ionicum maius. Ex quibus pedibus constat? Ex tribus ionicis maioribus et dactylo, ita ut spondeum aut trochaeum habeat in fine. Da eius exemplum. 'Tunc insolita sic puer aethra ruit aequor in altum'. item duobus ionicis ma-

ipsa est Chios, ipsa est Samothrace.

Metrum ionicum a maiore constat ex tribus ionicis maioribus, dactylo et spondio *sequente* sive trochaeo. huius exemplum

tunc insolita sic puer aethra ruit aequor in altum.

fit etiam hoc metrum ex duobus ionicis maioribus dactylo et spondio sequente sive trochaeo. huius exemplum

tunc sic puer aethra ruit aequor in altum.

ex uno etiam ionico maiore dactylo et spondio sequente sive trochaeo fit hoc metrum ita,

aethra ruit aequor in altum.

Metrum ionicum a maiore aliud constat ex tribus ionicis maioribus et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio. huius exemplum

sumam bona, magnis fruar, altum ferar, at modeste.

ex duobus etiam ionicis maioribus et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit hoc metrum ita,

magnis fruar, altum ferar, at modeste.

ex uno etiam ionico maiore et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit hoc metrum ita,

altum ferar, at modeste.

DE METRO IONICO MINORE

Cum vero metrum et choriambicum et antispasticum et ionicum a maiore, sicut ostendimus, ita propriis contexantur pedibus, ut, nisi conclusionem aliunde accipiant, inelegans atque horridum sit, solum ex his metris, quae quadrisyllabos recipiunt pedes, ionicum a minore suo se pede ita explet, ut additamentum non requirat aliorum. fit enim ex quattuor ionicis minoribus ita,

---

ioribus cum dactylico fine concluso, 'tunc insolita sic puer aequor in altum'. item ex uno ionico maiore cum fine dactylico, 'aethra ruit aequor in altum'. Quod sequitur? Ionicum maius. Quales pedes recipit? Tres maiores ionicos, in fine habens trochaeos duos. Da eius exemplum. 'Summum bonum magis fruar, altum ferar, ut modeste'. Item 'magis fruar, altum ferar, ut modeste'. item 'altum ferar, ut modeste' *Iulianus p. 56* 21 *rectius erat* metrum ionicum a maiore trimetrum *et deinde* 599, 2 metrum ionicum a maiore aliud 22 siue *P* uel *A* iuliam *A*

1 samotrache *PA* 3 sequente *om. PA* 5 ionicis a maioribus *P* 6 sequentes *P* huius exemplum sumum (summum *P*) bonum magis fruar altum ferar ut modeste ex uno (exeunt *A*) etiam ionico maiore et (de *add. P*) duobus *PA*. tunc — 12 exemplum *et* 14 ex duobus — 16 modeste *addidi ex Iuliani excerptis*. '*adscripserat Mallius hic versum aliquem hoc pedum numero*, tunc sic puer aethra ruit aequor in altum. *sequebatur novi metri declaratio, in hunc fere modum*, ex tribus ionicis maioribus etiam et duobus trochaeis sive trochaeo et spondio fit ita, 'sumam bona, magnis fruar, altum ferar, at modeste'. *praeterea, nisi fallor, designaverat metrum, cuius hoc esse potuit exemplum*, magnis fruar, altum ferar, at modeste' *Heusingerus* 19 ut modestae *PA* 20 METRO *om. A* 21 antispasticum *H* anapesticum *PA* 24 quatrisyllabis *A* 25 ut dictamentum *A*

vocat omnes, bona iustis sua semper deus adfert.

huic metro neque spondius neque dactylus neque trochaeus extrinsecus adiungitur. paenultimi enim pedis postrema syllaba et ultimi priores duae dactylum resonant, posteriores vero duae spondium vel trochaeum; eaque de causa hoc metrum suavitatem, | quam habet ipsum in sese, non deposcit aliunde. fit autem metrum hoc ex tribus etiam ionicis minoribus. huius exemplum

bona iustis sua semper deus adfert.

ex duobus quoque ionicis minoribus hoc metrum fit ita,

bona iustis deus adfert.

alios huic metro pedes idcirco quidam interserendos crediderunt, ut copiam et facultatem etiam augerent. sed nihil in his, quod aures blande accipere possint, invenimus; atque ideo longe melius commodiusque censemus, ut metrum ionicum a minore eo, quo supra exposuimus modo, unius pedis ingeminatione expleatur, neque alius quisquam pes sequatur, quo adsociato non modo ei externa suavitas adquirenda, sed propria amittenda sit.

Diversa vero inter se metra posse coniungi lyricorum poetarum permulta et graeca et latina scripta declarant. itaque dactylico subiungere et dactylicum et iambicum et alia licet. iambico quoque versu eundem in modum etiam iambicum et alium quemlibet versum subicere possumus; idque eadem ratione per omnia metra usurpare possumus, | ita ut diversorum inter se metrorum sit apta et decora coniunctio.

De arte ergo metrica nihil desiderari a quoquam scias, servata a nobis docendi ratione perspicua, ut ea, quae alii, qui eadem de re scripserunt, confusa et permixta conlocaverant, nos octo tantum generibus, quibus exceptis nullum inveniri metrum possit, conprehenderemus, quaeque etiam ex uno quoque genere species emanarent ac profluerent, ostenderemus, easque non in inmensum extenderemus, neque novitatis aut cupiditatis potius quam suavitatis iudicio duceremur. quo ita usi sumus, ut ea quae essent in carminibus dura atque aspera, quamvis a quibusdam poetis non essent repudiata, praetermitteremus. siqui tamen inveniuntur, qui | in isdem metrorum generibus ita rude atque inusitatum

---

2 huic] hic *P* extrinsecus *om. A* 3 pedes *A* 5 ipsum *H* ipse *PA* depascit *A* 11 alios hic *P* alius huic *A* 13 possunt *PA* 15 pes sequatur *H* persequatur *PA* 16 amittenda *H* admittenda *PA* 21 eadem rationem *A* 22 sit apta et] sita placet *A* 23 desiderari *H* desiderare *PA* 24 perspicua *Grunerus* prespicias *P* prespiciens *A* perficias *cod. Bamb.* *an* si servatam a nobis docendi rationem perspicias? eadem de re scripserunt *H* eadem docere scripserunt *PA*

25 confusa *A* perfusa *P* conlocauerint *PA* 27 ex *Ruhnkenius* in *PA* species emanarent *H* specie emanarent *P* specie me manerent *A* 28 in *om. P* 29 duceremur *H* duceremus *PA* quo] quod *PA* 31 non esset *A* siqui tamen *A* si tamen *P* 32 in hisdem *P* in his *A* rude atque inusitatum *H et ut videtur cod. Sangerm.* sude atque inusitatu *A* dure atque inusitatum *P* dureatur inusitatum *cod. Bamb.* *an* abditum atque inusitatum?

aliquid excogitent, ut id et [cum] eodem pede legatur et cum aurium | delectatione consentiat, id abs te respui non oportebit. ea enim in re, quae ipsa per se infinita sit, novum aliquid reperiendi constitui finis non potest. te tamen ceterosque, qui se esse metricae disciplinae non ignaros volent, ea *esse* sententia conveniet, ut ex his quae a nobis declarata sunt metrorum rationem atque doctrinam abunde consecutos, etiam si nihil a quoquam adiciatur, existiment.

---

1 legat *PA* legatur *olim Heusingerus*. ut id et eundem pedem legat *idem postea coniecit* 2 abs te *A* apte *P* oportebat *A* 4 te] et *A* se esse] secesse *P* 5 esse *posteriore loco om. PA* ut] et *P* 6 ratione *A* etiam nihil *A* 7 extiment *A* FINIT LIBER MALLI THEODORI DE METRIS LEGE QUI CUPIS FELICITER *P* FINIT LIB̄ MALLI THEODORI DE METRIS DŌ GRATIAS AMEN *A*

FRAGMENTA ET EXCERPTA METRICA

I

Fragmenta de musica et de metris, quae olim Censorino adscripta ferebantur, desumpta sunt ex excerptis libri cuiusdam de disciplinis, quae post Censorini librum de die natali in libris manu scriptis leguntur. horum antiquissimus est Coloniensis, olim Darmstadiensis, septimo saeculo scriptus, quem descripsit Urlichsius in annalibus philologicis Eos v. II a.1866 p. 456 sqq. ab hoc proximus est Vaticanus decimo saeculo scriptus. quibus codicibus adhibitis Otto Iahn librum Censorini et subiectum ei fragmentum de disciplinis edidit Berolini a. 1845. deinde Fridericus Hultsch utroque codice denuo collato novam editionem cum lectionibus codicis Coloniensis et Vaticani accuratius, quam a Iahnio factum erat, indicatis paravit Lipsiae a. 1867. postremo Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 465 sqq. ex codice Coloniensi quaedam, quae ab illo etiam praetermissa vel minus accurate indicata erant, addidit. ex antiquioribus autem editoribus, qui una cum Censorini libro haec fragmenta olim ediderunt, primum Aldus Manutius in editione Veneta a. 1581 quaedam emendavit et praeter suas emendationes in margine multas coniecturas Ioannis Cauchii adscripsit. plura codice Coloniensi adhibito correxit Ludovicus Carrio, cuius editio Lutetiae a. 1583 prodiit, mox Lugduni a. 1593 repetita est, isque primus a Censorini libro fragmentum, quod antea cum illo confusum legebatur, separavit. ante Carrionem autem Nicolaus Loensis in observationum epiphyllidum libris emendationi fragmenti, quod valde corrupte in codicibus scriptum est, operam dederat; post eum Petrus Ioannes Nunnesius in adnotationibus ad illius editionem, quae cum ipso fragmento, sicut a Carrione editum erat, post Andreae Schotti observationes humanas a. 1615 editae sunt, de multis locis disputavit et quaedam vitia recte sanavit. Carrionis editionem deinde omnes, qui ante Iahnium Censorinum ediderunt, secuti sunt. ipse Iahnius autem plurima partim ex codicibus tum primum collatis partim coniectura cum sua tum Lachmanni, qui ei in eo opere adfuit, emendavit.

Me ut ea quae ad metricam artem pertinent ex hoc libello separatim ederem exemplum movit Putschii, qui eam partem quae est de metris ex Carrionis editione expressam inter latinos grammaticos recepit, quam editionem postea Gaisfordius in scriptoribus latinis rei metricae repetivit. itaque ne quid ex iis quae illi praeberent in nova editione desideraretur,

hanc partem ne nunc quidem omittendam putavi, et quoniam cum hac propter similitudinem argumenti coniuncta est ea quae praecedit de musica, eam quoque recepi. reliqua, quae ab initio libri de aliis disciplinis leguntur, propterea quod ea a grammatica et metrica arte aliena sunt, omisi. in adnotatione subiecta scripturam codicis Coloniensis ex editione Hultschii et supplementis Urlichsii repetitam exhibui, et hanc quidem una cum iis quae alia eaque ipsa quoque antiqua manu in pristina scriptura correcta sunt accuratius, quam in aliis grammaticorum libris facere consuevi, indicavi, ut dubitatio, quae de pluribus locis adhuc fuit, tolleretur. ex Vaticano codice autem, qui e Coloniensi tum, cum ille correctoris curam iam expertus erat, descriptus esse videtur*), pauca, in quibus ille a correcta codicis Coloniensis scriptura dissentit, si modo memorabilis esse videbatur discrepantia, adscripsi. denique vulgatam in prioribus editionibus lectionem, ex qua ea quae digna esse memoria visa sunt exhibui, dico eam quae ex Carrionis editione propagata est. nam antiquiorum editionum, quarum nullam ipse vidi, raro ratio habenda fuit.

De metris pauca quidem in hoc fragmento relicta sunt, eaque non solum plurimis vitiis corrupta, sed etiam neglegentius in compendium redacta. verum tamen in his quoque satis multa indicia veteris doctrinae, quam scriptor secutus erat, comparent. ex quo genere sunt haec, quod omissis metris principalibus genera versuum maxime frequentata posuit et quem ad modum ea ex hexametro heroico derivarentur ostendit p. 615, 1; 13. 616, 7, qua ratione Caesium Bassum usum esse scimus; quod antiquiorem morem secutus bacchium appellavit pedem ex duabus longis syllabis et una brevi constantem, contrarium huic ex una brevi et duabus longis palimbacchium, et quod pro trochaeo plerumque chorium, pro tribrachy brachysyllabum dixit; denique quod in appellationibus versuum graecis potius vocabulorum formis quam latinis usus est. nam *trimetros* vel *tri-*

---

*) Vaticanum codicem e Coloniensi descriptum esse contendit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII p. 471, cuius sententiam probavit Schanzius spec. crit. ad Platon. et Censorin. Gottingae a. 1867 p. 1. auctoritatem libri adpositis exemplis emendatae scripturae, quae ille praebet, defendere studuit Luedeckius Goetting. gel. Anz. a. 1868 v. I p. 482 sqq. ego in ea parte quam edidi, de qua sola quaesivi, nihil in Vaticano codice scriptum inveni, quod non iure vel coniecturae librarii vel errori tribuendum esset. et in his quoque sunt de quibus dubitem, num recte scriptura codicis indicata sit. nomen autem Censorini, quod nunc in Coloniensi codice non legitur, cum extrema libri parte periisse videtur. nam hac ratione librarius etiam in rhetorum libris, qui in priore parte codicis scripti sunt, usus est, ut nomina auctorum non in initio librorum, sed in fine scriberet. ceterum quod de nomine auctoris erratum est, cum nomen Censorini a libro de die natali ad fragmenta alius libri, quae huic subiecta erant, transferretur, similis error est in Augustini libris de rhetorica et de dialectica, qui in Coloniensi codice cum tribus libris Chirii Fortunatiani de rhetorica ita coniuncti sunt, ut Augustini libro de rhetorica nomen subscriberetur Chirii Fortunatiani, eique liber de dialectica tamquam quartus eiusdem auctoris liber continuaretur: cf. Augustin. de dialect. ed. Crecelius Elberfeldae a. 1857 p. 3, rhetor. lat. ed. Halm p. 151.

metrus saepe dixit, non *trimeter; tetrametros* semel p. 613, 6; hexametros quoque semel p. 615, 13 et *hexametron*, ut videtur, p. 615, 1, contra *hexameter* p. 611, 24 et *pentameter* p. 612, 11. praeterea exempla versuum posuit ab antiquis poetis petita, in his tres versus Catulli, *phaselus iste quem videtis hospites, passer deliciae meae puellae, hunc lucum tibi dedico consecroque Priape*, quibus Caesius Bassus et Terentianus usi sunt, unum Tibulli, *dum meus adsiduo luceat igne focus*, quem ipsum quoque Caesius adhibuit. e reliquis exemplis nullum est recentius quam versus Lucani *bella per Emathios*, quem Marius Victorinus quoque posuit. atque etiam in his versibus, quos ipse grammaticus finxit, saepius ad exempla veterum poetarum se adplicavisse et illorum verba pro suis rationibus mutavisse videtur. quo factum est ut illi olim ab iis, qui primum fragmenta antiquissimorum poetarum, in primis tragicorum, composuerunt, pro versibus poetarum reciperentur. his argumentis satis constare puto ea quae in hoc fragmento scripta sunt a vetere quodam auctore, qui ante Iubam metricum fuit (nam hunc potissimum recentiores artis metricae scriptores secuti sunt), petita esse. iisdem fere causis Lachmannus ductus esse videtur, cum eum esse Caesium Bassum suspicaretur, sicut Iahnius praef. p. XIII indicavit. quis libellum, ex quo haec fragmenta desumpta sunt, scripserit non constat. quamquam enim a Censorino eius modi doctrina non aliena est, tamen credi nequit ab eodem auctore, qui librum de die natali scripserat, haec quae ex libello de disciplinis relicta sunt composita esse.

DE MVSICA

p. 85 ed. Iahn

Prior est musica inventione metrica. cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus Hesiodus Pisander, hos || secuti elegiarii Callinus Mimnermus Euenus, mox Archilochus et Simonides trimetrum iambicum *et* choriacum catalecticum tetrametron conposuerint, Archilochus etiam commata versibus adplicando variavit † ea potius per plurimas species, secuit

C codex Coloniensis

c eiusdem codicis corrector

Vat. codex Vaticanus 4929, ex quo pauca, in quibus a correcta scriptura codicis Coloniensis dissentit, adnotata sunt

ς lectio vulgata veterum editionum

3 elegiaci *Nicolaus Loensis epiphyll. X 1* gallinus mineruus eunectus *C* Callimachus Mimnermus Euhemerus ς. *Callini et Eueni nomina restituerunt Nicolaus Loensis, Nunnesius, H. Valesius emend. IV 14 p. 116, Bentleius in Callim. p. 439 ed. Ern.* 4 mox archiloghus *C* trimetrum iambicum et choricon catalecticonque tetrametron composuerunt *Nunnesius* iambicium (*corr.* — cum) chorium *C* 5 conposuerint *C* conposuer̄ *Vat.* composuerunt ς archilocum *C* commata ς commota *C*

6 variavit epodis: per plurimas species secuit Alcman numeros et imminuit: carmen hinc poeticae melicae: ac Telesilla *Hermannus epit. doctr. metr. p. 239 ed. sec.* variavit

Alcman numeros etiam minuit in carmen. hinc poetice melice *dicta*. Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros. quae species cum iam displiceret et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adserta est, qui liberos etiam numeros modis edidit. hos secuti musici Timotheus et Polyidos et Hyperides et Phillis et ‖ clarissimus cum peritia tum eloquentia Aristoxenus. modulati protinus cantus † nec tamen arno putes antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos; postque hos poetica valuit veluti legitima, musica licentior magisque modulata.

DE NOMINE RHYTHMI

Rhythmus creditur dictus a Rythmonio, Orphei filio et Idomenae nymphae Ismaricae, ut tradit Nicocrates libro ‖ quem conposuit de musice.

---

epodis per plurimas species, secuit Alcman numeros †etiam minuit in carmen: hinc poetice melice: Telesilla *edidit Iahnius*, *ubi* et imminuit carmen *coniecit Lachmannus*. variavit ac potius per plurimas species secuit, Alcman *etc. coniecit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 475. epodorum inventio vix omitti poterat in Archilocho. reliqua ita potius scribenda videntur*, variavit et epodos per plurimas species inseruit (*vel* sociavit), Alcman numeros etiam minuit in carmine ea (ea *in ras.*) potius *C* epodos *Nunnesius* Eupolis ς Ibycus *H. Valesius emend. IV 14 p. 118*

1 Alcman ς alconan *C* numeros *c* numerus *C* numertis *Vat.* hinc poeticae melicae ἀΤΛΗC: illa *C* hinc poetriae melicae, at Telesilla ς, *ubi* poetice melice *coniecit Nunnesius. nomen Telesillae, pro quo olim editum erat* ἀτελὴς illa, *restituit Nicolaus Loensis apud Paulum Leopardum emend. III 16* 2 at Telesilla Argiva etiam minutiores edidit numeros *Urlichsius l. c. p. 476* 4 qui etiam libros innumeris modis edidit ς qui etiam liberis numeris modos edidit *Hermannus l. c.* qui liberos etiam numeros modis indidit *Lachmannus. fortasse* qui liberos etiam numeris modos edidit. *nam hoc voluit grammaticus, Pindarum rhythmos sine certa numerorum, h. e. metrorum, lege edidisse* liberos] libros *c* lib . . . . *C* et Polyidos *Scaliger apud Burmannum ad H. Vales. emend. IV 14 p. 118*, et pondos *C*. Hipponax *coniecerat Cauchius*, Terpandros *Nunnesius*, et Philoxenus *Nicolaus Loensis epiphyll. X 1*, et Connus *M. Schmidtius emend. fortuit. (Schweidniciae a. 1843) p. 18* 5 Hyperides] Hippoclides *vel* Erastocles *coniecit Nunnesius*, Melanippides *Nicolaus Loensis*, Hypertonides *M. Schmidtius l. c. et diatr. in dithyr. p. 258* Phyllis *Cauchius* follis *C*. Phrynis *coniecit Nicolaus Loensis*, Pollis *Scaliger l. c.* Phillis *rectius scribi quam* Phyllis *monuit Schneidewinus Goett. gel. Anz. a. 1844 v. II p. 1385* 6 nec tamen anno (annon *c*) putes *C* nec tamen non putes *Carrio*. nec tamen putes antiquiores cantus esse sine numeris, sed rusticis et inconditis *coniecit Urlichsius mus. Rhen. v. XXII (a. 1868) p. 476. fortasse* nec tamen in obscuro est antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos 7 rusticos et inconditos ς rusticis et inconditos *C* rusticis et inconditis *Vat.* postq. hos *C* postquam hos *Vat.* post quos ς poetica *c* petica *C* 8 decentior *coniecit Cauchius*. musica licentior *uncis inclusit Hultschius*. postque hos in poetica valuit veluti legitima musica licentior magisque modulata *Urlichsius l. c.* 10 a rithmonio *C* filio *c* filo *C* Idomenae nymphae Ismaricae *Lobeckius Aglaoph. p. 326*, idnomen.|ae nymfae marice *C* 11 ut vero tradit Nicostratus libro, quem composuit de musica, a fratre Rhythmonii *Stiehlius Philol. v. X p. 170* nicocratis *C* Nicostratus ς de musice *vel* de Musaeo *Iahnius* de musio *C* de musico ς *Vat.*

fratrem Rhythmonii tradit Hymenaeum, Rhythmonii autem et Chloridis, Tiresiae filiae, Periclymenum et Perimedem, qui primus cecinerit res gestas heroum musicis cantibus.

DE MVSICA

Musica est peritia faciendorum et canendorum modorum. eius partes harmonica, organica, rhythmica, crusmatica. crusmata pulsus decori sine carmine vocantur; harmonia est consonantia; organica ∗ rhythmos graece, modus dicitur latine, nominatus [versus] ab eo quod fluat ‖ seque ipse circumeat. modus autem est lex quaedam et ordo vocalium intervallorum et differentia vel, ut Aristoxenus finit, non utcumque conpositorum vocalium temporum intervallum. carmen est modus vocibus iunctus, cuius discrimina cantus, modus, motus. ∗ tempus est syllabae spatium, huius elementum brevis syllaba. † divisio brevi alia longum a longo ut neutrius ratione est.

DE MODVLATIONE

Modulatio est modorum prudens dispositio; eius tres species, διάτονος, χρῶμα, ἁρμονία. species carminum tredecim. ex quibus primi sunt dorius, phrygius, lydius: his accesserunt gravissimus hypodorius, mox duo hypophrygii, gravior et acutior, deinde hypolydii totidem ‖ et perinde gravior et acutior, deinde dorius medius, tum phrygius gravis et alter excelsus, totidem lydii, gravis et acutus, tum mixolydii pari diversitate, postremus hypermixolydius acutissimus.

---

1 fratrem Rhythmonii — Perimedem *Iahnius* fratre rythmoni tradit hymene uarritouis autem (em *in ras.*) et coloridis tirisiae filiae periclemenum et peridemem *C* fratre Rhythmonii tradit Hymenae Varrithonis autem et Chloridis Tiresae filiae Periclymenum et Perimedem ς   2 cecinerit tres *C*   6 rhythmica *om.* ς   decori *c* decore *C*   7 harmonia ς armonica *C*   organi carytmos *C*. *lacunam, qua definitio organicae excidit, indicavit Iahnius.* harmonia est consonantia organica *coniunxerat Nunnesius*   8 motus dicitur Latine, nominatur vero ab eo *Iahnius*. *fortasse* modus dicitur latine, rhythmus nominatus ab eo. *nam ut* metra *latine* numeros, *ita* rhythmos modos *dicere grammaticus consuevit.* versus *autem pro rhythmo dici non potuit* latinae *C*   nominatur uersus ς   9 vocalium intervallorum et differentium *Iahnius*   10 Aristoxenus] *elem. harm. I p. 18 ed. Meib., Mar. Victor. p. 43, 3*   conpositum *C*   12 *lacuna, quam indicavit Hultschius, quaedam excidisse videntur, quibus rhythmum ad tempus pertinere dictum erat. ea autem quae sequuntur ad divisionem syllabarum pertinent, cum alia brevis, alia longa, alia neutrius rationis, h. e. communis, sit*   13 diuisio breuis alia longa alia et neutrius ratio est ς   16 διάτονος *Cauchius* ΔΙΑΣΟΝΟϹ *C*

17 primis dori . frygio lydio *C* primis doriū frygiū lydiū *c* primi s̄ dorium frigium lydium *Vat.* prima (primae ς) sunt Dorium Phrygium Lydium ς *Iahnius* primi Dorius Phrygius Lydius *lacuna ante* ex quibus *indicata Hultschius*   18 gravissimus hypodorius *Hultschius* grauissimum hipodorium *C* gravissimum hypodorium ς *Iahnius, qui deinde masculinum genus neglegentiae scriptoris obliti v.* carmen *et de graeco* τόνος *sive* τρόπος *cogitantis tribuit*   20 deinde orius *C*   21 mixtolidi *C*

22 hyperamyxolydius (*medium* y *ex* i *ut videtur*) *C*

Organum quondam habuit tres intentiones, gravem mediam et acutam: inde Musae quoque tres olim existimatae, Hypate, Mese, Nete. nunc in ampliore numero soni considerantur, ut sit proslambanomenos, hypate hypaton, deinde parypate hypaton, deinde lichanos hypaton, deinde hypate meson, deinde parypate meson, deinde lichanos meson, deinde trite synemmenon, nete synemmenon, paramese, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, trite hyperbolaeon.

Animadvertisse chordae sonantis suavitatem in arcu [sororis] Apollinem tradunt et intendisse protinus citharam, tum notasse quod adstrictiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus responderent remissa, inde fecisse tres primos, de quibus supra dictum est: ‖ hanc excepisse intentionem Lycorum, quem quidam Apollinis filium tradunt et nymphae Parnasiae, *et* Chrysothemidi reliquisse: ab eo adiunctum modum qui synemmenos dicitur: hunc numerum auxisse Terpandrum adiectione diezeugmenu, qui primus a gravibus in acumen avertitur. deinde Timotheus addidit duos, paramesen et hyperbolaeon.

Initium modi dicitur diesis, dimidium semitonium, totum tonos. toni duo et dimidius diatessaron nominantur, tres et dimidius diapente, sex diapason.

Haec musicae summa sunt.

DE METRIS ID EST NVMERIS

Metra graece, latine numeri vocantur. numerus est aequalium pedum legitima ordinatio. huius pars integra pes, partes sunt pedum syllabae,

---

2 extimatae *C* hypate|.ese nete *C* hypaten mesen neten *c* nunc *c* nun *C* 3 proslambanomenus *C corr.* — nos *c* 4 paripate *C* lycanos hypaton deinde hypate deinde hypate meson (eson *c in ras.*) *C* 5 lycanos *C* trite synenmeno (*corr.* — on *c*) nete synenmenon *C* 6 paramese *c* parmese *C* diezeunmenon *priore loco c* di.ze.menon *C* paranete *c* parnete *C* diezegmenon *C* 7 hyperboleon *C*

8 quas animaduertisse cum resonantia suauitatis ς animaduertisse chordae *Lachmannus* anim aduertis secunde *C* sonantis suauitatis *Vat.* in arcusoro|ris *C* in arcus sono *Urlichsius in annalibus philologicis Eos v. II (a. 1866) p. 460.* sororis *uncis inclusit Hultschius* 9 citharam tum *Cauchius* clytarantium *C* adstrictiora fila ς *Vat.* adstrictor afilia *C* 10 gravibus sonis *coniecit Iahnius* 11 fecisse tres ς *Vat.* fecissent tres *C* excepisse int (*deleto* int) intentionem *C* 12 Lycorum *Iahnius coll. Pausan. X 6, 3,* licorem *C* Linon ς 13 paramese (ame *in ras.*) crysothemidi *C.* Paramesae et Chrysothemidi *edidit Iahnius,* Parnasiae *restituit idem apud Hultschium.* Psamathes et Chrysothemidi *coniecerat Cuperus apotheos. Hom. p. 32, vulgata olim scriptura* Linon *pro* Lycorum *inductus* ab eo *Cuperus* ab ea *C* synhenmenos *C* synenmenos *c* 14 diezeumenu *C* 16 parameseu *c* para.eseu *C* hyperboleon *C* 17 hemitonium ς toni duo ς tonidium *C* 18 diatessaron (ss *in ras.*) *C* 22 Metrum graece, latine numerus uocatur ς latinae *C* 23 huius arsis et thesis partes sunt. pedum syllabae elementa, numeri modorum elementa, spatia syllabarum ac tempora ς huius (*vel* horum) arsis et thesis partes sunt. pedum syllabae, elementa numerorum; modorum elementa spatia syllabarum ac tempora *Nun-*

elementa numerorum. || modorum elementa spatia syllabarum ac tempora. pedes conponuntur ex syllabis minimum binis, plurimum ternis; incipiunt temporibus binis, ad sena perveniunt: bisyllabi quattuor, trisyllabi octo: plures quam duodecim esse non possunt.

Pyrrichius ex duabus brevibus, | cuius exemplum Cato; iambus ex brevi et longa, cuius exemplum salus; chorius ex longa et brevi, *cuius exemplum* Roma; spondius ex duabus longis, cuius exemplum vates. duo igitur quantitate contrarii, spondius et pyrrichius, duorum alter, alter quattuor temporum; duo ordine, quorum uterque trinorum temporum, iambus et chorius. ita non plures quam quattuor pedes sunt nec esse possunt.

Trinarum syllabarum primus est dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, cuius exemplum Annibal; anapaestus contra *ex duabus brevibus et longa*, cuius exemplum Capaneus; amphibrachys ex brevi et longa et brevi, cuius exemplum avarus; brachysyllabus ex tribus brevibus, cuius exemplum Cicero; ei contrarius molossus ex tribus longis, cuius exemplum Maecenas. item tres quinum temporum, bacchius ex || duabus longis et brevi, cuius exemplum Latona; huic ordine adversus palinbacchius ex brevi et duabus longis, ut Aquinas; creticus, *qui* et amphimacrus, ex longa et brevi et longa, ut sanitas. duos habent quantitate contrarios, brachysyllabon et molosson, quorum alter trium temporum est, alter sex; ordine tres in quaternis, tres in quinis temporibus.

DE LEGITIMIS NVMERIS

Primus est et legitimus maxime numerus hexameter heroicus. huius pedes aut dactyli sunt aut spondii: raro et in extremo versu reperietur trochaeus. eius exemplum

---

nesius huius pars integra pes, partes sunt pedum syllabae, syllabae elementa; numerorum incrementa spatia syllabarum ac tempora *coniecit Lachmannus coll. Mar. Victor. p. 43, 10* pes] per *C* syllaba' *C*. *fortasse* partes sunt pedum syllabae, pedes et syllabae elementa numerorum

1 numerorum *Vat.* numerum *C* 3 ad sena *Manutius* ad se *in fine versus C* ad sex *Carrio* 6 brevi, cuius exemplum Roma, spondius *Hultschius* breui roma.|pondius *C* breui ut roma spondius *c*. *fortasse eadem manu correctum esse videbatur Urlichsio* 9 duo ordine *C* duo in ordine *c* 10 pedes dissyllabi sunt ς 13 anapestus contra cuius exemplum capaneus *C* huic contrarius anapaestus ex duabus breuibus et longa, ut pietas ς 14 amphybracys *C* amphybrachus *c* 15 cuius *post* brevi *om. C, add. c* 16 ei contrarius *Manutius* et contrarius *C* ex tribus longis ς in tribus longis *C* 17 bracchius *C* 18 ordine *Santenius in Terent. Maur. p. 89*, ordin. *C* ordini *c* 19 et duabus ς ex duabus *C* et ex duabus *c* ut *ante* Aquinas *superscriptum eadem manu ut videtur C* qui *om. C, add. Iahnius* 20 duob. habet quantitate contrarios brachisyllabo et molosso *C* duobus ab quantitate contrariis bracchi syllabo et molosso *Vat.* duobus a quantitate contrariis brachysyllabo et molosso ς duo pedes habes quantitate contrarios, brachysyllabon et molosson *Iahnius* duos habes *etc. Hultschius* 21 alter sex ς *Vat.* alter ex *C*

avia Pieridum peragro loca nullius ante.

totus iste dactylicus fuit et habuit summum trochaeum. sed mixtus ex *dactylis et* spondiis hic erit,

Italiam fato profugus Laviniaque venit,

totus ex spondiis

cives Romani tunc facti sunt Campani.

hoc genus numeri paucissimarum duodecim syllabarum, plurimarum decem et octo: tempora recipit viginti quattuor, interim viginti tria: pedibus tribus tantum conficitur: ‖ formas recipit triginta duas, quas enumerare festinantibus longum est.

Pentameter elegiacus habet exemplum

dum meus adsiduus luceat igne focus.

recipit dactylum, spondium, anapaestos duos, in fine versus aliquando brachysyllabum: fit syllabarum | paucissimarum duodecim, plurimarum quattuordecim: tertium pedem spondium semper habet, quartum et quintum *anapaestos, sed quintum* aliquando brachysyllabum.

Trimetros iambicus latine senarius dicitur, cuius exemplum

phaselus iste quem videtis hospites.

duodecim syllabarum est: recipit aliquando praeter ceteros iambos in extremo pyrrichion. trimetros tragicus

pro veste pinnis membra textis contegit

et

aquilonis stridor gelidas molitur nives.

recipit in parte prima gressionis spondium et *eius* loco dactylum et anapaestum, et pro iambo chorium et tribrachyn: fit syllabarum paucissi-

---

1 avia] *Lucret. IIII 1. I 926* peragro *corr.* peragra *C* 2 trochaeum] . . . . um *corr.* trocheum *C. fortasse* chorium 3 dactylis et *om. C* 4 Italiam] *Verg. Aen. I 2* facto *corr.* fato *C* 6 cives] *in Ennii annalium libris incertis versum posuit Columna Enn. fragm. p. 143 ed. Hessel, in quinto annalium libro v. 174 Vahlenus Enn. poes. rel. p. 28, dubitans tamen an exemplum a grammatico fictum esset ib. p. XLVII* 7 plurimarum XVII *coniecit Iahnius. 'sed videtur ipse epitomator erravisse' Hultschius: cf. Victorin. de metr. p. 210, 13 sqq.* 8 interim viginti tribus tantum conficitur *Hultschius* interim] interdum *Putschius* uiginti tria ς uiginti tres *C* 9 recipit *coniecit Iahnius*, excipit *C* trigenta *C* 12 dum meus] *Tibull. I 1, 6* meuss *corr.* meus *C* assiduo ς adsiduus *et hic et infra p. 616, 15 habet C* 13 anapestos *c* anapestus *C* 14 brachysyllabum *Manutius* brachisyllabus *C* 16 anapaestos sed quintum *om. C in fine versus*, anapaestum quintum tamen *add. Cauchius* 17 iambicos *C* 18 phaselus ς *Vat.* fatalis *C: Catull. 4, 1*

20 trimetrus *C* 21 pro veste] *ex Accii Philocteta petitum esse versum vidit Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 102: cf. Ribbeck trag. lat. fragm. p. 206 ed. sec., Acc. fragm. v. 540* contigit ς 23 aquilonis] Accius in Philocteta *schol. Veronens. in Verg. p. 99, 24 Nonius p. 346: cf. Ribbeck l. c. p. 209, Acc. fragm. v. 567*

24 et eius loco *Hultschius auctore Halmio* et loco *C* et alio loco *c*, *quamquam* alio *antiqua manu scriptum videbatur Urlichsio* dactylon et anapestum *C* 25 chorium seu tribrachyn *coniecit Santenius in Terent. Maur. p. 73, contra usum grammatici, qui*

marum XII, plurimarum XVII: recipit tempora plurima XXIIII, paucissima decem et octo. || comicus trimetros solet magis in breves minui. trimetros hipponactius pedem novissimum adsumens spondium vel chorium talis est,

calentibusque lympha fontibus semper.

eosdem pedes quos reliqui trimetri praeter novissimum recipit.

Tetrametros, qui latine quadratus vocatur, choriacus talis est,

tela, famuli, tela propere *ferte:* sequitur me Thoas.

recipit eosdem pedes, pervenit ad septem et semipedem: summum pedem patitur aut creticum aut dactylum. octonarius iambus

proin demet abs te regimen Argos, dum est potestas consili.

septenarius

haec, bellicosus cui pater, mater cluet Minerva.

constat ex pedibus isdem. ionicus septenarius

ibant malaci viere Veneriam coronam.

ionicus *a* maiore

ille ictus retro reccidit in natem supinus. ||

habet vitium in tertia syllaba. *a* minore

metuentis patruae verbera linguae.

---

chorium *dixit trochaeum, non tribrachyn. trochaeum autem pro iambo poni errori grammaticorum tribuendum est* tribrachyin *C*

1 plurimarum ς plurimū *C* recipit tempora plurima undeuiginti, paucissima tredecim ς XXIIII] quattuordecim *C: cf. Mar. Victor. p. 83, 17. definitio versus postulabat ut scriberetur* XXI 2 comicos *C* 5 reliqui ς *Vat.* reliquit *C* recipit et tetrametros *C. post* et *lacunam, qua computatio temporum versus hipponactei excidisset, indicavit Iahnius. sed eam computationem ipse grammaticus omisisse videtur* 7 tela] *Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 138 p. 255 ed. sec. ad Pacuvii Chrysen versum rettulerunt Naekius opusc. I p. 92 et Ribbeckius quaest. scen. (trag. Rom. fragm. ed. pr.) p. 284; ad eiusdem Dulorestem Welckerus griech. Trag. v. III p. 1188* tela propere ferte, sequitur *L. Muellerus Iahrb. f. Philol. a. 1868 p. 433,* tela propere sequitur *C,* tela, propere tela, sequitur *Lipsius apud Scriverium collect. vet. trag. p. 180,* tela, tela propere, sequitur *Bothius fragm. trag. lat. p. 282* 8 pe.dem *C* 10 proin demet *Lachmannus* proinde et *C: Ribbeck trag. Rom. fragm. inc. v. 29 p. 238 ed. sec.* 11 consili *Lachmannus* consulendi *C* 12 septinarius *C* 13 haec bellicosus cui pater, mater cluet Mineruа *Carrio* haec bellicosis cui mater pater cluet minerua *C* haec bellicosa, cui pater mater cluet, Minerva *Buechelerus apud Ribbeckium l. c. p. 240. septenarium iambicum ab arte tragicorum alienum esse monuerunt Kraussius mus. Rhen. v. VIII (a. 1853) p. 531 et L. Muellerus l. c.* 15 ibant] in Sota Enni *Varro de l. l. V 62: cf. Enn. poes. rel. ed. Vahlen p. 164* malaci viere *Varro l. c. et Festus p. 375,* mala cluere *C,* mala uiere ς. malacam viere *coniecit Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 29* 16 ionicus a maiore *Hultschius* ionicus maiore *C* ionicus maior es *Vat.* ionicus maior est ς 17 ille ictu' retro reccidit *Lachmannus* ictus ille retrocidit *Santenius in Terent. Maur. p. 120* retro recidit *C* retrorecedit *Vat.* retrocecidit ς 18 a minore *Hultschius* minore *C* minor ς minor est *Iahnius* 19 metuentis] *Hor. carm. III 12, 1* patriae *C*

recipiunt pedes maxime pyrrichium et spondion et solent divisis syllabis longis plurium syllabarum pedes admittere. aristophanius anapaestus

axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi.

recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes VII et semipedem. anapaestus octonarius

Ore beato lumine volitans, qui per caelum candidus equitas.

recipit eosdem pedes praeter semipedem. aristobolius

quae tam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu inpulit?

is circuitus magis quam versus est: dactylum crebrum habet, rarum spondium. paeon duodenarius |

quis meum nominans nomen *aede* exciet? quis tumultu invocans incolarum fidem?

et hic circuitus magis quam versus est. huic suberunt denarius ||

†qui repens semipulsus onere gravi fores crepitu terrent.

recipiunt pedes creticos, chorios, spondios, iambos, brachysyllabos, anapaestos.

Vndecim syllabarum phalaecius

passer deliciae meae puellae.

recipit pedes spondium, dactylum, creticum, palinbacchium.

---

1 recipiunt *coniecit Iahnius*, percipiunt *C* spondion *coniecit Iahnius*, spondios *C* divisis *Iahnius* diuisi *C* 2 plurium ς plurimum *C* 3 axena] *Pacuvii Medo versum tribuit Welckerus griech. Trag. v. III p. 1211. in fragmentis incertarum fabularum et hunc et tres versus qui sequuntur posuerunt editores fragmentorum tragicorum poetarum: cf. Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 182 p. 262. rectius L. Muellerus l. c. versus anapaesticos et paeonicos a grammatico fictos esse censuit* per freta Colchos ς fer freta cholcos *C* 6 ore *C* Hore *Bothius fragm. trag. lat. p. 282*, Phoebe *Delrio syntagm. trag. lat. p. 188*, orte *Lachmanno auctore Iahnius*, clare *Buecheletus apud Ribbeckium l. c. coll. Cic. Arat. 180* 7 Archebulius *coniecit Nicolaus Loensis epiphyll. V 8, recte, ut videtur, quamquam octonarium anapaesticum alii non dixerunt archebulium, sed de variis versibus anapaesticis eo nomine usi sunt grammatici* 8 quae tam terribilis tua pectora turbat? terrificum sonitum intulit *Bothius fragm. trag. lat. p. 285*, quaedam terribilis tua pectora turbans terrifico sonitu inpulit *Iahnius*, quae tam terribili tua pectora turba et terrifico sonitu inpulit *coniecit Hultschius: cf. Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 96 p. 248* quae tam] quaedam *C* inpulit] intulit ς *Vat.* 9 is] his *C* 10 pēān (*ut videtur*) *corr.* pēōn *C* duodenarios *C. duodenarium dixit grammaticus versum creticum octonarium duodecim pedibus disyllabis, trochaeo spondeo iambo, divisum* 11 quis] *Ribbeck trag. Rom. fragm. incert. v. 97 p. 249. 'videtur ex quodam choro ex Nyctegresia' Scaliger coniect. in Varr. de l. l. p. 84* nomen exciet, Quanuis tumultu inuocans *Scaliger l. c.* aede *om. C, add. Lachmannus* tu|multum *C* 13 huic suberit denarius ς *recte, ut videtur. nam exemplum versus paeonici quod sequitur ad decem pedes disyllabos et trisyllabos redegerat grammaticus. sed id quale fuerit, non constat.* quí repens sémisomnum, ónere pulsáns gravi Hás fores, strépitu terret? *vel* quí repens sic nias ónere pulsát gravi Mi fores? strépitu quis térret? *coniecit Ribbeckius l. c. ad Pacuvii Niptra et hunc versum et duos qui praecedunt rettulit idem quaest. scen. p. 287* 14 crepitu] strepitu ς 17 falecius *C* faleucius *c* 18 passer] *Catull. 2, 1*

Angelicus numerus *una* syllaba coartat hexametron, ut

Hectoris Andromachen Pyrrin conubia servas? *

Anacreontius

miseri invidi [vivimus] scientes.

recipit pyrrichium, chorium, spondium, brachysyllabum, anapaestum. primus est semper pyrrichius.

Numerus saturnius

magnum numerum triumphat hostibus devictis.

sunt qui hunc aristobolion vocant. recipit pedes spondium, iambum, pyrrichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapaestum.

Priapeum

hunc lucum tibi dedico consecroque Priape. ||

tertium pedem pro dactylo creticum habet; alioqui hexametros esset.

DE NVMERIS SIMPLICIBVS

Pyrrichius

rapite, agite, ruite celeripedes.

contrarius est huic et duodecasyllabos spondiazon,

olli crateris ex auratis hauserunt.

dactylus

pulverulenta putrem sonitu quatit ungula campum. |

amphibrachys non facit numerum. anapaestus

1 aggelicus numeratus syllabam coartat (t *ultima in ras.*) exametro *C* angelicus numeros et syllabam coarctat hexametro ς angelicus numerus syllabam coarctat hexametro *Naekius Choeril. p. 262.* angelicus minuatur syllaba, coartatur hexametros *vel* in hexametron *coniecit Hultschius* 2 Hectoris] *Verg. Aen. III 319* Andromache ς conu[bia serua]s (*litterae inclusae plane evanuerunt*) *C* conubia seruas *Vat.* conubia fers *Lachmannus. immo integro hexametro adscripto haec fere subiecisse videtur grammaticus*, detracta ultima syllaba fit angelicus, Hectoris Andromachen Pyrrin conubia fers 4 vivimus *delendum esse indicavit Iahnius. fortasse* miseri invidi inscientes 5 pyrri[chium chorium] spondium (*litterae inclusae plane evanuerunt*) *C* pyrrichium chorium spondium *Vat.* chorios *coniecit Iahnius.* brachysyllabum *et* anapaestum *ad hanc definitionem non pertinere, sed ad galliambum, adnotavit idem. in galliambo utriusque pedis mentionem fecit Caesius Bassus p. 262* 8 deuictis ς *Vat.* deuicti *C* 9 aristobolion *Hultschius* aristodolion *C*, aristolochion *ante Carrionem*, archebolion *Carrio*, archilocheon *Nicolaus Loensis epiphyll. V 8*, archilochium *Bentleius opusc. philol. p. 273. de nomine versus archebulei sic ut supra p. 614, 7 erravit grammaticus* pedem *C. eosdem pedes in saturnio versu posuit Marius Victorinus p. 140, 1* 11 Priapeius ς 12 hunc] *Catull. (18, 1) fragm. 2* locum *C* 13 alioqui *C* alioquin c 16 rapite] *cf. Atil. Fortun. p. 286, 11. in fragmentis tragicorum poetarum fab. incert. v. 218 versum posuit Ribbeckius p. 268 ed. sec. collatis Pacuvii versibus apud Marium Victorinum p. 77, 12* 17 spondiazon olli *Iahnius* poudiagon| . . . olli *C* (agon *in initio versus repetitum fuisse videbatur Urlichsio*), spondiacon olli *Vat.* spondaicus olli ς 18 olli] *Enn. annal. v. 604 ed. Vahl.* crateris *Cauchius et Nunnesius* craterib; (aterib; *in ras.*) *C* 20 pulverulenta] *Verg. Aen. VIII 596* quadrupedante putrem *etc.* 'campum *fortasse delendum vel scribendum* humum' *Iahnius* 21 amphibrachis *C corr.* — is *c*

agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans.

creticus

horridi transeunt ad pedes ex equis.

palinbacchius

amicos ad hanc rem † si voles advoca.

bacchius non facit numerum. molossus idem est qui spondiazon.

Nunc quem ad modum a principali heroico plures numeri transfigurantur ostendam. ac primus trimetrus sit heroicus spondiazon,

cives Romani tunc facti sunt Campani: |

syllabam unam, quae est ante extremam, ex longa contraho, ut sit

cives Romani tunc facti sunt Apuli,

et esse coepit trimetros. * elegiacum transibit,

bella per Emathios.

rursus a pentametro ut conponam heroicum, sumo partem posteriorem,

dum meus adsiduus luceat igne focus,

et conpono,

luceat igne focus Troiae qui primus ab oris.

phalaecium numerum, qui est

altis flumina vallibus tumescunt,

insertis verbis facio heroicum,

altis flumina prodita vallibus inde tumescunt.

ionicus est

metuentis patruae verbera linguae:

adiciam trinis verbis singulas syllabas,

nunc metuentis nunc patruae nunc verbera linguae.

retro

Italiam fato profugus Laviniaque venit,

cui est simile

---

1 agilis — 5 amicos] *in fragmentis tragicorum poetarum fab. incert. v. 237 sqq. posuit Ribbeckius p. 271 ed. sec.* 3 ex equis ς et equis *C* 4 palinbachius *c* palinbrachius *C* 5 ad hanc rem, ut soles, advocato *coniecit Iahnius,* ad hanc rem volens advocabo *L. Muellerus Iahrb. f. Philol. a. 1868 p. 432,* ad hanc, si voles, advoca rem *Buechelerus apud Ribbeckium l. c.* 7 transfigurantur ς *Vat.* transfigurant *C* 8 sit] fit ς *Vat.* 9 cives] *cf. supra p. 612, 6* 11 apulii *C* appuli ς 12 trimetros *Iahnius* trimetron *C* in elegiacum transibit, bella per Emathios bella per Emathios *Nunnesius. lacunam indicavit Iahnius. Lucani versu Pharsal. I 1 in eadem re usus est Marius Victorinus p. 108, 8. similiter hic grammaticus elegiacum pentametrum ex hexametro fecisse videtur ita,* cives Romani bella per Emathios 14 a pentametro *Iahnius* ad pentametros *C* heroicos *C* 15 dum meus] *Tibull. I 1, 6* assiduo ς: *cf. p. 612, 12* 17 troiae (oi *in ras.*) *C* 19 altissima flumina *priore loco C* 23 metuentis] *Hor. carm. III 12, 2* 24 *post* adiciam *desinit codex Coloniensis fol. 262 extr. pro hoc in reliqua parte scriptura codicis Vaticani adnotata est* trinis verbis singulas syllabas *Iahnius* trinas uerbis singulis syllabas *Vat.* 25 metuentes *Vat.* 27 Italiam] *Verg. Aen. I 2* lauinaque *Vat.* lauiniaque *supra p. 612, 4 habet C*

patriam tum profugus †Lavinaque coepit. ‖

aristophanius fit *ex* heroico:

arma virumque cano Troiae qui primus ab oris,
nunc arma virumque cano Troiae *nunc* qui nunc primus ab oris.

angelicum syllaba breviata heroicum esse monstravi; item priapeum, si syllabam surripias, fieri heroicum.

---

1 vinaque coepit *coniecit Iahnius*, regnaque cepit *Christius apud Hultschium* 2 ex *om. Vat.* 4 Troiae nunc qui nunc primus ab oris *coniecit Iahnius*, troiae qui primus ab oris nunc *Vat.*, nunc Troiae qui primus ab oris nunc *Halmio auctore Hultschius* 5 numerum angelicum ς acgelicum syllaba *in ras. Vat. cf. p. 615, 1* itam *corr.* item *Vat.* 6 surripias] corripias *Santenius in Terent. Maur. p. 369, 'rectius priapeum et angelicum commutabimus' Iahnius*

II

Ex codice Vindobonensi 16, olim Bobiensi, octavo vel nono saeculo scripto in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 516 sqq. editum est fragmentum de versibus iambicis, trochaicis, dactylicis, anapaesticis. deinde ipse idem fragmentum magis emendatum, quam in Vindobonensi editione ferebatur, edidi in scriptione academica, ind. schol. in universitate Halensi per hiemem a. 1873 et 1874 habend., quam editionem hoc loco repetivi. in codice Bobiensi autem hoc fragmentum post brevem tractatum de accentibus, qui editus est anal. gramm. Vind. p. 142, scriptum est ita, f. 49 et 50 *De uersibus incipit. Metrum — spondiu cantur. Incipit praefatio Prisciani de laude Anastasii imperatoris:* sequitur in eadem pagina carmen Prisciani de laude Anastasii: cf. catalog. cod. philolog. latin. bibl. Palat. Vindobon. p. 219. adscripsi haec, ut intellegeretur ea quae ab initio et in fine fragmenti desunt non defectu Bobiensis codicis periisse, sed a librario scripta non esse. apparet enim haec quae de quattuor metris relicta sunt ex ampliore commentario de metris principalibus excerpta esse. et cum verba grammatici in codice pluribus locis vehementer corrupta sint, non constat, quid ipse grammaticus, qui haec excerpta composuit, omiserit vel perturbaverit, quid neglegentiae librarii, qui illa descripsit, tribuendum sit. sed ex his vitiis non nulla collatis quibusdam locis Marii Victorini et Atilii Fortunatiani, qui cum Bobiensi fragmento consentiunt, facile corrigi poterant et a Vindobonensi editore recte correcta erant; ex reliquis vero quaedam ita depravata sunt, ut certo emendari omnino nequeant.

Maximam partem eorum quae in hoc fragmento scripta sunt cur ex Iubae libris descripta esse putem, in scriptione supra indicata exposui, postquam breviter de ea re dixerat Wentzelius symb. crit. ad hist. script.

rei metr. lat. p. 25. gravissima autem eius rei argumenta sunt haec. primum in exemplis metrorum a grammatico adscriptis duo versus leguntur, quibus Iubam usum esse certis testimoniis constat, alter de trochaico tetrametro catalectico positus, *qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat*, alter de dactylico penthemimerico cum proceleusmatico iuncto, *siqua flagella iugas, ita iuga*. priorem enim versum Mallius Theodorus, quem multa non adscripto nomine ex Iubae libris petivisse supra p. 583 dixi, nominato auctore posuit p. 595, 13. posterior autem versus, quem ex Faliscis carminibus ita scriptum exhibuit Terentianus Maurus v. 2001, *quando flagella iugas, ita iuga*, cum hoc loco paulum mutatus sit, eandem mutationem in principio versus adhibuit Iuba apud Priscianum de metris Terent. p. 420, 24 sqq., ubi post illius disputationem de iambico trimetro leguntur haec, *idem in octavo 'qui ergo confuderunt et multiformiter coniugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt*, *et est haec quoque vitiosa confusio, ut Siqua flagella iugabis, ante putare decet, Ne resoluta et vidua ulmis et ornis Agri discidium dare Nysia rura queant'*. iam vero exemplum tetrametri trochaici catalectici, quod Iubae tribuit Mallius Theodorus, etiam apud Marium Victorinum p. 85, 11 legitur et praeter hoc aliud exemplum eiusdem tetrametri trochaici, *tale quale vere primo sibilat teres donax* p. 85, 1 et exemplum tetrametri trochaici brachycatalecti *arma qui capit subinde Martiumque tergum* p. 84, 24, quae in iisdem versibus Bobiensis grammaticus usurpavit. illud autem, quod de tetrametro trochaico hypercatalecto posuit, quamvis in codice corruptum sit, tamen simile fuit ei quod apud Marium Victorinum legitur p. 62, 19 et 103, 9, *tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido*. unde sequitur non solum hos versus, quos ex eodem fonte duo grammatici receperunt, sed etiam reliquos, qui in fragmento Bobiensi pro exemplis trochaici tetrametri positi sunt, siquidem una omnium origo est, Iubae tribuendos esse. et quoniam in eo versu describendo Marius Victorinus ita cum hoc grammatico consentit, ut quaedam plane iisdem verbis scripta sint, hic quoque consensus haud dubie ex eodem fonte repetendus est. deinde quod de trimetro trochaico scriptum est p. 621, 14 *quod acephalum iambicum appellatur*, etiamsi proprium Iubae non fuit, sed commune plurimorum praeceptum, tamen illo auctore refertur in fragmento Parisino de metro iambico p. 631, 1, *plerumque etiam aut acephalos faciunt eosdem iambos aut hypercatalectos, quae res metrum hoc, id est iambicum, in trochaicum convertat necesse est.* denique de omni trochaici metri expositione ea quae apud Atilium Fortunatianum p. 287, 16 sqq. leguntur, quamvis illa multo brevius comprehensa et in compendium redacta sint, tamen et ratione disputandi et adscriptis versuum exemplis ita cum Bobiensi grammatico consentiunt, ut eodem auctore utrumque usum esse appareat. in dactylico autem metro, ubi grammaticus Bobiensis versum

a Terentiano petitum et a Iuba mutatum posuit, huic addita est eadem pedis proceleusmatici definitio p. 624, 1, quam de metro proceleusmatico posuit Marius Victorinus p. 98, 17, *quod constat ex duobus pyrrichiis, id est quattuor brevibus.* deinde metri elegiaci expositio cum disputatione Atilii Fortunatiani de eodem metro p. 291, 6 sqq. fere consentit. de differentia autem metri dactylici et heroici quae praecipiuntur p. 623, 2, accuratius ab Atilio Fortunatiano p. 283, 27 et a Mario Victorino p. 70, 20 sqq. exposita sunt. quare ea omnia, quae de trochaico et de dactylico metro ex eodem fonte petita leguntur apud Bobiensem grammaticum et apud Marium Victorinum et Atilium Fortunatianum, ad Iubam auctorem satis probabiliter referuntur.

Non minus certum est hanc versuum unius cuiusque metri enumerationem, quae a monometro ad longissimos cuiusque generis versus producitur, ab eodem auctore profectam esse. nam de iambico quidem metro fragmentum Parisinum p. 630, 2 adposito grammatici nomine hanc rationem testatur, et octametrum Boiscium ab eo propter hanc rem in exemplo positum Rufinus p. 564, 1 et Marius Victorinus p. 87, 25 servaverunt. sed de dactylico quoque metro et de choriambico idem constat Marii Victorini testimoniis p. 74, 29 et 87, 25: nam certum esse puto a Iuba haec eum recepisse. et in quattuor metris, in quibus maxime illius auctoritatem Victorinus secutus esse videtur, antispastico, duobus ionicis, paeonico, eadem ratio apud eum deprehenditur. praeterea Iubam cum graecis exemplis ab Heliodoro receptis latina composuisse scimus; quae ratio et in tribus fragmentis apud Rufinum p. 561. 563. 564 conspicitur et eo auctore apud Atilium Fortunatianum relicta est saepius. graeca autem exempla, etiamsi nunc in Bobiensi fragmento non leguntur, tamen a grammatico olim scripta, sed a librario omissa esse certis indiciis apparet p. 621, 6 *ut est apud Euripidem*, p. 622, 12; 14 *ut est apud Cratinum*, p. 622, 26 *Alcmanos.* postremo in genere dicendi et in vocabulis artis apud grammaticum Bobiensem pauca inveniuntur, quae ex Iubae disciplina certis argumentis repeti possint. sed ut minus certa vel minus gravia omittam, ad illum referre non dubito haec quae de pedibus versuum praecepta sunt, solutiones pedum admitti vel pedes ex solutione fieri p. 621, 9. 622, 4; 15. 624, 24, certis versuum locis pedes brevi finitos, aliis locis pedes indifferenter poni p. 621, 4. 624, 5; 23. nam hoc dicendi genere Iuba usus est apud Rufinum p. 562, 12 de iambico metro, *quinque suscipit pedes, id est iambum tribrachyn anapaestum dactylum et spondeum, hoc est iambum et spondeum et solutiones eorum, scilicet ex iambi solutione tribrachyn, — spondei autem solutiones duas, dactylum et anapaestum. — unde intellegi datur iambica metra de iambo et spondeo fieri et de eorum solutionibus;* ib. p. 563, 1 de choliambi pede sexto *a longa syllaba incipit;* apud Priscianum de metr. Terent. p. 420, 7 *ideo in secundo et quarto et sexto loco non recipit nisi a brevi incipientes;* ib. p. 421, 2

omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt; in fragmento Parisino p. 630, 5 *omnes quos diximus indifferenter suscipit pedes,* — 16 *nec non solutiones ita crebras ponunt, ut plerumque decem breves et amplius sequentes deprehendas.*

Ex eodem codice, ex quo fragmentum de quattuor generibus versuum editum est, desumpta sunt tria fragmenta, de finalibus syllabis, de structuris, de metro phalaecio asclepiadeo glyconeo pherecrateo alcaico sapphico, quae in analectis grammaticis Vindobonensibus edita sunt p. 503, 506, 515. in codice haec eo ordine quem dixi post brevem tractatum de differentiis scripta sunt f. 69 et 70. fragmenti de structuris pars prima etiam in codice Parisino 7530 f. 35 legitur: cf. gramm. lat. v. IV praef. p. XLI. hoc quoque Vindobonenses editores usi sunt. ego in his, sicut in fragmento de versibus, scripturam Bobiensis libri ex Vindobonensi editione repetivi, omissis tamen levioribus quibusdam discrepantiis, quae potius ad rationem pronuntiandi vel scribendi quam ad diversitatem lectionis pertinent.

DE VERSIBVS

DE IAMBICO

p. 516 ed. Vind.

Tetrametrum catalecticum, ut est apud Aristophanen, quod † parhoetiacum dicitur ab eo, quod trans † scabiam chori id genus carminis canere soleant, ut

videtis infantem Iovis Tirynthium tenellum.

Pentametrum hypercatalectum, quod chaeremonion appellatur a Chaeremone tragico,

caeli serena qui regat et aureos currus calentibus quadrigis.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
v editio Vindobonensis

1 DE VERSIBVS INCIPIT Metrum catalecticum *B. de tetrametro iambico catalectico, quod aristophanium vel comicum vel hipponactium metrici dixerunt, dici vidit H. Wentzelius in scriptione gratulatoria gymnasii Oppoliensis a. 1854 edita p. 7. in reliquis corruptam codicis scripturam, cuius certa emendatio parata non erat, retinui.* parodicum dicitur ab eo, quod trans scenae viam chori id genus carminis canere soleant *coniecit Wentzelius l. c., ut* parodicus *diceretur versus propter frequentem in parodis chori usum, coll. Aristoph. vesp. 230 et schol. in Aristoph. vesp. 270* 4 scabiem *corr.* scabiam *B.* caveam *scribere voluisse videtur librarius* chorii *B* 6 uidi infantem iouis tityntlium sigillum *B, correxit Wentzelius l. c.* 7 ipercatalecticum *B* ceremonion (h *suprascr.*) *B* 8 tralico *corr.* tragico *B* 9 regit *corr.* regat *B* regunt *v. retinui codicis scripturam, quae ita defendi potest, ut pentametro in dimetrum acatalectum et trimetrum hypercatalectum diviso in fine prioris partis brevem syllabam pro longa admiserit grammaticus. de Sole dictum esse versum docet exemplum trimetri trochaici catalectici. cf. schol. Hephaest. p. 150, 23 ed. Westph.* ὑπερκατάληκτον δὲ (πεντάμετρον ἰαμβικόν) οὐκ ἔστιν, ὅπου καὶ αὐτὸ τὸ ἀκατάληκτον σπανιώτατόν ἐστι. calentibus *v* galentibus *B*

DE TROCHAICO

Trochaicum metrum e quinque pedibus constat, trochaeo, spondio, tribrachy, anapaesto, dactylo. ex his in inparibus locis non nisi *hi qui* brevi finiuntur, in paribus universi indifferenter ponuntur.

Monometrum hypercatalectum, quod penthemimeres sive pancration appellatur, ut est apud Euripiden,

ter peribimus.

Dimetrum brachycatalectum, quod ithyphallicum appellatur. accipit autem tres trochaeos et non numquam solutione trochaei tribrachyn, ut est

fontium sorores.

solutio autem fit, quotiens pro una longa syllaba duae breves ponuntur. |

Dimetrum catalecticum, quod lecythion et euripidion vocatur, ut

Martium canunt tubae.

Trimetrum catalecticum, quod acephalum *iambicum* appellatur archilochium,

Sol superna qui regis parens deus.

acephalum autem iambicum nominatur, quia, si praeponas unam syllabam, fit iambicum trimetrum acatalectum, ut est

o Sol superna qui regis parens deus.

---

1 DE TROCHAICO *Atil. Fort. 287, 16*

---

3 non nisi hi qui brevibus *Atilius Fortunatianus p. 287, 20,* non nisi in breui *B* 5 panchration *B: cf. Serv. de cent. metr. p. 459, 9* 6 eurypiden *B. Euripidis versum, sicut reliqua graecorum poetarum exempla, quae olim adscripta erant, grammaticus omisit* 7 ter fer uidimus *B. 'pro* fer, *quod in ipso cod. tribus punctis superimpositis improbatur, legendum fortassis iterum* ter' *editor Vindobonensis* 9 solutionem *corr.* solutione *B* 12 Dimetrum *v* Metrum *B* catalectum *B* lecythion et euripidion *v* lecton et eurypidion *B* 13 Martium *v* cartium *'tribus punctis superpositis improbatum' B* canunt *Atilius Fortunatianus p. 287, 26,* canit *B* 14 catalectum *B* iambicum *om. B, add. v coll. Hephaest. p. 20, 12 ed. Westph.* τρίμετρον δὲ καταληκτικόν, οἷόν ἐστι τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου, ὅ τινες ἀκέφαλον ἰαμβικὸν καλοῦσι 16 Sol superna qui regis parens deus *Atilius Fortunatianus p. 287, 28* sole uperno (*corr.* sol superne) qui negas pares deos *B* 17 acefalium *B* 18 catalecticum *B* 19 o sol superne qui recte pares deos. Tetrametrum brachicatalectum quod si de solo trochaeo constet fit commune ut monicormaiore arma qui capis subinde martiumque eratistitit et solutione pedum tetrametrum catalecticum quod archium et epicharitium aequatum eo quod IIII metris constet dicitur cuius inuentor a quibusdam homerus dicitur (*corr.* traditur) tale quale (*corr.* quare) uere primo sibilat eeres donax quae scabri latus trage ualicia litoris uado Tragicum quod plures spondios habeat o parens antiqua nostrae gentis arginum decus decus cumomicum quod praecipue damylos ela anapestos admittat ut est apud cratinum super aquosis fontibus ipsasc per omnia enim loca scaticum inertum trochaeus derat ales tecycis satyricum quod complures habeat solutiones et tribrachin pedū est eo apud cratinum qualis aquila ita celeribus rapida pennis (*corr.* pinnis) transuolant *B. scripturam Marii Victorini p. 84, 21 sqq. expressit editor Vindobonensis*

Tetrametrum brachycatalectum, quod, si de solis trochaeis constet, fit commune metro ionico a maiore, ut

arma qui capit subinde Martiumque tergum.

per omnia enim loca sotadicum metrum trochaeum admittit et solutiones eius.

Tetrametrum catalecticum, quod archilochium et epicharmium et quadratum, eo quod quattuor metris constet, dicitur, cuius inventor a quibusdam Homerus traditur,

tale quale vere primo sibilat teres donax
*quae scabri latus trage uallcta litoris uado:

tragicum, quod plures spondios habeat,

o parens antiqua nostrae gentis, Argivum decus:

comicum, quod praecipue dactylos et anapaestos admittat, ut est apud Cratinum,

super aquosis fontibus ipsa sederat ales Ceycis:

satyricum, quod complures habeat solutiones | et tribrachyn pedem *frequenter admittat*, ut est item apud Cratinum,

qualis aquila cita celeribus rapida pinnis transvolat.

est praeterea et claudum tetrametrum trochaicum catalecticum, quod hipponactium nominatur: accipit enim pro trochaeo spondium ante novissimam syllabam loco impari,

o parens, o prisca nostrae gentis ara Romanae.

dividitur autem tetrametrum trochaicum catalecticum *in dimetrum acatalectum* et dimetrum catalecticum, ut est

ictibus secare membra,
corpus omne rumpere.

Tetrametrum hypercatalectum † aicmanos,

saevus aliger Cupido nos calore sirio gerit.

---

1 Tetrametrum brachycatalectum — 17 transvolat *Mar. Victor. 84, 21*

---

4 per omnia enim loca sotadicum metrum trochaeum, *quae in B alieno loco scripta sunt, huc revocavi.* trochaeum admittit et solutiones eius *recepi a Mario Victorino, quamquam scribi poterat* trochaeis subsistit et solutione eorum 6 quadratum *coniecit editor Vindobonensis coll. Atil. Fortun. p. 288, 4* 9 *lacuna, quam indicavi, excidit enumeratio quattuor generum tetrametri, archilochii tragici comici satyrici, cum definitione archilochii, quod ex omnibus trochaeis constat. nam eius generis exemplum continetur iis quae deinde corrupte in codice scripta sunt. trochaicus autem versus, qualis desideratur, ita fere restitui poterat,* quae rapit ligustra grata lecta litoris vado
11 o parens] *in fragmentis tragicorum incertis posuit Ribbeckius trag. Rom. fragm. p. 248 ed. sec.* 17 qualis] ut est illud apud Iubam, qualis aquila cita celeribus avida pinnis transvolat *Mallius Theodorus p. 595, 13* 19 ipponactiuum *B* 21 parens] pacens *B* ara] *fortasse* alma 22 diuit' autem tetrametrum trochaicum catalecticum et dimetrum catalectum ut est *B* 26 aicmanos alites cupidines calore cirio gerunt *B* alites cupidines calore Sirio gerunt *v.* ut est illud Alcmanis *adposito versu Alcmanis scripsisse videtur Iuba, cuius excerpta grammaticus posuit.* aliger Cupido *recepi ex versu, qui est apud Marium Victorinum p. 62, 19 et 103, 9* tunc et amoris amor venit improbus aliger Cupido

DE DACTYLICO

Dactylicum metrum cónstat dactylo et spondio. sed quod dactylo solo constat, dactylicum nominatur; quod dactylo et spondio, quamvis et ipsum dactylicum sit et constet frequenter dactylis solis et in fine trochaeo sive spondio, tamen heroum dicitur et recipit hos duos pedes. quod heroum appellatum est, quod isto carmine heroas potissimum vetustissimi auctores cecinisse traduntur.

Dimetrum acatalectum, quod hymenaicum appellatur.

Octametrum catalecticum, quo usus est Stesichorus in Sicilia,

audiat haec nostri mela carminis et tunc per tua rura volabit. |

Hexametrum heroum,

conticuere omnes intentique ora tenebant.

huius species sunt iunctis per vices spondio et dactylo [compositis] XXXII. sunt praeterea heroi versus, quibus et Homerus et Theocritus facile usi sunt, qui bucolici dicuntur, quorum caesura non penthemimeres nec hephthemimeres, id est in secundo et dimidio vel tertio et dimidio pede, sed in quarto, et finita quidem parte orationis, non, ut in illis, syllaba sequenti parti caesurae ex priore iuncta. huius exemplum est

dic age, dic mihi, † bove Liburnica qui colis arva.

Dactylicum hexametrum, quod alcaicum nominatur et est variati generis in initiis: spondio,

inferretque deos Latio genus unde Latinum,

trochaeo,

Nisus Aeolia chlamyda capit integit alte,

iambo,

ama populeas medium super aethera frondes,

pyrrichio,

quasi me celeres fugiunt prope litora cervi.

Est et hoc carmen dactylicum, quod ex dactylico penthemimeri et proceleumatico pede compositum est,

siqua flagella iugas, ita iuga.

---

2 sed] et *B* 8 hymenaicum *v* hymenicum *B*: *cf. Serv. de cent. metr. p. 460, 16* 9 octametrum] *cf. Mar. Victor. p. 74, 29* tesichorus *B* 10 tu[no] peruida rura *B* tunc pervia rura *v* 12 conticuere] *Verg. Aen. II 1* 13 *fortasse* huius species sunt mutuas (*vel* alternas) per vices spondio et dactylo compositis XXXII: *cf. Mar. Victor. p. 72, 17* 17 illis] aliis *B* 18 iuncta] reuicta *B* 20 alcaicum] aeolicum *v* 21 'generis *in cod. lineola subducitur' editor Vindobonensis. fortasse* variatis initiis spondion *B* 22 inferretque] *Verg. Aen. I 6* 24 chlamyde *B* alte] alta *B* 29 ex dactylo pentemimeri *B* 31 siqua flagei iugasit iuga *B*, quando flagella iugas, ita iuga *Terentianus v. 2001*, siqua flagella iugabis, ante putare decet *Iuba apud Priscianum de metr. Terent. p. 421, 5. Septimio Sereno versum tribuunt Marius Victorinus p. 122, 15*, ut est illud apud Septimium Serenum, Quando flagella

proceleumaticus autem pes est, qui a duobus pyrrichiis, *id est* quattuor brevibus, constat.

Elegeum autem est, quod alternatim habeat heroum et pentametrum versum. elegeum metrum constat dactylo *et* spondio, ita tamen, ut prima pars [in sequenti versu caesurae] indifferenter utrumque pedem recipiat, altera vero non nisi dactylum. porro autem utraque constare debebit duobus pedibus et dimidio, id est syllaba, unde et penthemimeres a quibusdam nominatur, quandoquidem sit penthemimeres pars caesi versus, quae duos pedes et dimidium habeat, quasi *τῶν πέντε ἥμισυ*, ut est 'conticuere omnes'. quidam tamen volunt elegeum hoc modo dividi, ut post duos illos pedes indifferenter positos habeat spondium, adiuncta scilicet syllaba, quae de prima parte remanserat, | ad posteriorum pedum initialem syllabam, et praeterea anapaestos duos. est ergo exemplum huiusce versus tale,

invida formosas oderat illa boves,

qui versus heroo subiungitur sic,

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
invida formosas oderat illa boves.

elegeum autem dici traditum est, quod eo carmine nostri maiores defunctos suos lamentasse dicuntur, unde et elegeum nominatum est, velut ab elegis. huic et Archilochus auctor est.

DE ANAPAESTICO

Anapaesticum metrum constat anapaesto et spondio indifferenter et solutione anapaesti, proceleumatico pede et dactylo.

Monometrum acatalectum,
lux alma deum.
Dimetrum brachycatalectum,
super ardua fertur equis.

---

3 Elegeum *Atil. Fortun. 291, 7*

---

ligas, ita liga, Vitis et ulmus uti simul eant, *et Servius in Verg. Aen. IIII 291* sane quando, do brevis est naturaliter: sic Serenus, Quando flagella ligas, ita liga. *sed ii quoque Iubam, qui versum a Terentiano acceptum vario modo mutabat, secuti esse videntur*

1 id est *om. B: cf. Mar. Victor. p. 98, 17* 3 aelegeum *priore loco B* 4 metrum] iterum *B* et *om. B* 5 in sequenti versu caesurae *ex margine illata esse videntur, quamquam scribi poterat* insequente versus caesura. *nam* elegeum metrum *de solo pentametro nunc dicit grammaticus* 6 constare] constabit *corr.* constare *B* 8 quae] qui *B* 9 *τῶν πέντε ἥμισυ v* tou pente hemys *B* 10 aelegeum *B* 14 huiusque uetustate inuida formonsas *B* 17 passife *B: Ovid. art. am. I 295* 18 formonsas *B* 19 aelegaeum *B* 20 aelegeum *B* ab aelegis *B* 22 DE ANAPAESTICO *om. B* 23 indifferenti *B* 28 super ardua fertur equis *Marius Victorinus p. 76, 15,* super ardua fecit sequit *B*

p. 520 V.

Ab hoc metri genere distat versus, qui prosodiacus nominatur et est varius, quod in principio non anapaestum, sed iambum pedem aut spondium accipiat et duobus sequentibus anapaestis terminetur, ut est iambo

quis inter aves melicas,

spondio

cantu *

DE FINALIBVS SYLLABIS

p. 503. 504 ed. Vind.

Omnis nominativus cuiuslibet generis latinus syllabas extremas in numero singulari breves habet, exceptis as es os, ut aetas facies custos nepos, et exceptis duabus consonantibus, ut sons, et una duplici x, ut fax, et aliis *monosyllabis,* ut lar et lac, et exceptis his quae us terminantur, ut tellus iuventus senectus palus virtus tus mus servitus et similibus, quae in genetivo singulari crescunt paenultimis manentibus longis. genetivus, si in vocales exit, longus est, ut huius regni, huius Musae; si in consonantes, brevis, ut huius fortis. nam in quarta declinatione semper producitur, ut huius fluctus. dativus longus est, ut docto Musae agili. accusativus brevis est, ut Musam doctum hostem flumen decus. vocativus brevis in omni consonante finitus; in vocali longus sola i, ut o Virgili, in graecis correptus, ut ŏ Tibri. ablativus et septimus in omnibus vocalibus longus, ut ab hac Musa, ab hoc docto, ab hoc agili, ab hoc versu: e media est, tunc longa, quando vocalis sola in fine est, ut ab hac facie, tum brevis, quando cum consonante est, ut ab hac muliere, exceptis tribus nominibus, quae producuntur, fame re spe. pluralis nominativus tam in vocalibus quam in consonantibus excepto neutro genere longus est, ut docti doctae fortes. genetivus eiusdem numeri semper brevis est, ut doctorum doctarum felicium fructuum. dativus et ablativus, si is terminantur, longi sunt; si bus, breves. accusativus et vocativus eiusdem numeri regulam nominativi sui sequuntur. |

Pronominum ratio eadem fere est, quamvis articularia quae in c desinunt longa sunt, ut hic haec hoc. et in secunda persona nominativus et vocativus longi sunt, ut tu, et in illis, quae nominativo * nam has, hos

---

1 prosodiacus *v* prosodatus *B* et est varius] emanum *B: cf. supra p. 623, 20* 3 terminetur *v* terminatur *B* 5 spondiu *B: post h. v. cod. habet* cantur. *desideratur exemplum: graecum habes apud Hephaestionem p. 85 Gaisf. αὐτὰ δέ σὺ Καλλιόπα' editor Vindobonensis.* spondia cantus *legitur in catalogo cod. Vindob. p. 219*

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis

7 DE FINALIBVS SYLLABIS *om. B,* Incertus de syllabarum quantitate *v* 10 duplici] duplii *B* 11 monosyllabis *om. B* 19 correptus] corr̄ *B* 31 *lacunas post* nominativo *et post* noxam *indicavit editor Vindobonensis. reliqua, quae excerpendi studio mutilata vel perturbato verborum ordine corrupta sunt, sic ut in codice scripta sunt dedi*

et his semper longae sunt. ipsius, unius et totius et producuntur et corripiuntur, ut 'ipsius Anchisae' et 'di capiti ipsius', 'unius ob iram' et 'unius ob noxam' * carent accusativum et vocativum longum habent, te me se; et illorum pronominum dativi contra rationem breves inveniuntur, quos poetae medios habent, mihi tibi sibi.

Cuiuslibet verbi prima persona ultimam syllabam brevem habet, ut lego legor, curro, luctor, tueor, exceptis monosyllabis, sto do flo no. tamen omnia verba apud Vergilium producuntur praeter scio et nescio, ut 'nunc scio quid sit amor' et 'nescio quis teneros o. m. f. a.' in secunda persona coniugationem sequimur. si primae coniugationis vel secundae aut quartae fuerit verbum, secunda persona longam ultimam habet, ut amas doces munis; in tertia brevis est. nam et es et potes aeque breves sunt, ut 'quisquis es armatus' et 'tu potes Aenean m. s. G.' tertia persona in omni coniugatione brevis est semper. secunda ergo persona indicativi modi imperativum simul producit in prima, secunda, quarta, in tertia corripit, ut amas ama, doces doce, munis muni, legis lege. sunt verba quae primas personas in praesenti longas habent, in praeterito perfecto breves, ut pono posui, caedo cecidi, cogo coegi et similia. item sunt verba in prima persona correpta, in participiis producta, ut moveor motus, cado casurus. item inveniuntur in prima persona producta, in participiis correpta, ut itur productum est, iturus correptum. sunt item verba quae primas personas correptas habent et praeterito perfecto producuntur, ut fugio fugi, facio feci, lavo lavi, moveo movi et similia.

Participia in declinatione ultimarum syllabarum hanc rationem habent, quam et nomina.

Adverbia, quae consonantibus terminantur, ultimas breves habent, ut divinitus, humanitus, sollicitius, nobiliter, exceptis his, illic, istic, huc, illuc, istuc. vocalibus terminata producta sunt, ut docte, exceptis his, quae aut comparatione carent aut non recte | comparantur, ut bene, male, rite, saepe, inpune, facile, difficile, quippe, temere, repente, ubi, quasi, ibi.

Sunt syllabae quae in primis sonum longum demonstrant et breves sunt, ut prohibitus, profanus, professus, profudit, disertus, diremptus, direxit. item e contrario quae sunt longae, putantur breves, ut obicio, subicio. Diana communis syllaba, ut 'exercet Diana choros' et 'novus iste Dianae'. ita nos has breves habemus. haec licentia poetarum est. |

---

1 longae] longa *v* 2 ipsius] *Verg. Aen. V 535* di] *Verg. Aen. VIII 484* unius ob iram] *Verg. Aen. I 251* 3 unius ob noxam] *Verg. Aen. I 41* 7 lego gor *B* 9 nunc scio] *Verg. bucol. 8, 43* nescio] *Verg. bucol. 3, 103* 13 quisquis] *Verg. Aen. VI 388* tu potes] *Verg. Aen. X 81* 19 in participis producunt *B* 30 male magne rite *B* 33 profersus *corr.* professus *B* 34 item a contrario *B* 35 exercet] *Verg. Aen. I 499* 36 novus] *Verg. Aen. XI 537*

DE STRVCTVRIS

Quattuordecim tibi structurarum praecepta transmisi, ex quibus velut gubernaculum compositionum teneres. hinc enim reliquas aut per ampliationem aut per solutionem nasci, si animadverteris, comprobabis. ex trochaeo et palimbacchio, ut doctus orator. ex trochaeo et molosso, ut sacra maiestas. ex trochaeo et paeone tertio, ut poena capitalis. ex trochaeo et paeone primo, ut fracta navicula. ex trochaeo et ionico maiore, ut vita felicior. ex tribrachi et palimbacchio, ut timidus auditor. ex tribrachi et molosso, ut misera libertas. ex spondeo et bacchio, ut fulmen tonantis. ex dactylo et ditrochaeo, ut Romulus amputavit. ex anapaesto et ditrochaeo, ut oculus virginalis. ex amphimacro et ditrochaeo, ut optime cantitastis. ex dactylo et antispasto, ut dedecus amicorum. ex anapaesto et antispasto, ut cupidus voluptatum. ex amphimacro et antispasto ut impetus retardavit. |

Hae XIIII clausulae possunt et ita esse, ex trochaeo et molosso, ut fortis Aeneas. ex trochaeo et antibacchio, ut doctus orator. ex trochaeo et paeone III, ut templa revocavit. ex trochaeo et ionico minori, ut fata repararint. ex trochaeo et ionico maiori, ut arva Iunonia. ex tribrachi et molosso, ut revocat insanos. ex tribrachi et palimbacchio, ut reparat orator. ex tribrachi et ionico maiori, ut numerat impendia. ex spondeo et amphibrachy, ut mentes nocentum. ex spondeo et amphibrachy, ut calcans amicum. ex quattuor longis, quarum media brevis est, ut felicitates. ex amphibrachy et ditrochaeo, ut insulam comparavit. ex dactylo et ditrochaeo, ut optimus imperator. ex dactylo et epitrito II, ut arbiter imperandi.

Sed et has, quas memoravi clausulas, si acrius advertas, in duarum generalium numerum reputabis, ex trochaeo et molosso, tribrachi et ditrochaeo. Vale.

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
P codex Parisinus 7530, qui primam partem structurarum 2 — 14 *continet*
1 DE STRVCTVRIS *om. B, add. P* 2 tibi *om. P, add. B* structurarum *P* instructurarum *B* (temporum) 3 teneris *P* 4 per solutionem nasci si animaduerteris *B* per solutionem nam acrius si animaduerteris *P* 8 ut timidus auditor *om. P, add. B* 9 molosso ut facere consuerunt ut misera libertas *P* 11 oculos uirginales *corr.* oculus uirginalis *B* 12 cantitastis *B* cantaxistis *P* 13 ex anapesto et antispasto ut nouitas retardauit (26) sed has quas memoraui clausulas si acriter aduertas in duarum generalium numerum portabis *reliquis omissis P* 14 retardauit explicit feliciter *B* 17 minori] maino *corr.* mino *B* 21 amphibrachy] amfibrā *priore loco B. eandem structuram cum duobus exemplis posuit grammaticus*
22 quattuor] quinque *B.* ex quinque syllabis quarum tertia brevis est *coniecit editor Vindobonensis* 27 reportabis *corr.* reputabis *B*

Clausulae his placentes temporibus huius modi esse noscuntur, ex trochaeo et antibacchio, ut templa deiecit. ex trochaeo et paeone III, ut corpus animavit. tertia [clausula], si quemcumque pedem ditrochaeus terminet [finem], ut accepit cantilenam. [feliciter]

Hi pedes, quotiens trochaeus locum paenultimum tenet, sunt congrui structuris, molossus, ut natus Aeneas; ionicus minor, ut ipse Diomedes; ionicus maior, ut ipse Iunonius; choriambus, ut ite canticuli; paeon primus, ut iste legitimus. | quotiens vero pes praecedit, qui mediam brevem habet, id est amphimacros, dactylus, tribrachys, hi [ergo] subiciendi sunt, ditrochaeus, ut sidera iudicabant, antispastus, ut Helena maritalis, † carina repercussa. quotiens autem spondeus praecedit, bacchius postponendus, ut fulmen tonanti [vel molossum et amphibrachyn, invadit tonantem, ut addas syllabam: nam metrum est. quidam metrici hoc metro scribunt, fulmen tonantis]. hae sunt optimae structurae, quae ex trochaeo et molosso constant, quem molossum praeposito trochaeo ita solvis * aut ipsum trochaeum solvas in tribrachyn, ut naturae tribuit.

Si autem volueris ampliationem facere, praeponis istis pedibus quinarum syllabarum quosvis alios in elocutione, qui quidem non quaeruntur, si longi sunt aut breves (hoc etenim tantum requiretur, paenultimus et ultimus, non antepaenultimus et superiores), excepta hac structura, quae quinque breves habet et est barbarismus Afer, vel ex longis Hispanus [quos debeamus in fine clausularum observare]; vel ne sint III longae aut IIII breves, ne monosyllaba pars orationis terminet, ne sint III trochaei, ne sit versus heroici principium vel finis, et ne sint duae breves, tres longae et tres dactyli. clausulae non solum pleno sensu debent fieri, verum et in commatibus singulis et divisae et plenae fiunt. sane in oratore ait Tullius hoc esse vitandum.

quinque breves, totidem longas triplicemque trochaeum
heroicique caput finemque cavete, diserti.

initium versus, ut puta 'vota Minerva iuvat', penthemimeres est; finem, 'vera potestas'.

Optimae structurae hae sunt duae, ex trochaeo et molosso, ut laetus Aeneas, item ex trochaeo et paeone tertio, ut poena capitalis.

Sed *ut* brevissime, ait Probus, de structuris delectantibus doceamus,

---

clausula natus
3 tertia si *B* 6 ut aeneas *B* 10 carina] *fortasse* consonat *vel* Taenaro 12 vel molossum — 14 fulmen tonantis *antiquiori commentario postea addita esse videntur* 15 *lacuna, quam indicavi, exemplum molossi soluti excidit* 20 quae] quia *corr.* quae *B* 22 quos debeamus in finem *B* quot debeamus in fine *v. seclusi verba ex margine inlata* 23 ne monosyllā pars orationis terminetur *B* ne monosyllabo pars orationis terminetur *v* 26 fiunt] fiant *B* 28 longas *v* longae *B* 34 ut *om. B*, *add. v ex Probo* Probus] *cathol. p. 43, 7: cf. Sacerd. p. 495, 23*

observantes, ne aut versum heroici metri faciamus aut in natura longam syllabam paenultimo verbo terminato trisyllabo finiamus, ceteris paene omnibus auditores possumus delectare. est autem structura verborum compositio dicta a struendo, id est componendo, | unde structores *compositores* alicuius rei dicti. hae quamvis in omni oratione servari debeant, tamen maxime in verbis duobus, novissimo et paenultimo, sunt delectabiliter componendae.

DE METRIS

p. 515 ed. Vind.

Metrum phalaecium pedibus his constat, spondeo, dactylo et tribus trochaeis.

Metrum asclepiadeum [dodecasyllabum] his pedibus constat, spondeo, duobus choriambis et pyrrichio sive iambo, quia ultima indifferenter accipitur.

Metrum glyconium his pedibus constat, spondeo, choriambo, pyrrichio sive iambo.

Metrum pherecratium *constat* spondeo, choriambo et syllaba.

Metrum alcaicum constat penthemimeri iambica et duobus dactylis. item sequentes versus sive hypercatalectus iambicus sive pindaricus, qui est logaoedicus. constat hypercatalectus iambicus inparibus spondiis, paribus iambis. pindaricus constat duobus dactylis et duobus iambis.

Metrum sapphicum constat paeone II, choriambo, bacchio sive amphibrachi. quartus versus dactylo et spondio, qui vocatur adonius.

---

1 observantes] observandum est *Probus* in naturam longam *B* 2 finiamus *Probus* faciamus *B* 3 est autem] *Prob. cathol. p. 40, 31: cf. Sacerd. p 493, 2* 4 compositores *om. B, add. v ex Probo* 5 hae quamvis in omni oratione servari debeant *v ex Probo* haec quamuis in omni ratione seruari debeat *B* 6 nouissimis *corr.* — mo *B*

B codex Bobiensis nunc Vindobonensis 16

v editio Vindobonensis

8 DE METRIS *om. B*, de nonnullis metrorum generibus *v* 11 dodecasyllabum *v* decasyllabum '*inter lin. ab ead. m.*' *B* 12 sive iambo *v* siue diambo *B* 16 constat *om. B*, *add. v* 17 pentimimere *B* 19 logaidicns *B* 21 paeone] epitrito *v*

III

In codice Parisino 7530 octavo saeculo scripto inter duos Servii libros de centum metris et de metris Horatii duo fragmenta leguntur de structuris et de iambico metro f. 35 *De structuris. XIIII structurarum praecepta — portabis. De iambico metro. Iambicum metrum — per-*

mittunt: cf. gramm. lat. v. IV praef. p. XLI. ex his fragmentum de structuris supra inter excerpta Bobiensia editum est. fragmentum de iambico metro analectorum grammaticorum editores Vindobonenses ediderunt p. 521. mihi in utroque fragmento apographum a Theodoro Mommseno factum paratum erat, ex quo pauca, quae in Vindobonensi editione non recte edita erant, correxi.

Iuba auctore se usum esse in initio commentarii grammaticus professus est. sed reliquam quoque partem ex eodem fonte ductam esse cum per se probabile sit, tum certo confirmant excerpta Iubae apud Rufinum p. 562 et quae eodem auctore Marius Victorinus p. 80, 1 de iambico metro scripsit. nam in his et de quinque pedibus, quos iambicum metrum suscipit, et de legibus iambicorum versuum apud comicos poetas corruptis eadem praecipiuntur.

Addidi fragmentum de rhythmo et metro ex eodem codice f. 27, cuius maxima pars ex Augustini de musica libro quinto excepta est.

DE IAMBICO METRO

p. 521 ed. Vind.

Iambicum metrum a monometro hypercatalecto usque in octametrum acatalectum Iuba teste procedit. recipit autem pedes quinque, iambum, tribrachyn, spondium, dactylum, anapaestum. sed locis inparibus, id est primo, tertio, quinto et deinceps, omnes quos diximus indifferenter suscipit pedes; locis vero paribus, id est secundo, quarto, sexto et deinceps, tantum tres, iambum, tribrachyn et anapaestum. et hoc omnes fere, qui diligenter iambico usi sunt, custodiverunt. sed latini comici, dum satis student communibus fabulis et gestiunt comoedias ad sermonem vitae vocare, corruperunt leges iambi. nam primum secundo et quarto et sexto, id est paribus locis, non illis tribus tantum pedibus utuntur, sed omnibus quinque. nec illud etiam servant, ut vel quadam varietate in ipsis pedibus utantur, sed quoniam recipit, ut diximus, spondium, plerumque omnes spondios faciunt; quoniam anapaestum, plerumque omnes anapaestos, atque eadem de ceteris servant. quin etiam contenti sunt plerumque unum tantum locum in toto versu pedi legitimo reservare, nec non solutiones ita crebras ponunt, ut plerumque decem breves et amplius sequentes

---

P codex Parisinus 7530

v editio Vindobonensis

3 acatalectum] *immo* catalecticum. *nam hoc posuit Iuba apud Rufinum p. 2712 et eodem auctore Marius Victorinus p. 82, 25* Iuba *v* iuna *P* 4 tribrachym *constanter P* 9 et gestiunt *v* e gestiunt *P* 10 *fortasse* nam plerumque secundo sexto et paribus *P* 12 servant *v* reseruant *P* 13 utantur *v* utuntur *P* sed quoniam] et quoniam *P*, et quum *edidit Vindobonensis editor* 14 faciunt *v* facit *P* quoniam *P*, quum *edidit Vindobonensis editor* 17 amplius se sequentes *P*

deprehendas. plerumque etiam aut acephalos faciunt eosdem iambos aut hypercatalectos, quae res metrum hoc, id est iambicum, in trochaicum convertat necesse est. nam sive unam syllabam demas ab initio, sive unam addas de iambo, trochaicum facis. quae res dedit eis occasionem, ut *in* iambicis metris etiam legibus trochaicorum uterentur. igitur propter has causas sciendum est in comoediam plerumque incidere et dactylica metra propter dactylum, et anapaestica propter anapaestum, et spondiaca propter spondium, et quae de tribrachi fiunt, nec non, ut diximus, propter acephalos vel hypercatalectos versus etiam trochaica. nec illud servant Latini, ut trimetros tantum versus efficiant. nam crescunt a trimetris usque in octametros, id est faciunt versus de sedecim pedibus, ultra numquam, nec iterum minorem sex pedibus versum esse permittunt.

DE RHYTHMO

Dicimus rhythmum esse, ubi tantum legitimi pedes sunt et nullo modo certo fine; metrum esse, ubi pedes legitimi certo fine coercentur. *rursus* quoniam eorum metrorum, quae certo fine clauduntur, alia sunt in quibus non habetur ratio divisionis circa medium, alia sunt in quibus habetur, est haec differentia notanda vocabulis. quapropter illud, ubi non habetur haec ratio, rhythmi *genus* metrum proprie vocatum est; hoc autem, ubi habetur, versus nominatur. unde apparet quoniam non est versus ex eo appellatus, ut non nulli putant, quod a certo fine ad eius caput reditur: nam hoc illi cum eis etiam metris, quae versus non sunt, apparet esse commune. sed magis formasse a contrario nomen invenitur, *ut*, quem ad modum grammatici deponens verbum appellaverunt, quod r litteram non deponat, [sed] ita quod duobus membris confit, quorum neutrum in alterius loco salva lege numerorum constituitur, [et] quia verti non potest, versus vocetur. quod ut manifestius fiat, subiciamus exempla. 'arma virumque cano', ecce una pars versus: 'Troiae qui primus ab oris', ecce altera. verte ordinem et pronuntia 'Troiae qui primus ab oris arma

---

16 rursus — 20 versus nominatur *Augustin. de mus. VI* 20 unde apparet — 26 versus vocatur *Augustin. de mus. V 3*

---

4 in *om. P, add. v* 5 uterentur *v* utentur *P* 6 *fortasse* in comoedia 8 de tribrachi fiunt *P*, de tribrachi sunt *edidit Vindobonensis editor* 11 ultra numquam] nec quisquam ulterius postea *Marius Victorinus p. 83, 22* 12 minorem *v* minore in *P*

P codex Parisinus 7530

13 DE RHYTHMO *om. P* 15 coerto fine *secundo loco P* 17 non habentur *P* 19 genus *om. P*, *add. Augustinus* 20 uersū nominatur *P* versum nominaverunt *Augustinus* 23 ut *om. P*, *add. Augustinus* 27 arma] *Verg. Aen. I 1*

virumque cano[1]: vides quia hae partes in tantum differunt, ut alii pedes metri esse cernantur. quia ergo divisiones istae omnimodis a se invicem dissident et metrum ex eis rursum non fit heroicum, ab hac causa versus dicitur *κατ' ἀντίφρασιν*, quod reverti non possit. si autem tales divisiones sint, quales in illo metro sunt,

cornua velatarum vertimus antemnarum,

et vertere poteris iterum, ut est

vertimus antemnarum cornua velatarum,

quia sibi praepostero ordine copulari possunt, nihilo minus metrum faciunt heroicum. tales compositiones versus omnino appellari non [proprie] possunt, nisi abusive, sed tantum metra vocantur. haec etiam in reliquis metrorum generibus fieri similiter dicimus.

---

3 dissidunt *P* heroicus *P* 4 *κατ' ἀντίφρασιν*] antiphrasin *P* 6 cornua] *Verg. Aen. III 549: cf. Augustin. de mus. V 3* 9 copularis possunt *P*

IV

In codice Berolinensi 66, olim Santeniano, octavo saeculo scripto varii commentarii metrici leguntur, quos breviter indicavi gramm. lat. v. IV praef. p. XXXIII. ex his edidi duos de hexametro dactylico et trimetro iambico et de speciebus hexametri, qui post excerpta Mallii Theodori scripti sunt p. 235—239, *De heroo et triametro — sulphura explicit.* alia excerpta, quae his ex aliqua parte similia sunt, praebuit codex Sangallensis 876 nono saeculo scriptus post Servii librum de finalibus syllabis p. 137—144. *De scansione heroyci uersus — qui procul negotio finit.* haec me rogante Eduardus Woelfflinus descripsit. Berolinensem codicem ipse descripseram.

Plurima autem, quae ex veterum grammaticorum doctrina ad excerpta utriusque codicis propagata sunt, ex libris Marii Victorini, quibus grammatici inferioris aetatis vulgo uti non consueverunt, recepta sunt. de speciebus hexametri heroici exemplum, quod apud Victorinum de metr. p. 211, 22 legitur, per triginta duas species variatum uterque grammaticus posuit. versus Margitae Homerici, quos ex Berolinensi codice olim ediderat Lindemannus Lyra v. I p. 82, postea etiam apud Atilium Fortunatianum p. 287, 5 inventi sunt. denique de scansione heroici versus grammaticus Sangallensis eundem auctorem atque is qui explanationes in Donatum scripsit p. 522, 14 sqq. secutus est.

DE HEROO HEXAMETRO

Hoc creditur ab Apolline inventum vel ab eius sacerdote Phemonoe, et heroum idcirco appellatum, quod Homerus tali metro res gestas heroum scripsit. dactylicum autem idcirco dici arbitrantur, quia generis huius duos pedes recipit, et ex his iustus constat herous. hexametrum quoque non nulli propterea dici existimant, quia sex pedibus ingreditur, quos metra eodem modo Graeci nominant, quo et illa quibus metimur, cum et trimodia sit iusta mensura et modius et hemina nihilo minus et cyathus, exigua trimodiae portio, similique ratione decempeda et pes et digitus. sic et totus versus metron et singuli pedes, per quos eum metimur, metra nominantur. item quem ad modum et vas, quo metimur triticum, modius appellatur, et quod illo mensi sumus triticum modius, similiter et pes, quo verba metimur, et ipsa verba, quae conpleverunt pedem, metra nominantur.

Huic hexametro dactylico trimetrus iambicus iungitur, quem latine senarium nominamus, id est hexametron. sex enim pedes iambicos habet, quem ad modum herous sex habet dactylicos pedes. trimetrus autem vocatur a Graecis, quia tribus percussionibus feritur. de qua re ingens quaestio est, quid ita, cum sex pedes habeat et herous et iambicus, hic ter, at ille sexies feriatur. quam quaestionem necesse est ut in praesentia differamus. festino enim demonstrare, quid ita et heroum et iambicum versum antiqui Apollini adsignaverint paresque esse crediderint, cum sint non tantum alio inter se genere sed etiam dispari ratione conpositi. nam ferunt Apollinem obsidentem Delphos draconem depugnantem sagittis acutis adiutum exhortatione hominum et incolentium illa nemora nympharum his fere verbis, ἰὴ παιών. haec dissyllaba verba producta ter singula faciunt spondeis sex heroum versum, et rursum eadem [et] correptis prioribus utriusque verbi syllabis faciunt iambicum senarium. ideoque dicitur Homerus in Margite suo miscuisse hos versus tamquam pares [Ὁμήρου],

---

5 hexametrum — 11 nominantur *Mar. Vict. 51, 19* 14 Huic hexametro — 17 feritur *Mar. Victor. 79, 8* 27 ideoque — pares *Mar. Victor. 79, 11*

B codex Berolinensis 66, olim Santenianus

1 DE HEROO ETRIAMETRO *B* 2 phemone *B*. *Phemonoen commemoraverunt Atilius Fortunatianus p. 284, 7 et Audax bis de metro et de syllabis* 6 ingrediatur *Marius Victorinus* 8 iusta] certa *Marius Victorinus* et emina nihilhominus et cyatus *B* 11 queadmodum *B* 14 iungitur] comparatur *Marius Victorinus* 21 appollini *B* sint (non *supra*) tantum *B* 23 appollinem *B* sagittis agutis adiuntum exortatione *B* 27 uerbis *B* 28 iu margarite *B* tamquam pareus ΟΜΗΡΟΥ-ΗⲁΘΕΠϹΕΙϹΚΟⲁΟΦ|ωΝⲁΤΕΡωΝΚⲁΙΘΕΙΟϹⲁΟΙⲁΟϹΜΟΥ|ϹⲁωΝΘΕΡΠωΝΚⲁΙΕRΝΒ ΟⲁΟΥⲁΠΟΜωΝΟϹ|ΦΙⲁΙϹΕΧωΝΕΗΧΕΡϹΙΝΕΥΦΘΟΝΤΟΝⲁΥΡΗΝ *B*. *Margitae versus leguntur apud Atilium Fortunatianum p. 286, 5*

ἦλθέ τις εἰς Κολοφῶνα γέρων καὶ θεῖος ἀοιδός,
Μουσάων θεράπων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
φίλης ἔχων ἐν χερσὶν εὔφθογγον λύρην.

quod exemplum posuissem, si in animo esset latinum librum graecis conplere versibus, cum praesertim hoc cognoscere volentibus liceat Homeri legere Margiten. igitur cum constet esse quandam his versibus inter se germanitatem, probabimus omnia metra ex his profluere fontibus et *ad* haec referri veluti capita, neque aliam esse originem metrorum in tam immensa varietate.

DE SPECIEBVS HEXAMETRI HEROICI

Hexametrus heroicus constat pedibus dactylicis, spondeo et dactylo, quibus inter se varie conlocatis efficit duas et triginta species. incipit autem a XII syllabis et pervenit ad XVII syllabas. genus unum est XII syllabarum ex omnibus spondeis, tamquam

introducuntur legati Minturnenses.

volo tamen uno versu species tam varias ostendere, ut sine errore varietas intellegatur. quotiens autem dactylus accedit, totiens adnascitur syllaba. adiecto dactylo uno fit versus XIII syllabarum, cuius versus species sunt quinque: primo loco dactylus,

litore ducuntur legati Minturnenses;

secundo loco,

intro prosiliunt legati Minturnenses;

tertio loco,

introducuntur trabeati Minturnenses;

quarto loco,

introducuntur per litora Minturnenses;

quinto loco,

---

6 igitur — 9 varietate *Mar. Victor. 79, 26* 11 Hexametrus — 14 Minturnenses *Victorin. de metr. 210, 13. 211, 18* 12 incipit — XVII syllabas *Mar. Victor. 72, 12* 16 quotiens — syllaba *Mar. Victor. 72, 15*

---

6 margariten *B* 7 ad *om. B in fine versus, add. Marius Victorinus* 8 metrorum in tam immensa varietate *Marius Victorinus* metrorum . . tam inmensam uarietatem *B* 11 Dactylus ergo exameter eroycus constat pedibus dactylo spondeo et trocheo sed trocheum interdum in fine recipit et eius loco uenit spondius his ergo pedibus inter se uarie conlocatis efficit triginta duas species incipit autem a duodecim syllabis — 636, 23 tenditque fuitque *codex Sangallensis 876* 15 introducuntur] *Ennii annalibus vulgo tributus est versus ex Victorin. de metr. p. 211, 22. rectius grammatico, qui hoc exemplo species hexametri demonstrare volebat, tribuetur* 16 uarietas *cod. Sang.* uariatas *B* 18 adiecto ergo dactylo *cod. Sang.*

introducuntur legati Massilienses.
XIIII syllabarum dactylicus habet species decem, accidunt dactyli duo.
quarum prima habet dactylos primum et secundum,
litore praetereunt legati Minturnenses;
secunda habet dactylos primum et tertium,
litore ducuntur subituri Minturnenses;
tertia habet dactylos primum et quartum,
litore ducuntur per compita Minturnenses;
quarta habet dactylos primum et quintum,
litore ducuntur legati Massilienses;
quinta habet dactylos secundum et tertium,
intro prosiliunt trabeati Minturnenses;
sexta habet secundum et quartum,
intro prosiliunt per litora Minturnenses;
septima habet secundum et quintum,
intro prosiliunt legati Massilienses;
octava habet tertium et quartum,
introducuntur sine lumine Minturnenses;
nona habet tertium et quintum,
introducuntur superati Massilienses;
decima habet quartum et quintum,
introducuntur per litora Massilienses.
XV syllabarum herous dactylos habet tres. huius species sunt decem:
dactylus loco primo secundo et tertio,
aequore prosiliunt trabeati Minturnenses;
dactylus loco primo secundo et quarto,
aequore prosiliunt per litora Minturnenses,
dactylus loco primo secundo et quinto,
aequore prosiliunt legati Massilienses;
dactylus loco primo tertio et quarto,
litore ducuntur sine lumine Minturnenses;
dactylus loco primo tertio et quinto,
litore ducuntur sine causa Massilienses;
dactylus loco primo quarto et quinto,
litore ducuntur per flumina Massilienses;
dactylus loco secundo tertio et quarto,
primi transiliunt sua litora Minturnenses;
dactylus loco secundo tertio et quinto,
primi transiliunt animosi Massilienses;
dactylus loco secundo quarto et quinto,
primi prosiliunt per litora Massilienses;
dactylus loco tertio quarto et quinto,
introducuntur sine lumine Massilienses.

XVI syllabarum herous recipit quattuor dactylos, species habet quinque: dactylus loco primo secundo tertio et quarto,

interea repetunt sua litora Minturnenses;

dactylus loco primo secundo tertio et quinto,

interea veniunt animosi Massilienses;

dactylus loco primo secundo quarto et quinto,

interea redeunt per litora Massilienses;

dactylus loco primo tertio quarto et quinto,

interea laudant sua litora Massilienses;

dactylus loco secundo tertio quarto et quinto,

longe prospiciunt sua litora Massilienses.

XVII syllabarum herous habet dactylos quinque: huius species una est,

interea repetunt sua litora Massilienses.

Non ignoro autem heroum versum trochaeo pede solere finiri. sed quoniam locum alium non habet, quam in ultimo versu, scire oportet eum non proprium esse dactylici metri ideoque in ultima parte eius incedere posse, quia nihil interest, longa an brevi syllaba versus finiatur, cum finiti versus mora, etiamsi brevem sortita est syllabam, adiectione vacui temporis faciat illam longae parem. huius versus haec exempla erunt,

[Attica palla tegit socerum, toga picta parentem]
posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse,
siqua fata sinant, iam tum tenditque fovitque,

ut intellegi possit per continuos versus hoc in Vergilii carmine accidisse, nec contextum tamen laeserit. non ignoro autem apud Homerum XII pedes simplices in herois versibus inveniri et apud Ennium; apud Virgilium quoque, ut non audeam dicere omnis, plerosque adfirmare possum.

Vitia sunt heroi metri versuum sex. acephalus, qui non solum tunc dicitur, cum caput deest, sed *etiam* cum *in* capite aliquid superest. cui deest, tale invenitur, quale Horatius hoc ipsum vitium reprehendens posuit,

acephalus primus, quorum hic quem dicimus ipse est:

---

2 dactilos *B* 13 massillienses | Erous ut diximus uersus trocheo finiri solet. sed locum non habet nisi in ultima. oportet eum non esse dactilici metri probrium. ideoque in ultima parte eius incedere posse quia nihil interest breui an longa syllaba uersus finiatur cum illa in depositione uersus mora etiamsi breuem sortita est litteram adiectione tamen uacui temporis et longe parem huiusmodi versus exempla Attica palla tegit socerum. toga picta parentem. Post capita coluisse samo cis illius arma. Hic currus fuit hoc regnum dea gentibus esse. Si qua fata sint iam tum tenditque fuitque *cod. Sang.*

14 finiri secundum alium *B* 17 posse] possit *B* breuis *B* 20 Attica — parentem *om. B* 21 posthabita] *Verg. Aen. I 15 sqq.* 24 accidisse] a.ccessisse *vel*
d
— ersisse *B* 25 lesserit *B* 28 accephalus *B* 29 secum capite *B* 30 oratius *B*. *unde petitum sit exemplum versus acephali, quod grammaticus Horatio tribuit, non constat* 31 accephalus *B*

nam prior est tribrachys.

at ille cui superest talis est, si fingas,

ad moenia respiciens quae iam infelicis Elissae.

lagarus, id est laxus, ille versus, qui in medio iambum vel alium non congruentem huic metro pedem habet, ut est hoc,

congredior fert sacra pater et concipe foedus.

etenim pes medius, qui facit 'ter et', iambus est. hypermetrum dicimus, qui in fine superfluam syllabam habet, ut est hoc,

aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

spondiazon est qui ex pluribus spondeis *constat* vel qui quinto loco spondeum habet, quod est vitiosum, ut est ille,

aut leves ocreas lento ducunt argento.

colurus est sive colobus, cum versus quasi prosa oratione decurrit, ut est hoc,

aut spumas miscent argenti vivaque sulphura.

DE SCANSIONE HEROICI VERSVS

Heroicus versus fit dactylo pede, spondio et trochaeo. dactylus pes constat syllabis tribus, longa et duabus brevibus. syllaba longa duo tempora habet; brevis autem unum habet tempus. ergo dactylus pes habet tempora quattuor, quanta habet *et* spondius, qui duas syllabas *longas* habet. itaque nihil interest, quem ex ipsis quo loco ponas, sive dactylum sive spondeum, quoniam aequali numero tenent temporum positionem. dactylus dictus est a mensura digiti, eo quod pars digiti quae iuncta est articulo longa sit, aliae duae breves sint in media parte vel in capite digiti. trochaeus semper in fine ponitur et dactylus quinto loco. quotiens autem quinto loco spondius ponitur, versus 'spondiadeus dicitur, ut hic versus est,

constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

sexto autem loco trochaeus ponitur aut spondeus. illi autem, id est dactylus et spondius, varie ponuntur, quem ad modum versus exegerit. saepe

---

16 DE SCANSIONE HEROICI VERSVS *Serg. explan. in Don. 522, 14*

---

3 ad moenia] *Verg. Aen. V 3* 4 la.garus *B* 6 congredior] *Verg. Aen. XII 13* fer *Vergilius* 7 iambicus *B* 8 in finem *B* 9 aut dulcis] *Verg. georg. I 295* uulgano dequoquit *B* 10 constat *om. B* 12 aut lebes *B*: *Verg. Aen. VII 634* 13 colurus] colorus *B* 15 aut spumant miscent *B*: *Verg. georg. III 449. cf. Victorin. de metr. p. 212, 21*

S codex Sangallensis 876

16 DE SCANSIONE HEROYCI UERSUS ET SPECIE EORUM *S* 20 et *om. S* longas *om. S* 22 positione *S* 24 sint] sunt *S* in mediam partem *S* 28 constitit] *Verg. Aen. II 68* 30 versus] cursus *S* exigerit *S*

quinque dactyli et unus spondius faciunt versum, ut est hic versus, qui dactylicus dicitur,

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

saepe sex spondii faciunt heroicum, ut hic

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.

Caesurae heroici versus sunt quinque, penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, cata tetarton trochaeon, bucolice. sed ex his penthemimeres prior fit, deinde hephthemimeres: reliquae si non sint, nihil interest. penthemimeres est syllaba catalectica quae post duos pedes conplet partem orationis. simili modo hephthemimeres est syllaba quae post tertium pedem partem orationis conplet, ut hic, 'arma virumque cano Troiae'.

Quid est herous? ipse est et hexameter sex, ut diximus, pedibus constans, cuius exemplum superius posuimus.

Pentameter versus isdem fit pedibus et syllaba catalectica. ponuntur enim duo pedes aut spondii aut dactyli et una syllaba longa, quae conplet partem orationis, deinde duo dactyli et syllaba in fine, quae dicitur semipes. quae est autem in medio et quae *est* in fine, faciunt unum pedem, et erunt quinque, et est hic versus qui elegiacus dicitur, ut Ovidius

laeta triumphanti de summo mater Olympo
plaudet et adpositas spargit in ore rosas.

* * *

DE IAMBICO TRIMETRO

Recipit iambicus trimeter et tribrachum, sui generis pedem, *et* ex dactylico genere dactylum, spondium et anapaestum, qui omnes quaterna occupant tempora. ex quo evenit ut, cum tot pedes admittat, innumerabiles figuras efficiat, quas in heroo versu monstravimus, ubi docuimus quam varietatem efficiat permutatio. illud autem demonstrandum est, quem ad modum hos, quos nominavi, recipiat pedes et quibus eos fere locis sine detrimento suae proprietatis *admittat*. spondius,

ibis liburnis inter alta navium.

dactylus,

---

3 at tuba] *Verg. Aen. VIIII 503* 5 Amekion dircafus inactaeoraciuntko *S: Verg. bucol. 2, 24* 6 pintemimeres eptymimeres (cata) tritos trocheon et thetratebucolicen *S: cf. Serg. explan. in Don. p. 523, 12* 18 est *posteriore loco om. S* 19 et est] ut est *S* 20 laeta] *Ovid. amor. I 2, 39* 21 plaudet] plade *S* rosas | Dactylus ergo exameter — tenditque fuitque | Recipit iambicus trimeter *S. interposita est expositio de speciebus heroici versus, quam e codice Berolinensi edidi supra p. 634*

23 sui generis] cuiq; generis *S* et *ante* ex *om. S* 25 amittat (ue) *S* 29 sine detrimento (tro) siue proprietatis SPONDIUS *S* 30 ibis] *Hor. epod. 1, 1*

aut amite levi rara tendet retia:

habet hic primum dactylum, tertium et quintum spondios, ceteros iambos, ultimum pariambum, qui et pyrrichius vocatur. anapaestus,

pavidumque leporem et advenam laqueo *gruem*:

habet hic primum anapaestum, secundum pro iambo tribrachim, tertium iambum, quartum iambum, quintum anapaestum, ultimum iambum. tribrachys,

quid ais epidia tibi facilior erit amor:

habet hic primum et secundum et tertium et quartum et quintum tribrachim, ultimum iambum. hic versus tragoediis aptus est, si secundum et quartum pedem non alios feceris quam iambos. nam ultimum facias necesse est eum qui appellatur tribrachys.

DE PENTAMETRO

Hic sine ulla dubitatione heroi hexametri suboles est, quem invenisse dicitur Callinus Ephesius. sed alii, ut Victorinus, putant esse Archilochum, qui cum epodos excogitaverit alios breviores, alios longiores, ab hoc scilicet coepit detrahens unum pedem, ut illi subiceret hunc, qui nascitur ex heroo hexametro, clausulam habentem semipedem, veluti 'primus inire viam'. in hac particula heroi hexametri dactyli duo sunt et semipes, qui repetiti pentametrum faciunt sic,

primus inire viam *primus inire viam*.

huius versus sunt quattuor species: una, cum duo dactyli antecedunt, spondius intervenit, subsecuntur anapaesti duo, ut est hic,

scribere versiculos scribere versiculos;

altera, cum praecedit spondius, iungitur dactylus, intervenit spondius, secuntur anapaesti duo, ut est illud,

urbs antiqua fuit, quam tenuere Phryges;

tertia, cum tres sunt spondii, anapaesti duo, ut est

aut inlaudatos nolit adire focos;

---

8 quid ais *Mar. Victor. 79, 18*

---

1 aut amitę leuir atendet retia *S: Hor. epod. 2, 33* 4 pavidumque] *Hor. epod. 2, 35: cf. Atil. Fortun. p. 287, 15* gruem *om. S* 10 tragoedis *S. tragici versus descriptionem corrupit epitomator cf. Mar. Victor. p. 80, 7* 14 eroy exametris subolis est *S* 15 camius effesius. Sed alii ut ore meius putant esse arciocum *S: cf. Mar. Victorin. p. 104, 9. 107, 10* 16 breviores *Marius Victorinus* breues *S* 17 illi *Marius Victorinus* alii *S* 18 hexametro] metro *S* 19 qui repetit pintametrum qui faciunt sic primus inire uiam huius *S* 22 unum *S* 24 scribere] *Hor. epod. 11, 2* 27 urbs] *Verg. Aen. 1 12* urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni 29 aut inlaudatos] *Verg. georg. 3, 5* aut inlaudati nescit Busiridis aras

quarta, cum primus est dactylus, secuntur duo spondii, cludunt anapaesti duo, veluti

barbara sacratos nescit adire focos.

hae sunt species pentametri, quae habent pedes spondium, dactylum et anapaestum. duo primi variantur, id est dactylus et spondius; medius utique spondius est, quartus anapaestus, quintus vel anapaestus vel tribrachys. sed, ut iam diximus de syllaba versum finiente, longa sit an brevis nihil interest, quoniam metrum in ea non vacillat. huius exemplum

Tiphys et Automedon dicar amoris ego.

hic quoque versus a duodecim *syllabis* usque ad quattuordecim crescit, cuius incrementi causa duo dactyli sunt.

DE EPODO OCTOSYLLABO

Duobus ergo metris inminuta syllaba conpositis Archilochus tertium fecit epodon ex iambico *trimetro* detracta parte tertia, qualis est

beatus ille qui procul

et ille par huic apud Horatium,

subire Maecenas tuo.

his enim si adieceris 'Simonides', erunt trimetri sic,

beatus ille qui procul Simonides,
beatus ille qui procul negotio,
subire Maecenas tuo negotio,
subire Maecenas tuo Simonides.

facit autem versum iambicum Simonides ter dictus et negotio ter repetitum sic,

Simonides Simonides Simonides,
negotio negotio negotio;

et ut facit Vergilius in quodam iambico epigrammate

thalassio thalassio thalassio,

quod vocabulum bis dictum facit huic epodo parem.

Et haec quidem metra per detractionem fecit Archilochus, illud autem per adiectionem. nam praeposuit iambico trimetro pedem creticum, qui

---

9 Tiphys *Mar. Victor. 109, 18* 12 DE EPODO OCTOSYLLABO *Mar. Victor. 137, 8* 30 Et haec — 641, 6 negotio *Mar. Victor. 133, 34*

---

iam
4 haec sunt *S* habet *S* 7 ut dixerim *S: cf. Mar. Victor. p. 109, 16* 9 Thiphis et autem edonois aramoris ego *S* 10 syllabis *om. S* 13 Duobus ergo metris] *hoc est* trimetro acephalo *et* trimetro colobo, *de quibus Marius Victorinus ante epodum octosyllabum dixit p. 135, 30 sqq.* Archilochius Tertium facit *S* 14 trimetro *om. S* 15 beatus] *Hor. epod. 2, 1* 17 subire] *Hor. epod. 1, 4* 23 negotium ter petitum *S* 25 Simonides *et* negotio *et deinde* 28 talassio *bis, non ter scriptum est in S* 28 thalassio] *Verg. catal. 4, 9* 29 partem *S* 30 facit *S*

constat ex longa et brevi et longa, id est ex trochaeo et semipede longo, cuius exemplum facit tetrametrum, quem nos quadratum vocamus, non quia quattuor pedes habeat, sed quia feritur quater, ut in trimetro demonstravimus, quem a numero percussionum Graeci trimetron appellant. versus talis est,

Socrates beatus ille qui procul negotio.

4 trimeton *S* 6 negotio FINIT *S*

V

Ex codice Wolfenbuttelano, olim Weissenburgensi 86, nono saeculo scripto Heusingerus post Mallium Theodorum p. 71 sqq. excerpta quaedam metrica edidit, quae in eo codice post Pompeii commentarium in Donatum scripta sunt: cf. gramm. lat. v. V p. 84. illius editionem Gaisfordius script. lat. rei metr. p. 567 sqq. repetivit. ego ex his recepi Iulii Severi expositionem de pedibus et brevem tractatum de caesuris. nam ea quae praeterea in codice post libellum Iulii Severi et subiecta ei nomina artis grammaticae scripta sunt, de accentu et de divisione pedum et de metris (*incpt caesurae uersuum Accentus est anima uerborum — sunt igitur aequi decem dupli uero sex triplus unus sescupli septem epitriti quattuor fiunt XXUIII:* sequitur tractatus de caesuris, quem edidi: *De metris Metra sunt uerborum spatia — in fine tantum trochaeum explicit*), ex variis locis Isidori collecta sunt. codicem cum Heusingeri editione ipse contuli.

De Iulio Severo, cuius nomine libellus de pedibus inscribitur, nihil memoriae proditum est. tractatus de caesuris similis est ei qui post libellum de finalibus editus est supra p. 240.

DE PEDIBVS EXPOSTIO IVLII SEVERI

p. 567 G.

De spondeo. Spondeus anapaesto iunctus facit antibacchum et iambum – – ⏑, ⏑ –. spondeus dactylo iunctus facit molossum et pyrrichium – – –, ⏑ ⏑. spondeus amphibrachi iunctus facit antibacchum et trochaeum – – ⏑, – ⏑. spondeus amphimacro iunctus facit molossum et iambum – – –, ⏑ –. spondeus bacchio iunctus facit antibacchum et spondeum – – ⏑, – –. spondeus antibacchio iunctus facit molossum et trochaeum – – –, – ⏑.

De iambo. Iambus tribrachi iunctus facit amphibrachyn et pyrrichium

A codex Wolfenbuttelanus Weissenburgensis 86
9 tribrachi] tribacin *A*

⏑ – ⏑, ⏑ ⏑. iambus molosso iunctus facit bacchium et spondeum ⏑ – –, – –. iambus anapaesto iunctus facit amphibrachyn et iambum ⏑ – ⏑, ⏑ –. iambus dactylo iunctus facit bacchium et pyrrichium ⏑ – –, ⏑ ⏑. iambus amphibrachi iunctus facit amphibrachyn et trochaeum ⏑ – ⏑, – ⏑. iambus amphimacro iunctus facit bacchium et iambum ⏑ – –, ⏑ –. iambus bacchio iunctus facit amphibrachyn et spondeum ⏑ – ⏑, – –. | iambus antibaccho iunctus facit bacchium et trochaeum ⏑ – –, – ⏑.

De trochaeo. Trochaeus tribrachi iunctus facit dactylum et pyrrichium – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. trochaeus molosso iunctus facit amphimacrum et spondeum – ⏑ –, – –. trochaeus anapaesto iunctus facit dactylum et iambum – ⏑ ⏑, ⏑ –. trochaeus dactylo iunctus facit amphimacrum et pyrrichium – ⏑ –, ⏑ ⏑. trochaeus amphibrachi iunctus facit dactylum et trochaeum – ⏑ ⏑, – ⏑. trochaeus amphimacro iunctus facit amphimacrum et iambum – ⏑ –, ⏑ –. trochaeus bacchio iunctus facit dactylum et spondeum – ⏑ ⏑, – –. trochaeus antibaccho iunctus facit amphimacrum et trochaeum – ⏑ –, – ⏑.

Item trisyllabi cum trisyllabis geminati faciunt sexaginta quattuor syzygias, pedes centum viginti octo, id est:

De tribrachi. Tribrachys tribrachi iunctus facit proceleumaticum et pyrrichium ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. tribrachys molosso iunctus facit paeonem quartum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ –, – –. tribrachys anapaesto iunctus facit proceleumaticum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –. tribrachys dactylo iunctus facit paeonem quartum et pyrrichium ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑. tribrachys amphibrachi iunctus facit proceleumaticum et trochaeum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, – ⏑. tribrachys amphimacro iunctus facit paeonem quartum et iambum ⏑ ⏑ ⏑ –, ⏑ –. tribrachys bacchio iunctus facit proceleumaticum et spondeum ⏑ ⏑ ⏑ ⏑, – –. tribrachys antibaccho iunctus facit paeonem quartum et trochaeum ⏑ ⏑ ⏑ –, – ⏑. |

De molosso. Molossus tribrachi iunctus facit epitritum quartum et pyrrichium – – – ⏑, ⏑ ⏑. molossus molosso iunctus facit dispondeum et spondeum – – – –, – –. molossus anapaesto iunctus facit epitritum quartum et iambum – – – ⏑, ⏑ –. molossus dactylo iunctus facit dispondeum et pyrrichium – – – –, ⏑ ⏑. molossus amphibrachi iunctus facit epitritum quartum et trochaeum – – – ⏑, – ⏑. molossus amphimacro iunctus facit dispondeum et iambum – – – –, ⏑ –. molossus bacchio iunctus facit epitritum quartum et spondeum – – – ⏑, – –. molossus antibaccho iunctus facit dispondeum et trochaeum – – – –, – ⏑.

De anapaesto. Anapaestus tribrachi iunctus facit paeonem tertium

8 tribrachi] tribacin *A* 11 dactylo] dactulum *A* 12 anfibracin *A* 13 amphimacrum] anfimacro *A* 19 De tribracin *et sic plerumque*, tribracin *et* anfibracin *pro* tribrachi *et* amphibrachi *A* tribrachys] tribracin *constanter A* 20 paeonem] pionem *constanter A* 21 proceleumatico *A* 38 paeonem tertium *Heusingerus* pionem secundum *A*

et pyrrichium ⏑ ⏑ – ⏑, ⏑ ⏑. anapaestus molosso iunctus facit ionicum minorem et spondeum ⏑ ⏑ – –, – –. anapaestus anapaesto iunctus facit paeonem tertium et iambum ⏑ ⏑ – ⏑, ⏑ –. anapaestus dactylo iunctus facit ionicum minorem et pyrrichium ⏑ ⏑ – –, ⏑ ⏑. anapaestus amphibrachi iunctus facit paeonem tertium et trochaeum ⏑ ⏑ – ⏑, – ⏑. anapaestus amphimacro iunctus facit ionicum minorem et iambum ⏑ ⏑ – –, ⏑ –. anapaestus bacchio iunctus facit paeonem tertium et spondeum ⏑ ⏑ – ⏑, – –. anapaestus antibaccho iunctus facit ionicum minorem et trochaeum ⏑ ⏑ – –, – ⏑.

De dactylo. Dactylus tribrachi iunctus facit paeonem primum et pyrrichium – ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. dactylus molosso iunctus facit choriambum et spondeum – ⏑ ⏑ –, – –. | dactylus anapaesto iunctus facit paeonem primum et iambum – ⏑ ⏑ ⏑, ⏑ –. dactylus dactylo iunctus facit choriambum et pyrrichium – ⏑ ⏑ –, ⏑ ⏑. dactylus amphibrachi iunctus facit paeonem primum et trochaeum – ⏑ ⏑ ⏑, – ⏑. dactylus amphimacro iunctus facit choriambum et iambum – ⏑ ⏑ –, ⏑ –. dactylus bacchio iunctus facit paeonem primum et spondeum – ⏑ ⏑ ⏑, – –. dactylus antibaccho iunctus facit choriambum et trochaeum – ⏑ ⏑ –, – ⏑.

De amphibracho. Amphibrachys tribrachi iunctus facit paeonem secundum et pyrrichium ⏑ – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. amphibrachys molosso iunctus facit diiambum et spondeum ⏑ – ⏑ –, – –. amphibrachys anapaesto iunctus facit paeonem secundum et iambum ⏑ – ⏑ ⏑, ⏑ –. amphibrachys dactylo iunctus facit diiambum et pyrrichium ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑. amphibrachys amphibrachi iunctus facit paeonem secundum et trochaeum ⏑ – ⏑ ⏑, – ⏑. amphibrachys amphimacro iunctus facit diiambum et iambum ⏑ – ⏑ –, ⏑ –. amphibrachys bacchio iunctus facit paeonem secundum et spondeum ⏑ – ⏑ ⏑, – –. amphibrachys antibaccho iunctus facit diiambum et trochaeum ⏑ – ⏑ –, – ⏑.

De amphimacro. Amphimacrus tribrachi iunctus facit ditrochaeum et pyrrichium – ⏑ – ⏑, ⏑ ⏑. amphimacrus molosso iunctus facit epitritum secundum et spondeum – ⏑ – –, – –. | amphimacrus anapaesto iunctus facit ditrochaeum et iambum – ⏑ – ⏑, ⏑ –. amphimacrus dactylo iunctus facit epitritum secundum et pyrrichium – ⏑ – –, ⏑ ⏑. amphimacrus amphibrachi iunctus facit ditrochaeum et troebaeum – ⏑ – ⏑, – ⏑. amphimacrus amphimacro iunctus facit epitritum secundum et iambum – ⏑ – –, ⏑ –. amphimacrus bacehio iunctus facit ditrochaeum et spondeum – ⏑ – ⏑, – –. amphimacrus antibaccho iunctus facit epitritum secundum et trochaeum – ⏑ – –, – ⏑.

De bacchio. Bacchius tribrachi iunctus facit antispastum et pyrrichium ⏑ – – ⏑, ⏑ ⏑. bacchius molosso iunctus facit epitritum primum et spon-

19 De aufibraco Anfibracis, *itemque postea* anfibracis *A* 21 diambum *constanter A* 25 diiambum] diambo *A* 39 antibastum *constanter A*

deum ⏑ – – –, – –. bacchius anapaesto iunctus facit antispastum et iambum ⏑ – – ⏑, ⏑ –. bacchius dactylo iunctus facit epitritum primum et pyrrichium ⏑ – – –, ⏑ ⏑. bacchius amphibrachi iunctus facit antispastum et trochaeum ⏑ – – ⏑, – ⏑. bacchius amphimacro iunctus facit epitritum primum et iambum ⏑ – – –, ⏑ –. bacchius bacchio iunctus facit antispastum et spondeum ⏑ – – ⏑, – –. bacchius antibaccho iunctus facit epitritum primum et trochaeum ⏑ – – –, – ⏑.

De antibaccho. Antibacchus tribrachi iunctus facit ionicum maiorem et pyrrichium – – ⏑ ⏑, ⏑ ⏑. antibacchus molosso iunctus facit epitritum tertium et spondeum – – ⏑ –, – –. antibacchus anapaesto iunctus facit ionicum maiorem et iambum – – ⏑ ⏑, ⏑ –. antibacchus dactylo iunctus facit epitritum tertium et pyrrichium – – ⏑ –, ⏑ ⏑. antibacchus amphibrachi iunctus facit ionicum maiorem et trochaeum – – ⏑ ⏑, – ⏑. | antibacchus amphimacro iunctus facit epitritum tertium et iambum – – ⏑ –, ⏑ –. antibacchus bacchio iunctus facit ionicum maiorem et spondeum – – ⏑ ⏑, – –. antibacchus antibaccho iunctus facit epitritum tertium et trochaeum – – ⏑ –, – ⏑.

Requirendum nobis est etiam, quo modo pedes sint dividendi. omnium pedum trina divisio est, excepto amphibrachi et epitrito. unius enim tripla divisio est, id est amphibrachys, quia quattuor tempora habet, in uno et tribus dividitur ⏑ | – ⏑ | | |; et ideo dicitur tripla, quia unus ad tres conparatus triplus est. epitritorum autem re vera epitrita divisio est, quia epitritus septem tempora habet, et dividitur in tribus et quattuor ⏑ – | | | – – | | | : quattuor enim in se tres [continet] habet et unum, qui trium tertia pars est. quos propter hoc Donatus excepit, quia in metris difficile poterunt inveniri.

Prima ergo divisio est disyllaborum, quae in aequis temporibus dividitur, quae etiam dactylica nuncupatur, id est pyrrichius, qui constat ex brevi et brevi, habet tempora duo, dividitur ita ⏑ | ⏑ |. spondeus, qui constat ex duabus longis, temporum quattuor, dividitur ita – | | – | |. dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus, dividitur ita – | | ⏑ ⏑ | |. anapaestus, qui constat ex duabus brevibus et longa, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – | |. dispondius, qui constat ex quattuor longis, habet tempora octo, dividitur ita – – | | | | – – | | | |. proceleumaticus, qui constat ex quattuor brevibus, habet tempora quattuor, dividitur ita ⏑ ⏑ | | ⏑ ⏑ | |. diiambus, qui constat ex duobus iambis, habens tempora sex, dividitur ita ⏑ – | | | ⏑ – | | |. ditrochaeus, qui constat ex duobus trochaeis, habet tempora sex, dividitur ita – ⏑ | | | – ⏑ | | |. choriambus, qui constat ex longa, duabus brevibus et longa, [id est] habet tempora sex,

8 maiorem] primum *A* 19 excepto anfibracin et epitritum *A* 20 id est anfibracin *A* 24 continet et habet *Heusingerus* 25 propter] pro *A* Donatus] *p. 370, 30* in metres *A* 27 disyllaborum *Heusingerus* dyssyllabarum *A* 30 diuidit ita *A* 36 diambus qui constat ex duabus iambis *A*

dividitur ita – ⏑ | | | ⏑ – | | |. antispastus, qui constat ex brevi, duabus longis et brevi, habet tempora sex et dividitur ita ⏑ – | | | – ⏑ | | |.

Item secunda divisio est dupla, quae etiam iambica nuncupatur, id est trochaeus, qui constat ex longa et brevi, temporum trium, dividitur ita – | | ⏑ |. iambus, qui constat ex brevi et longa, temporum trium, dividitur ita ⏑ | – | |. molossus, qui constat ex tribus longis, temporum sex, dividitur ita – | | – – | | | |. tribrachys, qui constat ex tribus brevibus, temporum trium, dividitur ita ⏑ | ⏑ ⏑ | |. ionicus maior, qui constat ex duabus longis et duabus brevibus, temporum sex, dividitur ita – – | | | | ⏑ ⏑ | |. ionicus minor, qui constat ex *duabus* brevibus et duabus longis, id est temporum sex, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – – | | | |.

Tertia divisio est, quae hemiolia sive paeonica nominatur, quotiens numerus ad numerum conparatus habet maior minorem numerum et medietatem eius, id est amphimacrus, qui constat ex longa, brevi et longa, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ | | | – | |. bacchius ex brevi et duabus longis, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – | | | – | |. antibacchus ex duabus longis et brevi, temporum quinque, dividitur ita – | | – ⏑ | | |. paeon primus ex longa prima et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita – ⏑ | | | ⏑ ⏑ | |. paeon secundus ex secunda longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ – | | | ⏑ ⏑ | |. paeon tertius ex tertia longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ | | – ⏑ | | |. paeon quartus ex quarta longa et tribus brevibus, temporum quinque, dividitur ita ⏑ ⏑ ⏑ | | | – | |.

Conpleta est, sicut putamus, trina pedum divisio.

---

p. 580 G.

Caesurae versuum sunt quattuor, id est penthemimeres, hephthemimeres, tritos trochaeos, tetarte bucolicon. penthemimeres caesura fit, quotiens post duos pedes syllaba remanens partem terminat orationis. hephthemimeres caesura fit, quotiens post tres pedes remanens syllaba orationis partem [de]terminat. tritos trochaeos fit, quotiens in tertia regione pars orationis finitur cum dactylo. tetarte bucolicon fit, cum in quarta regione pars orationis cum fine sensus dactylo terminatur, his exemplis,

degeneres animos timor arguit, heu quibus ille,
nate, meae vires, mea magna potentia solus.

sed ex his quattuor caesuris duae primae ad legem scandendorum versuum sunt dicatae, ceterae vero duae posterorum technicorum iudicio sunt omissae.

---

10 duabus *priore loco om. A* 12 emiolica siue pionica *A*
25 titos trocheos *A*, *item* 28 31 degeres *A: Verg. Aen. IIII 13. ex quattuor caesurarum exemplis, quae grammaticus adscripsisset, duo relicta esse, prius bucolicae caesurae, alterum, quo penthemimeres probaretur, coniecit Heusingerus*
32 nate] *Verg. Aen. I 684* 34 posterorum] nostrorum *Muellerus de re metr. p. 190* tegnecorum *A*

VI

DE PEDIBVS

Vt fuga pyrrichius constat, spondeus ut aestas,
atque parens iambum designat, meta trochaeum.
tribrachus ut geminus, velut Aeneasque molossus,
dactylus inde subit hunc Maenalus atque notabit.
huic est oppositus Erato retinens anapaestus,
amphibrachumque carina notat; post amphimacrus stat,
quem retinet longa, brevis hinc et denuo longa.
bacchius inde subest, bene quem designat Achates,
atque palimbacchum tenet hinc natura notatum.
proceleumaticus ex quattuor est breviatus.
stant oratores dispondeum retinentes;
inde duos iambos in se tenet ipse diambus,
sic ditrochaeum duo; cunctipotens choriambum;
estque Saloninus antispasto decoratus.
hinc ionicus minor est, quem designat Diomedes;
maiorem ionicum Iunonius annotat illum.
tamquam legitimus est inde peon tibi primus,
unde sequens constet, hoc rite colonia monstret,
hinc fiat certus tibi tertius, ut Menedemus,
stat vero quartus per tres primas breviatus.
stantque sacerdotes epitritum certificantes,
alter correptam monstratur habere secundam,
tertius est curtus in trita, sic epitritus
quartus finalem fert Fescenninus eandem.

V codex Vindobonensis 2521 saec. XI, ex quo editi sunt versus in analectis grammaticis Vindobonensibus p. 470

DE PEDIBVS *om. V* 4 notabit] notaūm *V* notatum *editor Vindobonensis* 8 bachius *V* 9 palimbachium *V* 24 quartus — eandem editor *Vindobonensis* quartum — eundem *V*

INDEX SCRIPTORVM

Accius 8, 11. 19, 11*. 77, 3. 267, 22. 556, 8. 612, 21; 23
Acilii Glabrionis tabula 265, 28
Aelius *v.* Aphthonius
Aeschylus 76, 1. 124, 10. 518, 7
Afranius 79, 5. 557, 17
Agrippa 9, 5
Albinus in libro de metris 211, 23. 565, 4
Alcaeus 50, 27. 129, 24. 143, 21. 150, 26. 161, 18. 165, 25. 166, 2. 168, 20. 259, 5: 30. 264, 4. 266, 26. 270, 2; 12; 21. 295, 21. 297, 10. 298, 3. 300, 24. 302, 11; 17. 608, 1
Alcman 77, 14. 298, 3. 622, 26
Alfius Avitus 137, 31. 398, 2448
Anacreon 129, 24. 153, 32. 261, 4. 264, 5. 298, 2. 300, 1. 301, 4; 8. 409, 2850. 514, 23. 520, 8
Annianus 122, 12. *cf.* Faliscum
antiqui *v.* incerti scriptores
Aphthonius, Aelius Festus 173, 31
Arbiter *v.* Petronius
Archebulus 126, 6. 256, 8. 264, 3. 382, 1919
Archilochus 79, 35. 81, 14. 85, 28. 104, 10. 107, 10. 114, 13. 116, 19. 117, 12; 31. 133, 33. 135, 14; 30. 137, 8; 30. 141, 10. 143, 18. 163, 23. 164, 18. 170, 5: 25. 265, 18. 268, 29. 269, 14. 271, 17. 286, 2. 294, 19. 298, 9. 299, 14. 379, 1807. 392, 2245. 395, 2350. 397, 2428. 398, 2456. 512, 14. 517, 15. 518, 5. 520, 14. 522, 6. 559, 1. 560, 6; 27. 561, 13. 562, 15. 594, 24. 607, 4. 624, 21. 639, 15. 640, 13; 30
Aristarchus 276, 7
Aristo 3, 8. 4, 7
Aristophanes *grammaticus* 276, 5
Aristophanes *poeta* 75, 33. 78, 24. 97, 31; 35. 124, 10. 264, 18. 291, 1. 392, 2243. 542, 30. 557, 4. 560, 25. 564, 12. 594, 24. 620, 3. *nub.* 213 562, 1
Aristoteles 3, 10. 498, 1. 565, 22. 568, 27. 570, 7; 23; 25. 573, 24. 576, 17. 577, 12. *rhetor.* III 8 113, 2.
Aristoxenus 43, 3. 63, 5. 70, 13. 608, 6. 609, 10
Arruntius 565, 5
artium scriptores 3, 6
Asclepiades 295, 19
Asiani oratores 575, 1. 576, 6
Asper 565, 5. in commentario Terentii 555, 1
Atellanae fabulae 82, 10. 135, 27. 396, 2395
Augustus 9, 4

Bacchylides 261, 10
Bassus *v.* Caesius
Bibaculus 480, 12
Boiscus 82, 26. 558, 17. 560, 5. 564, 3
Brutus 9, 5. 568, 6

Caecilius *poeta* 135, 26. 556, 10
Caecilius (Caesellius) Vindex 565, 3
Caesius Bassus 395, 2358. 565, 3. in libro de metris 209, 10. ad Neronem 555, 22
Callimachus 86, 30*. 143, 28. 144, 27. 164, 35*. 258, 25. 265, 15. 292, 29. 412, 2941. 515, 5*. 531, 7. in epigrammatibus 255, 11. hymno in Branchum 381, 1886
Callinus 107, 10. 375, 1722. 607, 3. 639, 15
Calvus *v.* Licinius
Caper, Flavius 565, 5 in artibus suis 556, 20
Carbo 576, 8
Cato, M. Porcius 13, 4
Cato *grammaticus* 480, 12
Catullus 261, 4. 262, 19. *in Priap.* 119, 6. 151, 9; 22. 260, 14. 268, 4. 292, 14. 406, 2755. 615, 12
carm. 1, 1 *sqq.* 148, 20. 261, 21. 401, 2562
2 261, 1. 298, 21
4 261, 3.
2, 1 260, 35. 293, 8. 614, 18
4, 1 63, 28, 84, 4. 134, 4. 136, 1. 138, 1. 162, 6. 393, 2277. 612, 18
37, 1 293, 3
52, 2 136, 20. 257, 8
63, 1 154, 24. 410, 2899
2 262, 14
64, 1 125, 6
Chaeremon 620, 7
Charisius, Flavius Sosipater 555, 16. 565, 4. 572, 18. 573, 26
choliamborum scriptores 136, 30

Chrysothemis 610, 13
Cicero 344, 657. 458, 21. 479, 11. 488, 20.
493, 1; 6. 494, 28. 495, 23. 556, 19,
565, 2; 14. 566, 2; 13. 567, 17. 573,
22; 25. 577, 9. 628, 24. rhetorica 228, 4
ad Herennium IV 19, 26 577, 21
32, 44 568, 19
de inventione I 15, 20 464, 18
23, 33 460, 15
46, 86 469, 30
de oratore III 44, 173 572, 24
47, 182 568, 24
48, 184 571, 28
185 577, 6
49, 190 569, 16
51, 193 570, 10
in Bruto 8, 32 572, 6
in Oratore 20, 66 573, 8
33, 116 4, 10
47, 158 18, 16
51, 171 570, 14
172 570, 18
52, 174 573, 28
56, 189 113, 4
58, 196 577, 17
63, 212 90, 18. 567, 30. 570, 29. 577, 2
213 575, 15. 576, 8
64, 215 575, 16. 576, 19
216 574, 18. 575, 12
218 575, 14; 16. 577, 10
66, 223 571, 3
70, 234 575, 23
81, 172 113, 2
divin. in Caecil. 1, 1 495, 13
3, 9 495, 9
4, 14 493, 14
5, 19 495, 14
6, 20 495, 15
7, 23 494, 2
8, 26 493, 15
9, 27 495, 15
12, 37 495, 16
13, 41 495, 17
14, 45 460, 12
15, 48 495, 18
16, 50 495, 18
51 494, 6
20, 64 495, 19
65 495, 20
in Verr. act. pr. 3, 8 495, 21
4, 10 445, 25
5, 14 493, 13
6, 15 495, 22
12, 34 493, 24
35 494, 6
act. sec. I 1, 2 495, 10
4, 9 494, 2
5, 14 495, 11
6, 16 495, 11
Cic. *in Verr. act. sec.* 7, 20 495, 11
8, 22 495, 12
II 56, 139 453, 21
63, 154 453, 18
in Catil. I 1, 1 573, 20
4, 9 443, 2. 481, 1
7, 17 469, 3; 7
II 1, 1 442, 27
4, 7 455, 6
10, 23 446, 3
12, 27 445, 15. 487, 13
pro Murena 13, 28 446, 8
pro Sestio 8, 19 482, 8
pro Caelio 13, 32 468, 28
in Pisonem 447, 6
pro Marcello 3, 8 491, 15
10 465, 31
pro Ligario 1, 3 442, 28
7, 21 442, 27; 28
pro Deiotaro 6, 17 443, 1. 462, 7
15, 41 in Caesarianis 478, 13
in Corneliana secunda 571, 20
pro Scauro 45 571. 9
de finibus V 30, 92 442, 30
in dialogis de re publica 574, 31
Cincius 23, 19
Cinna 565, 3
Cleomachus 289, 14
comici *v.* incerti scriptores
Cornelius Epicadus 209, 9
Cornelius Severus 230, 18*
Crassus *orator* 571, 3
Cratinus 76, 1. 78, 24. 86, 30. 124, 10. 542, 20. 557, 4. 564, 12. 622, 13; 16
Critias 589, 20

Daphnis 506, 15
Demetrius Phalereus 23, 18
Democritus 573, 14. 589, 21
Demosthenes 566, 31. 568, 4; 13. 575, 23
Philipp. III 17 568, 7
de coron. 1 568, 5
Diomedes 555, 5. 565, 4, 572, 18. 573, 26. in II libro artis 568, 12
Diphilus 78, 22. 104, 5. 557, 2. 564, 10
Donatianus 275, 11
Donatus 200, 24. 565, 6. 573, 26. 577, 1. 644, 25

Ennius 28, 7. 56, 9. 211, 22. 216, 13. 284 7; 20. 449, 2. 450, 20. 454, 30. 466, 29. 468, 6. 569, 13. 612, 6. 613, 15. 615, 18. 616, 9. 634, 15*. 636, 26
Ephorus 570, 20. 573, 23, 577, 13
Epicadus *v.* Cornelius
epici 56, 5
Euanthius 565, 5. in commentario Terentii 554, 4
Euenus 607, 4
Eupolis 76, 1*. 78, 24. 124, 10*. 557, 4. 564, 12

Euripides 50, 31. 77, 9. 129, 25. 265, 15. 531, 7. 561, 14. 594, 23. 621, 6
Orest. 1287 353, 963
1369 121, 17. 384, 1960
Phoen. 239 302, 22
Rhes. 211 54, 11
Eusebius 573, 25

Fabius 23, 19
Faliscus poeta 379, 1816. Faliscum carmen 122, 12. 123, 18; 28. 385, 1998
Fannius 569, 14
Festus *v.* Aphthonius
Firmianus ad Probum 564, 7. 565, 2

Gellius 23, 19
Gorgias 573, 23. 574, 10; 15; 17
C. Gracchus 354, 988
grammatici *v.* incerti scriptores

Helenius 565, 4
Heliodorus 94, 7
Hermocrates 23, 19
Herodotus *hist.* I 12 562, 19
47, 55 562, 8
Hesiodus 607, 3
Hieronymus 573, 25
Hipponax 81, 12. 135, 15. 136, 13; 31. 257, 3; 23. 258, 5. 286, 3. 396, 2372. 397, 2398. 411, 2902. 519, 22. 522, 19. 523, 6. 525, 10. 529, 27. 558, 5. 559, 8. 560, 7. 562, 3
Homerus 50, 15; 25. 56, 25. 57, 11. 68, 11. 260, 21. 284, 2. 374, 1647. 502, 16. 587, 16. 589, 21. 607, 3. 622, 7. 623, 14. 633, 3. 636, 25
Ilias 56, 21. 210, 5. Margites 68, 14. 79, 12. 133, 31. 286, 3. 633, 28
Il. *Α* 1 36, 25. 505, 17. 517, 16
19 353, 962
43 298, 14
249 184, 5
457 298, 14
Β 852 344, 655
Γ 164 38, 3
182 506, 1
Ε 252 516, 13
Η 180 505, 25
Θ 2 73, 28
Ι 529 292, 3. 297, 30. 510, 15
Λ 46 505, 25
130 500, 16
Μ 208 67, 27. 383, 1928
Ξ 178 38, 6
Π 527 298, 14
Ψ 2 452, 20
Horatius 50, 27. 137, 32. 259, 5. 476, 5. 479, 18. 636, 30 (?)
carm. I 1, 1 147, 4. 150, 21. 161, 4. 259, 15. 267, 30. 268, 17. 295, 18. 302, 9.
Horatius *carm.* I 1, 1 404, 2656. 405, 2693. 501, 21. 536, 9. 537, 1
2 259, 16
2, 1 *sqq.* 116, 14. 155, 31. 161, 22. 167, 14. 171, 36. 266, 19. 271, 13. 294, 17. 296, 27. 535, 16. 591, 10
4 73, 6. 74, 25. 116, 16. 285, 3. 516, 28. 591, 14
2, 10 157, 18
15 157, 8
42 156, 33
45 157, 11
3, 1 *sq.* 74, 19. 118, 14. 119, 11. 146, 32. 163, 4. 297, 24. 404, 2683. 537, 24. 592, 9
4, 1 *sq.* 117, 21. 142, 29. 163, 22. 173, 14. 268, 28. 271, 8. 294, 12. 298, 6. 411, 2922. 529, 6. 544, 22. 545, 10, 592, 18
2 143, 27. 149, 17. 164, 16. 168, 37. 172, 12. 258, 27. 270, 27. 271, 11. 294, 15. 302, 24. 531, 19. 538, 22. 593, 14
5 544, 8
6 529, 12
7 544, 26
11 529, 24
12 136, 8. 541, 1
13 529, 17. 539, 19
5, 1 *sqq.* 152, 16. 164, 30. 267, 25. 299, 18. 408, 2799
3 74, 21. 145, 1. 151, 17. 292, 10. 516, 29. 592, 6
6, 1 *sqq.* 165, 9. 300, 3. 405, 2701
6 454, 16
7, 1 *sqq.* 116, 27. 165, 18. 170, 18. 172, 15. 300, 12. 388, 2100
2 269, 15. 591, 21
27 115, 6
28 115, 8
8, 1 *sq.* 53, 5. 86, 29. 87, 14. 101, 29. 144, 18. 165, 27. 173, 12. 270, 4. 300, 19. 517, 18
9, 1 *sqq.* 166, 12. 268, 6. 297, 12. 301, 12. 306, 15. 541, 6. 591, 4
7 541, 19
10 541, 7
12 269, 28
10, 1 167, 11. 302, 5. 535, 13
11, 1 150, 28. 167, 23. 269, 31. 296, 15. 405, 2716. 534, 14. 536, 3. 537, 3
2 536, 17
8 535, 22
12, 1 167, 21

Horatius
carm. I 13, 1 168, 5
15, 5 145, 1. 151, 17
18, 1 150, 30. 168, 1. 405, 2717. 539, 3
6 536, 21
19, 1 119, 13. 260, 18
20, 1 157, 22. 266, 24
22, 17 *sq.* 157, 1
25, 17 157, 14
28, 1 170, 22
2 74, 17. 170, 24
3 156, 21
36, 14 480, 17
II 1, 3 541, 10
2, 3 156, 28. 162, 27
12, 1 535, 26
18, 1 *sq.* 138, 16. 168, 18. 172, 26. 173, 15. 270, 19. 302, 15. 399, 2472. 530, 8
2 168, 34. 173, 1. 16
3 530, 8
7 530, 8
19 530, 5
22 530, 17
27 530, 21
36 530, 12
III 1, 1 591, 7
9, 1 119, 15
12, 1 *sqq.* 53, 3. 64, 23. 91, 12. 129, 27. 146, 17. 169, 8. 289, 23. 303, 1. 387, 2067. 542, 12. 613, 19
12, 2 616, 23
13, 3 119, 27
15, 1 119, 25
21, 11 *sq.* 159, 32
30, 1 405, 2694
IV 1, 1 150, 13. 259, 9
7, 1 *sq.* 104, 15. 169, 18. 303, 6. 379, 1809
2 101, 32
8, 1 405, 2695
10, 1 168, 3. 303, 11. 405, 2718
carm. saec. 1 *sqq.* 171, 28
epod. 1, 1 *sq.* 57, 21. 133, 10. 169, 25. 173, 4. 303, 20. 398, 2454. 518, 9. 522, 7. 593, 10. 594, 9. 638, 30
3 63, 24. 518, 9
4 137, 16. 640, 17
2, 1 *sq.* 52, 32. 79, 16. 81, 16. 82, 31. 102, 33. 134, 13. 137, 10. 141, 22. 143, 11. 168, 29. 169, 27. 286, 11. 395, 2360. 521, 11. 535, 19. 640, 15
2 102, 1
10 269, 8
33 639, 1
35 639, 4
3, 1 169, 29

Horatius
epod. 2 170, 3
5, 57 523, 7
69 524, 14
99 524, 5
6, 5 527, 17
12 527, 20
13 528, 1
7, 3 525, 19
5 525, 11. 528, 10
8, 18 528, 4
10, 1 79, 32
5 526, 10
8 527, 10
9 527, 12
10 527, 6
11, 1 *sq.* 170, 7. 303, 25. 413, 2969
2 102, 3. 170, 34. 173, 17. 271, 19. 294, 21. 543, 25. 639, 24
4 544, 1
8 544, 5
12, 1 *sq.* 170, 15. 303, 29
25 230, 20. 242, 14
13, 1 *sq.* 170, 29. 304, 1. 413, 2980
2 173, 18
4 271, 16. 294, 23
14, 1 *sq.* 171, 14. 304, 4. 412, 2962
2 520, 15
10 520, 16
15, 1 *sq.* 171, 17. 412, 2964
16, 1 *sq.* 171, 9. 304, 7
47 *sq.* 412, 2957
17, 1 171, 21. 304, 10. 393, 2270
15 522, 5. 527, 13
18 521, 6; 10
satir. I 2, 37 67, 7
art. poet. 73 50, 15
75 *sqq.* 510, 3
90 519, 12
220 82, 5
251 518, 15. 526, 20
254 *sqq.* 286, 19. 518, 18
257 519, 1
ex libris carminum et epodon versus primarum stropharum unius cuiusque carminis ordine metrorum dispositi leguntur p. 174 sqq.
Hymenaeus 609, 1
Hyperides 608, 5

Ibycus 126, 8. 256, 9
Incerti poetae 79, 18. 230, 18. 242, 12. 262, 16. 369, 1464. 376, 1701. 380, 1848. 386, 2045. 387, 2060. 400, 2517; 2533. 403, 2632. 409, 2857. 458, 12. 461, 28. 462, 1. 468, 6. 613, 7; 10. 614, 3*. 615, 16*. 616, 1*. 622, 11. 636, 30. antiqui 28, 4; 9. 66, 26. 139, 3. 217, 4.

260, 37. 265, 11. choliamborum scriptores 136, 30. Colophonius quidam 107, 11. comici 56, 4. 71, 10. 78, 10. 80, 30. 81, 27. 83, 19. 85, 14. 95, 21. 96, 20. 104, 5. 124, 9. 129, 25. 135, 25. 139, 3. 173, 21. 265, 10. 271, 1. 392, 2241. 396. 2394. 556, 22. 557, 22. 573, 16. 630, 8. comoediographi 490, 20. comoediae priscae auctores 133, 2. 135, 26. comoediarum veterum scriptores graeci 151, 24. 265, 15. elegiarii poetae 607, 3. epici 56, 5. Faliscus, Faliscum carmen 122, 12. 123, 18; 28. 379, 1816. 385, 1998. iambographi 81, 35. 132, 17. lyrici 57, 3. 58, 6. 59, 23. 88, 6. 95, 21. 96, 20. 138, 23. 173, 21. 264, 4. 271, 1. 594, 25. 600, 17. novi 28, 11. satyricarum fabularum scriptores 151, 25. tragici 59, 23. 78, 10. 80, 27. 81, 27. 82, 14. 83, 19. 85, 14. 95, 21. 96, 20. 98, 15. 132, 29. 139, 3. 173, 21. 265, 10. 271, 1. 391, 2205. 556, 22. 557, 20. vulgares 206, 9. *versus poetarum graecorum* 452, 24. 508, 1. 510, 28. 511, 13. 515, 5. 511, 5; 15. 522, 13. 523, 16. 524, 4; 13. 525, 1; 3; 18. 526, 9; 14. 527, 9. 529, 17. 534, 14. 537, 23. 540, 15. 542, 5. 545, 9. 561, 15. 562, 2; 3; 9. *ex latinis versibus ii quos grammatici ex carminibus incertorum poetarum receperunt indicati sunt. praeter hos sunt multi, de quibus non constat utrum ficti a grammaticis an poetis tribuendi sint*

Incerti scriptores 569, 4. 578, 2. antiqui 7, 31; 37. antiqui libri foederum et legum 11, 14. grammatici 3, 6. 23, 18. 71, 15. 149, 32. 259, 3. 263, 24. 267, 2. 268, 24. metrici 39, 6. 63, 14. 69, 13. 70, 3. 94, 6. 543, 16. 628, 13. musicae artis auctores 35, 11. musici 7, 14. 39, 6. 41, 17. 42, 26. 89, 17. 91, 12. 93, 2; 22. 94, 19. 127, 26. 134, 18. 149, 32. 259, 3. 263, 23. 267, 2. 268, 22. 278, 18. 366, 1354. 368, 1426. 608, 4. de orthographia 14, 2. 16, 6. 17, 25. philosophi 60, 7. rhythmici 39, 32. 366, 1354. technici 189, 4. 202, 17. 645, 34. technographi 454, 27

Isocrates 567, 4. 570, 19; 23. 572, 7; 26. 573, 24; 27. 574, 6; 12; 16

Iuba 88, 4. 94, 6. 546, 8. 562, 11; 19. 564, 1. 565, 6. 595, 13. 598, 22. 630, 3. in libro quarto 561, 11

Iulius Caesar Vopiscus Strabo 8, 9

Iuvenalis *sat.* 1, 34 237, 17*
3, 317 231, 6*
in II satirarum 6, 70 232, 11
in satiris 6, 353 231, 11

Lactantius de metris 209, 12

Laevius 261, 26

Licinius Calvus 9, 1

Licymnius 183, 30

Linus 50, 24. 589. 21

Livius Andronicus 8, 12. in fabula Inone 67, 31. 383, 1931

Lucanus *Pharsal.* I 1 108, 8. 616, 13
19 478, 16
72 475, 18
II 35 460, 11
338 219, 20
III 164 231, 6*
IX 367 38, 29

Lucilius 28, 4. 56, 11. 216, 14. 278, 19

Lucretius 448, 9
I 47 221, 11
186 216, 11. 448, 10
837 474, 21
860 474, 21
926 612, 1
941 504, 28
1063 450, 20
II 2 31, 28
25 220, 12
265 202, 19
927 445, 19
1097 450, 12
III 643 202, 19
1035 56, 9
1093 503, 6
IV 1 612, 1
16 504, 28
1207 28, 6

Lycorus 610, 12

lyrici *v.* incerti poetae

Lysanias 183, 30

Maecenas 262, 6; 11; 27

Martialis *epigr.* I 32, 1 28, 16

Mattius 397 2416

Menander 50, 32. 57, 14. 78, 22. 104, 5. 557, 2. 564, 10. 594, 24. in Phasmate 255, 11

Messala 9, 5

metrici *v.* incerti scriptores

Mimnermus 510, 6. 607, 3

Musaeus 502, 18. 589, 21

musici *v.* incerti scriptores

Naevius 8, 12. 79, 5. 139, 8; 19. 265, 14; 30. 266, 5. 400, 2515. 531, 7. 557, 17

Naucrates 570, 20. 572, 28. 573, 23

Nicocrates 608, 11

Nicostratus 608, 11*

Nigidius Figulus 8, 16. 21, 3

Orpheus 50, 25. 502, 18. 589, 20. 608, 10.

Ortuges 510, 5

Ovidius *amor.* I 2, 39 *sq.* 638, 20
art. am. I 295 *sq.* 291, 21. 624, 15
heroid. 15, 18 482, 1
metam. IX 715 481, 22

Pacuvius 77, 7. 613, 7*. 614, 3*; 13*

Paeon 499, 21

Periclymenus 609, 2

Perimedes 609, 2

Persinus 589, 21

Persius *prol.* 1, 2 560, 1
sat. 1, 87 487, 14. 489, 10
101 476, 5
Petronius Arbiter 138, 24. 153, 33. 399, 2489. 409, 2852
Phalaecius 381, 1883. *cf.* Philicus
Phalaecus 118, 11. 128, 10. 150, 25. 258, 14
Philemon 78, 22. 557, 2. 564, 10
Philicus 86, 16. 128, 10*. 263, 25. 264, 2. 381, 1883
Phillis 608, 5
philosophi 60, 7
Philoxenus 98, 22. 302, 20
Phrynichus 87, 20. 95, 2
Pindarus 126, 8. 256, 9. 545, 5. 608, 3
Olymp. I 1 515, 17; 25
Pisander 607, 3
Plato 573, 13. *Phaedr. p.* 245 159, 26
Plautus 79, 4. 135, 26. 234, 4*. 472, 4; 26. 490, 20. 555, 10; 21. 556, 18; 22. 557, 16. 558, 7. 559, 15. 560, 8. 565, 1
Amphitr. prol. 117 471, 10
I 1, 77 491, 3
Bacch. 19 471, 24
Capt. II 3, 87. V 3, 20 561, 8
mil. glor. I 1, 35 199, 12
II 1, 23 147, 24
Menaechm. I 1, 2 486, 10
Pers. III 3, 16 475, 26
Poen. V 1, 1 560, 28
Pseud. III 2, 28 473, 14
Rud. IV 4, 61 561, 4
Trucul. I 1, 76 449, 24
II 2, 4 433, 7. 490, 21
6 453, 20. 461, 25
Plinius 565, 5
Polyidos 608, 5
Pompeius, Cn. Magnus 8, 15
Pompeius Messalinus 575, 12; 16
Pomponius in Auctorato 276, 14; 16
Pomponius Secundus 115, 14. 121, 25. 384, 1965. 389, 2137
pontificum libri 12, 20
Praxilla 91, 30
Probus 565, 5. 573, 26
cathol. p. 7, 5 234, 4*
9, 25 231, 6*
42, 10 577, 8
43, 7 628, 34
Propertius II 1, 2 264, 10
Pythagoras 510, 5

Quintilianus 565, 4. 573, 26
inst. or. IX 4, 63 568, 4
73 568, 7
75 556, 19
97 568, 9

Regilli tabula 265, 24
rhythmici *v.* incerti scriptores
Rhythmonius 608, 10
Rufinus 558, 7. 565, 7; 9. 566, 6; 32. 567, 21. 575, 26

Sacerdos 565, 5
Sallustius 458, 1. 462, 1*. 471, 15. 479, 9; 17. 482, 23. 575, 17
in historiarum libro quarto 480, 8
Catil. 3, 2 445, 14
3, 5 444, 27
4 278, 15
5, 9 446, 8
8, 3 446, 9
11, 7 446. 10. 469, 9
15, 5 446, 11
16, 3 479, 19
20, 6 446, 5
31, 9 446, 10
37, 5 446, 3
53, 1 446, 4
54, 1 459, 19
Iugurth. 1, 1 126, 21. 442, 29
1, 3 470, 14
19, 1 470, 18
19, 3 235, 13
63, 6 202, 10
Sappho 50, 27. 110, 35. 116, 4. 118, 12. 120, 7; 18. 148, 14. 161, 19. 162, 22. 258, 15. 261, 4. 264, 4. 266, 26. 288, 18. 295, 21. 298, 3. 301, 6; 10. 344, 659. 389, 2148. 390, 2160. 401, 2548. 512, 1. 516, 23. 517, 6. 546, 9. 592, 10
Scaurus 565, 2. in Pseudulo 561, 2
Seneca 389, 2136. *Herc. fur.* 877 404, 2672
Septimius Serenus 53, 11*. 62, 4*. 77, 32*. 85, 1*. 86, 21. 121, 26. 122, 15. 125, 32*. 127, 28. 128, 6. 147, 11. 382, 1891. 384, 1975. 385, 1991. 403, 2629. 590, 8. 623, 30
Servius 573, 26
Severus *v.* Cornelius
Sesquiculus *v.* Iulius
Simonides 12, 10. 23, 16. 73, 10. 126, 8. 194, 15. 256, 10. 607, 4
Sisenna 565, 4. in Amphitrione 561, 6. in Aulularia 561, 8. in Captivis 561, 8. in commentario Poenuli 560, 28. in Pseudulo 561, 2. in Rudente 561, 3
Sophocles 50, 30. 594, 22
Sotades 370, 1510. 409, 2838. 542, 2
Statius *Theb.* I 596 237, 17*
Stesichorus 256, 9. 623, 9
Strabo *v.* Iulius

Telesilla 608, 2
Terentianus Maurus 83, 27. 565, 3. 573, 25
v. 1103 230, 13. 242, 8
1300 595, 11
1439 *sqq.* 575, 3
1814 123, 17
1848 118, 24
1864 127, 9
1935 68, 5
2061 64, 10
2154 111, 6
2173 *sqq.* 592, 12
2182 594, 16
2183 81, 8. 558, 1

Terentianus *v.* 2228 *sqq.* 560, 9
2401 594, 12
2403 81, 10. 558, 3
2514 139, 29
2537 592, 3
2571 118, 20. 149, 29
2588 149, 12
2594 118, 24
2831 153, 7
2860 153, 30
2863 593, 28
2888 96, 1
2889 *sqq.* 154, 27
2891 95, 27
2906 155, 3
Terentius 78, 20. 474, 12. 481, 8. 554, 8. 556, 18; 22; 24. 558, 7. 560, 8. 564, 8. 565, 1
Adelph. I 2, 8 455, 16. 459, 11
II 1, 42 462, 17
4, 21 481, 3
III 4, 1 447, 5
45 450, 2
IV 4, 1 556, 12
5, 77 559, 10
7, 32 449, 23
42 482, 22
Andr. prol. 1 454, 24. 558, 12
3 457, 16
I 1, 1 523, 17. 545, 19. 558, 15
22 460, 17
28 559, 23
41 559, 14
89 205, 3
137 468, 15
2, 4 558, 19
3, 1 446, 9. 558, 23
13 458, 20
5, 14 445, 24. 446, 1
II 1, 9 442, 26
2, 1. 3 559, 3
III 4, 10 447, 3
IV 2, 10 446, 12
5, 2 488, 14
13 451, 31
Eunuch. I 1, 1 434, 12
4 434, 12. 555, 27. 559, 22
II 2, 48 485, 27
III 1, 36 453, 16
4, 1 556, 17
IV 4, 29 445, 12
5, 6 467, 12
V 1, 12 445, 16
Heaut. tim. I 1, 1 445, 5
31 447, 8
41 468, 23
50 205, 2
2, 35 459, 2
II 1, 16 461, 21
3, 46 476, 21
107 443, 2
III 2, 3 445, 4
Terentius *Heaut. tim.* IV 1, 1 445, 23
V 2, 43 199, 10
Hecyr. II 2, 1 445, 9
III 1, 2 433, 4
2, 14 555, 9; 20. 559, 11
5, 45 199, 11
IV 1, 3 202, 17
3, 4 489, 14
V 1, 7 446, 10
3, 31 429, 33. 450, 9. 452, 10
Phorm. I 1, 1 555, 15
2, 8 199, 9
12 446, 11
2, 28 462, 28
II 2, 1 555, 2
3, 58 445, 17
Terpander 610, 15
Thacomestus 140, 3
Theocritus 66, 2. 114, 24. 292, 21. 623, 4
1, 1 389, 2129
28 114, 26
39 114, 28
Theoctistus 140, 3*
Theodectes 570, 24. 573, 24. 577, 13
Theodorus Byzantius 573, 24
Theophrastus 159, 8. 160, 18. 567, 21. 570, 26. 572, 1. 573, 24. 577, 12
Theopompus 567, 3
Thrasymachus 573, 23. 574, 7
Thyrsis 506, 15
Tibullus I 1, 4 127, 7. 264, 14
6 612, 12. 616, 15
Timotheus 608, 4. 610, 15
triumphatorum tabulae 265, 22. 293, 27
tragici *v.* incerti poetae
Turpilius 135, 26
Varius 60, 14
Varro, M. Terentius 4, 4. 53, 27*. 55, 11. 409, 2846. 410, 2882. 555, 5; 16. 565, 3. 573, 26. in cynodidascalico 261, 18. de lingua latina ad Marcellum 555, 11. in septimo de lingua latina ad Marcellum 556, 7; 14
Varro, P. Terentius Atacinus 60, 20. 147, 29
Vergilius 56, 25. 114, 29. 210, 5. 231, 6*. 260, 20. 292, 21. 587, 16. 636, 26. Aeneis 56, 21. *catalect.* 4, 9 iambico epigrammate 137, 23. 640, 27. *catalect.* 8, 1 306, 2376
Vergilius *bucol.* 1, 1 240, 10. 375, 1675. 513, 23
3 73, 12
11 22, 12
29 116, 24
32 445, 23
48 234, 2*
63 215, 8
81 *sqq.* 151, 11. 407, 2772
83 468, 9
2, 1 72, 11
6 115, 1. 142, 5

Vergilius *bucol.* 10 450, 24. 466, 13
22 472, 3
23 28, 12
24 638, 5
40 123, 16
65 27, 14. 30, 16. 218, 7. 587, 18.
68 445, 24
73 457, 20
3, 1 *sq.* 389, 2133
5 22, 19. 505, 19
6 448, 17
22 362, 1242
23 507, 3
32 504, 11
33 215, 12
44 513, 13
52 506, 26. 513, 5
60 292, 20. 303, 35
62 507, 8. 513, 15
63 446, 24
79 507, 6. 513, 11. 516, 16
83 507, 1. 513, 9
95 233, 10*
103 37, 5. 626, 9
105 462, 24
4, 39 506, 23. 513, 3
46 513, 25
49 505, 12
55 66, 29. 504, 13
5, 1 443, 1
2 503, 23
7 503, 18
18 507, 10. 513, 7
25 450, 21
56 513, 27
61 506, 21. 513, 1
67 503, 25
70 203, 23
72 388, 2096. 116, 22. 142, 1
73 164, 6. 505, 23. 514, 1
88 355, 1026
6, 9 457, 30
19 463, 1
47 31, 26
66 215, 10
7, 1 114, 32
17 203, 28
38. 42 465, 28
66 233, 10*
8, 21 73, 32. 110, 30. 123, 12. 142, 22. 378, 1770
43 28, 17. 626, 9
61 108, 31. 377, 1730
69 113, 31
108 218, 11
9, 1 221, 4
40 448, 19
42 448, 17
45 41, 27
Vergilius *bucol.* 9, 51 213, 3. 507, 13
10, 12 27, 17. 30, 19
19 360, 1191
20 32, 3 [587, 14
69 30, 5. 213, 4. 219, 13.
77 383, 1924
georg. I 7 *sqq.* 359, 1140
13 360, 1194
125 360, 1185
136 504, 21
150 508, 10. 513, 33
160 356, 1032
187 504, 17
221 29, 15. 360, 1188
245 514, 11
277 467, 16
287 237, 17*
289 463, 24
295 637, 9
313 201, 9
344 345, 682
362 514, 5
367 513, 29
397 347, 755
437 27, 16. 30, 14
446 221, 16
449 362, 1240. 511, 19
463 343, 611
478 204, 25
482 67, 18
512 27, 20
515 15, 25
II 1 429, 5
2 538, 15
69 *sq.* 222, 18
181 361, 1222
192 454, 9
261 358, 1117
278 362, 1255
373 345, 681
384 362, 1256
475 445, 8
479 360, 1194
483 445, 21
490 213, 20
542 461, 9
III 5 639, 29
6 71, 32. 73, 9. 151, 3. 260, 23. 292, 7. 407, 2780. 510, 20. 516, 8
18 27, 21
53 429, 4
54 282, 24
81 452, 10
89 465, 24
102 356, 1046
113 108, 3
189 284, 17
204 356, 1029
276 504, 5
368 508, 3
381 39, 1. 56, 5. 449, 8. 466, 26

Vergilius *georg.* III 428 358, 1104
449 212, 21. 637, 15
IV 168 210, 21
223 514, 9
228 237, 17*
256 513, 31
310 477, 17
391 361, 1217
Aen. I 1 26, 24. 29, 28. 37, 22. 52, 28. 54, 4. 61, 17. 63, 30. 65, 32. 102, 23. 108, 16. 116, 6. 128, 25. 162, 19. 240, 4. 282, 29. 284, 27. 356, 1032. 384, 1949. 385, 2006. 493, 23. 508, 8. 517, 17. 590, 1. 617, 3. 631, 27. 638, 11
2 38, 24. 121, 21. 285, 7. 612, 4. 616, 27
3 22, 11. 66, 15. 190, 9. 213, 2. 230, 8*. 232, 4*. 456, 17
4 214, 7
5 121, 19. 129, 3. 213, 1. 385, 2007
6 131, 11. 390, 2173. 623, 22
8 108, 16. 113, 29. 377, 1744. 514, 3
9 516, 18, 533, 8
10 514, 7. 516, 20
12 108, 16. 214, 12. 639, 27
13 221, 21. 463, 1
15 *sqq.* 65, 4. 67, 23. 504, 23. 633, 21
16 457, 4
17 214, 1. 215, 4
27 478, 20
28 362, 1264
30 38, 28. 452, 19. 479, 12
31 213, 22
33 516, 1
36 213, 15. 280, 3. 429, 2
37 22, 9. 448, 6
39 213, 18
41 626, 3
46 28, 25
47 362, 1240
50 362, 1238
60 467, 5
67 214, 9
70 339, 470. 444, 28
72 213, 24. 490, 13. 506, 4
108 466, 21
114 468, 4
118 39, 1. 448, 2
Vergilius *Aen.* I 122 475, 21
135 468, 14
148 464, 1
159 29, 29
160 363, 1276
162 465, 29
171 *sqq.* 455, 9
180 214, 3
183 214, 5
192 460, 6
194 488, 22
195 459, 34
212 450, 3. 457, 2
215 450, 23
223 429, 3
229 *sq.* 460, 31
242 465, 21. 469, 18
251 626, 2
257 447, 26
261 203, 12*
264 514, 15
279 214, 18
285 214, 16
295 428, 30
303 447, 17
315 464, 20
326 214, 14
341 475, 21
342 466, 31
379 67, 24
393 *sqq.* 457, 9
395 *sq.* 407, 2774
417 480, 26
423 498, 5
437 109, 12. 377, 1750. 447, 9
458 217, 21. 230, 8*
463 298, 14
486 472, 13
489 29, 14
490 339, 457
499 220, 19. 626, 35
505 454, 10
509 204, 6
522 503, 21. 512, 3. 515, 19. 517, 1
535 29, 8
570 445, 22
589 464, 8; 20
604 517, 9
614 454, 2
649 482, 3
663 460, 29
664 458, 9
684 645, 32
687 429, 5
689 488, 17
697 204, 5
711 482, 3
756 37, 14
II 1 285, 13. 453, 20. 505, 4. 517, 2. 623, 12. 624, 9
2 128, 26. 375, 1683.

Vergilius *Aen.* II 2 385, 2008. 448, 23. 505, 10. 517, 8
3 65, 19. 153, 5. 213, 27. 214, 28. 284, 28. 375, 1687. 408, 2832. 504, 20
5 544, 13
7 467, 29
11 22, 13
12 457, 27
15 464, 31
54 445, 15
56 35, 24. 197, 17
57 448, 19
60 472, 13
68 637, 28
84 470, 2
100 468, 16
104 22, 21
108 470, 5
110 432, 28
197 463, 9
198 362, 1239
204 30, 6
230 362, 1255
262 455, 33. 459, 10
304 464, 36
324 121, 15
355 339, 474
394 459, 8
413 194, 4
418 486, 2
500 217, 24
504 107, 29
510 66, 17
534 433, 4
632 447, 11
657 448, 6
664 22, 20. 27, 7. 31, 8. 36, 8. 37, 18. 230, 22. 242, 16. 375, 1667. 587, 22
715 452, 18
774 452, 16
785 28, 25
III 1 22, 11. 66, 11. 104, 20. 108, 31. 120, 20; 28. 145, 30. 148, 7. 355, 1024. 377, 1738. 380, 1844. 384, 1949. 501, 15. 504, 15; 30
3 450, 4
4 120, 20
11 116, 10. 390, 2167
13 645, 31
14 201, 8
17 28, 13
43 510, 18. 516, 7
44 487, 32
74 503, 8
77 292, 5. 297, 32. 299, 27
80 463, 12
Vergilius *Aen.* III 85 456, 32
91 30, 7
135 237, 12*
147 29, 31. 587, 11
179 67, 20
183 459, 1
190 445, 6
211 27, 15. 30, 21. 36, 15; 25. 63, 4. 72, 25. 230, 18. 242, 13. 374, 1654. 454, 20. 587, 19
212 30, 9
229 448, 13
237 466, 11
256 463, 19
270 230, 24. 242, 19
277 468, 3
319 615, 2
330 446, 23
340 454, 13
354 449, 2
359 456, 24
386 448, 18
454 445, 5
507 503, 14
517 29, 6. 220, 21. 503, 3
549 72, 6; 9. 632, 6
556 189, 15
588 29, 13
591 36, 19
617 30, 24. 230, 9. 242, 2. 587, 26
621 442, 29
641 463, 11
644 27, 20
647 27, 19. 30, 26. 230, 9. 242, 3
678 464, 26
IV 1 10, 13. 71, 29. 120, 27. 121, 14. 155, 15. 279, 15. 380, 1843. 384, 1950
6 466, 16. 467, 22
22 230, 22. 242, 17. 374, 1657. 587, 23
52 220, 22
93 461, 15
101 121, 14
112 444, 29
129 73, 17
141 465, 13
181 448, 8
222 219, 22
228 446, 11
281 498, 5
296 466, 8
315 210, 19. 214, 22
317 445, 14
327 445, 4
337 445, 1
347 27, 22
365 444, 29. 503, 27

Vergilius *Aen.* IV 379 446, 12
394 530, 1
419 453, 14
453 36, 34
471 37, 15
478 30, 3
503 28, 27
522 29, 31. 587, 11
547 211, 1
558 164, 1. 501, 26. 508, 12
569 442, 26. 447, 11
590 31, 9
591 36, 8
593 456, 5
606 446, 25
628 455, 23
661 450, 6
675 375, 1667
703 444, 26
V 3 637, 3
35 467, 1
46 362, 1243
64 446, 6
118 464, 29
153 467, 14
186 218, 19
233 37, 1
261 230, 20. 242, 15
308 31, 1
352 66, 23
356 445, 25
396 219, 19
407 460, 27
410 481, 17
428 38, 1
432 222, 5. 347, 759
456 463, 6
458 465, 5
459 511, 19
481 72, 7
521 219, 16
535 626, 2
541 463, 10
585 497, 18
589 30, 11
623 447, 10
629 511, 1
674 497, 18
691 444, 29
739 446, 21
757 463, 12
787 455, 14
VI 1. 2 120, 18. 155, 17. 384, 1951
12 461, 1
17 514, 13
33 212, 23
56 217, 11
116 451, 31
179 339, 461
203 428, 31
206 591, 17
225 220, 11
Vergilius *Aen.* VI 265 515, 8. 533, 3
275 458, 27. 463, 19
289 220, 10
347 445, 7
388 626, 13
501 453, 10
520 442, 30
529 449, 5. 453, 3
707 463, 28
708 463, 20
724 455, 27. 463, 4
727 447, 23
792 28, 1. 31, 2
803 449, 5. 453, 2
831 29, 12
841 67, 24. 231, 6*
844 362, 1255
VII 50 468, 19
147 467, 9
160 *sq.* 163, 32. 222, 12
178 222, 1
243 456, 27
268 457, 18
293 447, 5
299 445, 17
400 341, 532
410 27, 4. 29, 30
425 31, 30
426 361, 1218
501 481, 14
517 231, 9*
547 237, 17*
598 445, 22
626 486, 9. 490, 26
634 210, 10. 213, 13. 500, 19. 503, 10. 637, 12
654 230, 23*
674 339, 476
683 474, 30
718. 720 465, 7
731 217, 9
734 516, 14
744 444, 26
VIII 26 29, 31. 587, 11
42 505, 6
64 467, 10
83 194, 5
111 598, 3
172 445, 27
334 121, 15
344 361, 1223. 474, 20
351 469, 32
405 467, 25
425 37, 3. 362, 1252
426 488, 2
436 488, 3
458 361, 1213
475 445, 26
484 626, 2
530 598, 3
560 31, 32. 514, 25
596 501, 10. 511, 3. 615, 20

Vergilius *Aen.* VIII 599 546, 6
608 204, 24
610 230, 11. 242, 5
641 459, 5
649 459, 27
677 38, 25
691 464, 32
IX 1 444, 27
5 10, 12
7 30, 1
26 14, 5
47 194, 2. 275, 5
65 15, 24
138 230, 8*
144 469, 5
231 452, 4
279 445, 22
427 458, 16
430 242, 25
478 358, 1103
503 75, 6. 116, 1. 117, 15. 122, 32. 125, 23. 213, 8. 258, 22. 283, 25. 284, 19. 380, 1855. 444, 26. 501, 12. 502, 26. 504, 2. 511, 5. 533, 29. 596, 20. 638, 3
508 358, 1103
525 123, 11. 450, 2
600 443, 1
609 454, 18
610 28, 2
775 504, 19
X 1 72, 3. 119, 4
2 73, 30
47 455, 5
81 626, 13
149 456, 15
180 458, 5
199 475, 7
361 447, 26
394 230, 16. 242, 10
470 465, 22. 469, 18
493 230, 12. 242, 6
507 447, 10
611 28, 13
668 194, 7. 275, 9
705 478, 20
Vergilius *Aen.* X 743 444, 27
745 463, 23
761 463, 13
XI 1 73, 17
7 230, 23. 242, 18
16 22, 20
42 22, 9
118 452, 8
302 203, 25
309 72, 30. 230, 14. 242, 8
354 67, 19
368 467, 2
483 461, 3
510 460, 10
537 211, 3. 626, 26
660 450, 10
684 363, 1277
721 363, 1267
739 219, 11
775 479, 15
841 28, 14. 230, 8*. 280, 5
857 220, 20
890 546, 4
XII 2 282, 28
4 361, 1212
13 637, 6
41 10, 11
67 464, 22
68 455, 2
76 15, 26
144 376, 1709
161 456, 9
216 450, 14
256 35, 27
359 462, 5
429 197, 17
473 465, 10
572 230, 17. 242, 11
694 67, 8
772 66, 10
863 503, 16
905 452, 26. 546, 5
927 292, 25
931 445, 3
Victor 573, 26
Victorinus 556, 23. 557, 19. 565, 3. 573, 18; 25. 639, 15
Vopiscus *v.* Iulius

INDEX RERVM ET VERBORVM

A 32, 33. 328, 111. in e mutatum 10, 6. a finita nomina 231, 4. 276, 10. 471, 2. graeca neutra 276, 25
ablativus 190, 18. 235, 5. 427, 4. pluralis primae declinationis in abus 427, 5. graecorum nominum in is et in bus 276, 21
acatalectus 61, 8. 281, 11. 501, 7. 533, 23
accentus 188, 15. 192, 14. 203, 22. 204, 3. 231, 3. 242, 22. 274, 21. 451, 9. acutus 192, 18. 193, 21. brevis 193, 23. 274, 23. 275, 1. circumflexus 192, 22. 193, 23. gravis 192, 18. 193, 22. longus 193, 24. 274, 23. 275, 1
accusativus singularis 234, 10. pluralis 235, 16
acephalus hexameter dactylicus 67, 17. 452, 20. 636, 28. iambicus versus 135, 32. 137, 33. 395, 2349. 397, 2420. 621, 14. 631, 1
Achilles 273, 21. 498, 1.
acyrologia 453, 12
ad 10, 11. 450, 18. ad id locorum 202, 5
adeo 237, 17*
ἀδιάφορος v. indifferens
adiectio metrorum 271, 5. 294, 11
adonius, adonidius versus 73, 8. 116, 2*. 390, 2157. 516, 22. 592, 10. 629, 22
adsecla 276, 13
adspiratio 6, 3. 7, 9. 9, 1. 12, 6. 193, 26. 274, 23. 275, 2
advena 480, 7
adventus arventus 9, 16
adverbium 201, 13. 224, 20. 237, 8. 442, 14. adverbiorum significationes 201, 19. adverbialia nomina 202, 11
ae et ai 14, 1
Aegyptii 194, 12
aenigma 462, 19
Aeolii, aeolica dialectus 330, 162. 344, 645. aeolicum metrum 70, 18. 107, 9. 110, 34. 389, 2148. 511, 25. 590, 17. 623, 20*
aeschrionium metrum 105, 12. 293, 23. 299, 1
aeschrologia 453, 19
aeschylium dochmiacum metrum 538, 5
ai pro ae 14, 1
aio 487, 21
al finita nomina 231, 8
alcaicum metrum, alcaicus versus 81, 24. 88, 32. 111, 31. 126, 19. 143, 21. 166, 10. 172, 20. 268, 5. 297, 1; 9. 301, 16. 306, 10; 16. 541, 3; 10. 591, 2. 623, 20. 629, 17
Alcmaeo Alcumeo 8, 8. 9, 21
alcmanium metrum 73, 13. 115, 9. 521, 1
Alcmena Alcumena 8, 7. 9, 20
ἀληθινολογία 275, 15*
Alexis 482, 17
allegoria 461, 7
alsito 200, 3
ambages ambago 475, 17
ambitus 567, 6. 570, 15
ἀμετάβολα poemata 56, 23
Amisos 479, 18
amphibolia 455, 1
amphibrachys 41, 12. 45, 28. 207, 17; 23. 307, 16. 368, 1418. 498, 27. 615, 21. 644, 20
amphicolum metrum 523, 19. 545, 21
amphilipes choerilium metrum 110, 31
amphimacer amphimacrus 45, 29. 207, 17; 22. 307, 19. 368, 1428
amurca amurga 351, 898
amystis 480, 16
an finita nomina 232, 4
anaclomenon metrum ionicum 93, 23. 95, 26. 290, 7
anacoluthon 457, 23
anacreonteum metrum, anacreonteus versus 81, 24. 88, 28. 109, 8. 143, 24. 149, 33. 163, 5. 168, 6. 172, 6. 259, 2. 261, 24. 262, 19. 263, 15. 293, 11. 297, 26. 298, 1. 409, 2849. 514, 18. 520, 6. 529, 3. 536, 3. 593, 24. 615, 3
anadiplosis 458, 4
anadiplumenon metrum ionicum 290, 1
ἀνάκλασις 93, 23. 95, 26. 290, 7
analogia 7, 36. 275, 14
ananium trimetrum clodum 519, 22. 522, 15
anapaestus 40, 22. 42, 9. 45, 18. 70, 30. 207, 20. 307, 14. 367, 1403. 498, 22. in ionicis a minore 94, 30. 95, 12*. anapaesticum metrum 74, 34. 122, 28. 146, 6. 274, 14. 285, 14. 500, 20. 531, 20. 596, 1. 624, 22. dimeter acatalectus 267, 18. dimeter catalecticus 379, 1813. tetrameter catalecticus 52, 29. metrum anapaesticum logaoedicum 292, 27
anaphora 458, 7
anasceue 455, 19
anastrophe 450, 24. 462, 29. 466, 12
anceps 19, 11
ancilla 19, 11

ancora 19, 11. 21, 23
angelicum metrum 85, 27. 507, 20. 615, 1. 617, 5
Angitia 19, 11
anguis agguis 8, 11
angulus aggulus 8, 11
angustus 19, 11
Anio 474, 30
ἀνομοιομερής 59, 17
anquirit 19, 11
antapodosis 463, 21
ante 203, 23
antibacchius 207, 18. 367, 1411. *cf.* palimbacchius
antidactylus 45, 19. 75, 1. 126, 5
ἀντιπάθεια metrorum 102, 8. 104, 18
antiphrasis 462, 11
antispastus 42, 13. 47, 16. 64, 6. 87, 31. 208, 13. 308, 5. 370, 1478. 499, 15. 598, 17. antispasticum metrum 52, 23. 87, 26. 94, 13. 167, 25. 172, 7. 181, 6. 274, 15. 288, 17. 537, 16. 597, 25. dimeter catalecticus 87, 5. trimeter acatalectus 296, 10. tetrameter acatalectus 296, 14. brachycatalectus 53, 6. catalecticus 130, 26
Antisthenes 273, 15
antistoecha 29, 3.
antistrophe 52, 17. 58, 5. 295, 3
antithesis 452, 11
antonomasia 460, 24. 463, 14
anus 476, 21; 27
ἀπεμφαίνοντα metra 105, 27. 106, 17. 559, 25
apes 184, 1. 477, 16;
aphaeresis 452, 5
aphrodisiacum metrum 86,34
apocope 56, 6. 452, 9
ἀπόκροτον metrum 75, 23
Apollo 215, 18. 284, 9. 373, 1587. 502, 17. 610, 8; 12. 633, 2; 21
aposiopesis 468, 12
apostrophos 194, 5. 275, 6
aprepia 454, 29
aptota nomina 189, 19. 190, 19. 231, 6*
apud 450, 18. apur 9, 16
ar finita nomina 232, 9
arbos 7, 32
archebulium metrum 70, 18. 75, 21. 111, 26. 126, 7; 9; 16. 256, 7. 269, 25. 382, 1919. 544, 6; 11. 614, 7*. 615, 9*
archigenium tetrametrum anapaesticum 532, 25
archigona metra 283, 5
archilochium metrum, archilochius versus 51, 1. 73, 13. 81, 21. 84, 26. 85, 4. 115, 9. 122, 24. 134, 15. 143, 20. 163, 23. 165, 17. 166, 28. 168, 21; 33. 170, 25. 177, 9. 267, 3. 270, 26. 298, 22. 299, 16. 512, 10. 517, 12; 19. 518, 3. 520, 12. 544, 2; 19. 558, 25. 615, 9*. 621, 14. 622, 5
Archimedius loculus 100, 23. 271, 26.
Argos Argi 473, 16
argumentum 469, 11
arhythmia 43, 5. arhythmos 282, 21
Aristippus 273, 16
aristobolius versus 614, 7. 615, 9*
aristolochius versus 615, 9
aristophanium metrum, aristophanius versus 75, 33. 124, 9; 13; 19. 283, 9. 533, 5. 614, 2. 617, 2
ἀρκτικὰ κῶλα 74, 9
ἁρμονία 609, 17
Arpi 477, 25
Arruntius 10, 1
ars 3, 7. 187, 2
arsis 40, 5. 41, 25. 47, 6. 280, 10. 281, 5. 286, 24. 366, 1345
Artabazes 482, 25
articulata vox 4, 22. 5, 9. 189, 11
ἄρτιοι pedes 281, 8. χῶραι 80, 10
artus *angustus* 480, 23
artus *membra* 480, 23
as finita nomina 220, 7. 233, 2. 476, 1. 480, 2. graeca 220, 5. 476, 4. 478, 12
asclepiadeum metrum 51, 2. 109, 2. 147, 5. 150, 21. 161, 3. 163, 18. 167, 25. 172, 2. 259, 15. 268, 24. 283, 9. 295, 19. 305, 4. 306, 4. 501, 23. 536, 23. 537, 11. 539, 4. 590, 10. 629, 11
assiduus 10, 2
Asprenas 476, 2
Assyrii 194, 12
astismos 461, 19
asynarteta metra 88, 21. 102, 31. 103, 8; 13. 105, 24. 107, 1. 141, 4. 545, 16. per antipathian 546, 1
asyndeton 456, 3. ἀσύνδετοι versus 72, 10. 505, 15
ἀσύνθετα metra 114, 16
at 10, 11
ἀτελὲς pherecration 88, 26
Atellana 274, 8. 312, 9
Atthis 482, 1
Attis 480, 16
Attius 10, 2
au 339, 467
auctoritas 189, 5
audeo 430, 12. ausus 8, 5

B 7, 22. 18, 15. 33, 15. 331, 186
bacchicum metrum 259, 3. 263, 23. 264, 2. 268, 22
bacchius 41, 5. 43, 1. 45, 23. 96, 13. 207, 24. 307, 12. 367, 1411. 499, 6. 616, 6. in ionicis versibus 93, 11. bacchiacum metrum 96, 13. 127, 26. 149, 32. 403, 2608. 572, 18. anaclomenon 96, 26
barbarismus 451, 3. Afer 628, 21. Hispanus 628, 11
barbarolexis 451, 15
barrus 10, 1
Basilius 240, 11
basis 47, 3. 281, 5. 282, 3. 479, 14
bassaricum metrum 98, 8
bello bellor 450, 10
biformes litterae 6, 13. 7, 23; 27
boiscium octametrum iambicum 564, 1. *cf.* Boiscus
boo 491, 3
brachium 21, 24
brachycatalectus 61, 10. 281, 13. 501, 17. 533, 22
brachysyllabus 207, 16
bucolica caesura 65, 31. 114, 18. 240, 8. 623, 15. 389, 2123. bucolicum carmen 114, 21. bucolicus hexameter 292, 12; 17. 303, 32. 506, 7. tetrameter 512, 24. *cf.* caesura
bufo 475, 13
bustrophedon 55, 25

C 7, 22. 33, 20. 34, 6. 230, 21. 242, 15. 331, 195. 587, 21. geminatum 375, 1659. c et d in pronominibus 13, 24. c pro g 12, 22. 24, 11. c et q 13, 3. 16, 1. cm 8, 6. c finita nomina 234, 3. 471, 23
cacenphaton 453, 16. 461, 24.
cacophemia 462, 15
cacosyntheton 454, 17
cacozelia 455, 12
Cadmus 23, 14. 194, 13

caelum caelus 450, 11
Caesariensis 25, 2*
caesaries 25, 2
caestus 481, 16
caesura 64, 30. caesurae hexametri dactylici 70, 22. 114, 18. 120, 12. 214, 23. 240, 1. 284, 25. 375, 1670. 623, 15. 638, 6. 645, 24. post tertium trochaeum 153, 3. 375, 1685. post quartum trochaeum 375, 1695. bucolica 65, 31. 389, 2123. caesura pentametri elegiaci 110, 10. 112, 20. trimetri iambici 79, 19
calabrium metrum 122, 10. 126, 30. Calabri pastores 122, 11
calamitas kadamitas 8, 15
callimachium choriambicum pentametrum 536, 14
Cambyses 479, 8
camelus 17, 10
cantica 79, 3. 557, 15
Capitolium 26, 3
Capys 477, 35
Carbo 461, 27
carmen 52, 17. 54, 14. 609, 11
cassis cassida 479, 15
castus incestus 10, 7
casus nominum 189, 16. 222, 23. 483, 11. casus septimus 190, 4. 447, 13
catachresis 463, 3
catalexis, catalecticus 61, 1; 6. 71, 16. 164, 11. 281, 12. 369, 1469. 501, 5. 533, 21
catasceue 455, 20
Cato, M. Porcius 273, 13
caussa 8, 5
cedo *imperativus* 200, 19. 490, 19
Ceres 498, 11
cerno 200, 22
cestus 481, 16
ceveo cevo 487, 15. 489, 10
ch 490, 31. χ 12, 10
chaeremonium metrum 620, 7
charientismos 461, 19
Chloris 609, 1
choerilium metrum 70, 18. 110, 21. 607, 19
choliambus 81, 5. 135, 33. 258, 4. 293, 3. 557, 28. 559, 29. 562, 19
choriacum metrum 82, 13. 108, 20. 302, 20. choriacus tetrameter 607, 5. 613, 6
choriambus 42, 13. 47, 18. 64, 6. 86, 3. 87, 32. 127, 16. 208, 12. 259, 3. 370, 1485. 498, 17. 499, 14. choriambicum metrum 86, 1. 94, 13. 101, 28. 127, 4. 144, 16. 145, 31. 146, 10. 149, 32. 165, 29. 167, 25. 178, 18. 259, 3. 263, 23. 268, 21. 270, 8. 274, 16. 288, 5. 296. 17. 300, 21. 308, 7. 381, 1862. 402, 2607. 534, 9. 597, 1. monometer hypercatalectus 73, 7. 285, 4. dimeter catalecticus 172, 18. dimeter hypercatalectus 297, 23. trimeter hypercatalectus 130, 11. tetrameter acatalectus 53, 4. tetrameter catalecticus 172, 19
choricum tetrametrum 524, 17. *cf.* choriacum
chorius 45, 1. 86, 3. 127, 18. 128, 3; 7. 207, 10. 259, 4. 280, 14; 21. 288, 6. 307, 6. 367, 1386. 498, 15. 499, 15. 611, 6. 612, 25. 613, 3. 614, 15. 615, 5; 10. chorium trimetrum 530, 2
chorus 58, 8. 60, 1. 115, 13. 121, 17. 171, 26. 272, 6. 274, 15. *cf.* Satyri, tragoedia
chria 273, 7
χρῶμα 609, 17
cinaediambicum tetrametrum 526, 4
cithara 610, 9
cito 237, 17*
circuitus 567, 6. 570, 15. 614, 9; 13
claudus trimeter iambicus 81, 5. tetrameter trochaicus 84, 13. 622, 18. clauda metra 557, 27. *cf.* scazon
clausula versuum 60, 26. 79, 1. 556, 7. 557, 13. orationis 192, 4
cleomachium metrum 89, 32. 289, 14. 540, 17
cloaca cluaca 25, 9
cocus 13, 21
cohors 21, 24
colasis 465, 29. 466, 1
colobus versus 61, 12. 135, 32. 209, 5. 524, 8. 593, 11; 18; 24. 596, 18. 597, 20. 598, 9. 637, 13
colon 52, 16. 53, 26. 83, 3. 103, 25. 160, 34. 184, 9. 228, 1. 282, 27. 294, 27
colurum metrum 283, 12. 524, 8. 530, 19. 533, 20. 637, 13
comatus 201, 12
comma 53, 28. 184, 12. 228, 1. 282, 28
comoedia 274, 8. 312, 9. comica metra 50, 31. 57, 13. 78, 19. 81, 32. 85, 5. 132, 16. 134, 32. 182. 18. 518, 21. 622, 12. *cf.* comici poetae
compages compago 475, 17
comparatio adverbiorum 202, 14
compitalia 276, 18
composita vocabula 23, 8
con 18, 18. 19, 6. 204, 15.
concatenati versus 222, 9
concinnatio metrorum 271, 5. 294, 11
concussus 13, 21
conexa metra 141, 3
confusa metra 105, 27. 106, 17
coniveo 487, 13
coniugationes verborum 198, 27. 433, 9. coniugatio metrorum 53, 19. *cf.* syzygia
coniunctio 202, 20. 238, 17. 444, 21
coniunctus versus 214, 24. coniuncta metra 100, 3
conquinat 22, 7
consecratus 10, 6
consolor 198, 12
consonantes 5, 19. 6, 14. 32, 8; 27. 195, 10. 229, 6. 241, 8. 279, 9. inter se cognatae 18, 14. geminatae 8, 1. 9, 22
consuetudo 189, 6
contagio contagium 25, 10
conviva 276, 13
cordax 307, 7
cornicen 474, 11
corona 21, 23
Corybantes 499, 4
cotidie 13, 22
crasis 67, 5
Crassus 461, 27
cratineum trimetrum paeonicum 543, 1
cresco 200, 22
Creta 499, 4. Cretenses 497, 20. 498, 26
creticus 41, 2. 45, 29. 96, 10. 207, 17. 307, 17. 368, 1436. 499, 4. in hexametro dactylico 72, 24. 374, 1650. creticum metrum 542, 19
criminor 198, 13
crusma 183, 23. 609, 6
cum 13, 3. 204, 4
Curetes 368, 1436
curtus trimeter iambicus 135, 32. 302, 25

D 7, 23. 33, 24. 331, 201. additum in fine vocabulorum 15, 23. geminatum 38, 31. d et c in pronominibus 13, 24. d pro l 8, 15. 9, 17. 26, 1. pro r 9, 16. pro t 10, 10
dacrimae lacrimae 26, 2
dactylus 40, 21. 42, 8. 45, 15. 207, 19. 307, 15. 367, 1406. 498, 20. 637, 23. dactylicum genus 129, 17. dactylicum melos 256, 22. dactylicum metrum 70, 11. 208, 24. 282, 1. 283, 21. 502, 5. 589, 19. 623, 1. dimeter catalecticus 86, 22. 115, 1. 116, 4. 120, 5. trimeter acatalectus 119, 1. 147, 2. trimeter epicus hypercatalectus 167, 7. 172, 23. 178, 34. 180, 16. tetrameter epicus acatalectus vel catalecticus 114, 12. 141, 25. 165, 16. 166, 28. 170, 21. 172, 16. 177, 10. 178, 15. 181, 14. 268, 30. 269, 13. 298, 13. 300, 14. 388, 2093. *cf.* epos, hexameter, pentameter
dapes 472, 29
Dardanis 476, 15
dasia 193, 25
dativus singularis 234, 8. pluralis *v.* ablativus
de vel di *in compositis* 11, 3
dea deabus 427, 6
decet 450, 2
declinatio nominum 191, 10
definitio 4, 9. 188, 24
defrudo 24, 16
defrutum, 24, 15
degredi digredi 11, 3
Delphi 50, 20. 633, 23. Delphici 215, 21. 373, 1587. delphicum metrum 284, 7. 502. 15
deponens 198, 13. 429, 31. 631, 24
depositio 280, 10. 281, 10. 286, 25
detractio metrorum 271, 5. 294, 11
deus 15, 17
dextri pedes 182, 14. dextri versus 108, 24. δεξιὸν μέτρον 108, 19
di vel de *in compositis* 11, 3. 626, 33
diaeresis 449, 1. 459, 31. 561, 2. διαίρεσις metrorum 46, 30
dialyton 456, 3
Diana 220, 19. 626, 35
diapason 610, 19
diapente *sonus* 610, 18. *versus* 72, 10
diastole 194, 3
diatessaron 610, 18
διάτονος 609, 16
dibrachys 44, 13. 307, 4. 366, 1365
dichorius 90, 18
dichronae vocales 31, 19. 219, 8. 279, 6. 336, 357. 364, 1306
dico 433, 32
dicolos, dicolia 160, 35. 165, 25. 169, 19. 170, 10. 178, 19. 182, 6; 29. 294, 27. 297, 26. 298, 8
dictio 5, 2
diesis 610, 17
diestigmenon elegion 111, 14
diezeugmenos 610, 6; 14
digamma 7, 14. 15, 5. 23, 28. 330, 162. 344, 645
digredi degredi 11, 3
diiambus 47, 22. 208, 11. 308, 8. 370, 1491. 499, 18
δικαταληξία 62, 12
dimocron epicum 116, 3. 120, 8. 161, 28. 163, 1. 167, 16. 171, 34. 172, 5. 175, 30
dingua lingua 9, 17, 26, 2
diodorium anapaesticum tetrametrum 533, 9
Diogenes cynicus 273, 8; 23
Dionysius tyrannus 273, 16
dipenthemimericum archilochium pentametrum 512, 10. 517, 19
diphthongi 28, 26. 32, 4. 337, 390. 365, 1326. 586, 25
diphilium metrum 70, 17. 73, 22. 110, 21. 507, 20
diple 23, 3
dipodia 47, 5. 53, 19. 281, 2. 500, 31
dipygnum anapaesticum dimetrum 532, 7
discretio 188, 16
dispondeus 47, 13. 208, 7. 307, 22. 369, 1473. 499, 14
distichum 57, 9
distinctio 22, 25. 192, 7. 273, 2
districtus versus 214, 29
dithyrambus 59, 26. 567, 23. 572, 4. dithyrambicum metrum 50, 33. 129, 11
ditrochaeus 47, 24. 208, 10. 308, 10. 370, 1494. 499, 17. in antispasticis versibus 88, 16
diverbia 79, 3. 557, 15
divido 459, 31. 460, 9
divisus versus 215, 5
dochmius 308, 26. 566, 7. 568, 9. dochmiacum metrum 88, 24. 538, 5; 8
domo 491, 15
domus domos 9, 4. do 56, 9
dorius sonus 609, 18
dualis numerus 432, 8
duco 433, 32
dum 202, 5
duplices litterae 6, 22. 7, 24; 30; 31
dysphemia 462, 15

E 6, 13. 7, 23. 11, 7. 24, 2. 29, 1. 33, 1. 329, 116. η 11, 7. 24, 1. e pro a 10, 6. in i mutatum 14, 14. pro o 10, 22. e et u in modo gerundi 10, 23. e finita adverbia 224, 21. 237, 11. nomina 231, 5. 472, 16
ebria 276, 13
eclipsis 454, 12
ectasis 221, 19. 452, 17
ecthlipsis 66, 13. 453, 6
ἡγεμών 44, 20. 307, 3. 366, 1359
ego 28, 24
ei 8, 14. 11, 9. 17, 21. 24, 3. 66, 24. 338, 430
εἰσόδιον 99, 19
ἔκτριψις 66, 13
el finita nomina 231, 14
elegus, elegia 57, 6. 110, 17. 113, 15. 114, 3. 291, 18. 295, 7. 379, 1799. elegiacum metrum, elegiacus pentameter 57, 7. 65, 7. 105, 14. 107, 8. 127, 5. 142, 21. 145, 18. 159, 23. 161, 2. 264, 8. 268, 24. 291, 7. 296, 2. 376, 1721. 509, 15. 612, 11. 616, 12. 624, 3. 638, 15. 639, 13. elegion diestigmenon 111, 14. elegius scazon 111, 21.
elegiambus 145, 26
elementum 4, 26
elisio 22, 8. 219, 1. 448, 4
ellum 23, 17
embaterion 77, 23
emblema 276, 26
emendatio 188, 10
en finita nomina 232, 5
enallage vel enallaxis 449, 10
enarratio 188, 9
encomiologicum metrum 543, 26. 544, 2
encope 452, 5
endo 56, 9
enexo 491, 31
ἕνωσις in metris 46, 30

enoplios 111, 26
ἐνθουσιασμός 159, 15
eo *verbum* 434, 11
Eous 29, 11
epanalempsis 458, 11
epenthesis 452, 1
ἐφύμνια 59, 25
epicharmium metrum 84, 26. 622, 5
epidiorthosis 468, 18
epigramma 312, 8
ἐπίμικτον metrum 95, 8. sapphicum antispasticum 539, 16
epiploce 63, 11. 75, 3. 84, 2. 94, 10. 102, 18. 122, 28
episcazon trimeter iambicus 525, 5
episynaliphe 453, 1
epitheton 463, 8
epitritus 41, 18. 47, 32. 208, 18. 308, 12. 371, 1546. 499, 19. 644, 22. epitritus quartus in antispasticis versibus 88, 13. 167, 28
epizeuxis *figura* 458, 14. epizeuxis metrorum 93, 17
epodus 52, 17. 57, 3; 6. 58, 5. 104, 11. 114, 13. 115, 5. 116, 12; 25. 117, 20. 120, 6. 123, 10. 137, 8. 152, 18. 161, 17. 162, 2. 163, 11. 175, 30. 176, 18. 267, 1. 294, 27. 295, 4. 379, 1803. 607, 6. 639, 16. 640, 12. ἐπῳδικά 57, 17. epodicus pentameter 291, 7. 296, 2
epos 50, 11. 55, 19. 274, 12. 312, 8. heroum hexametrum 169, 19. 312, 4. epicus versus 284, 5. epica perittosyllaba 172, 9 epicon trimoeron 161, 30. *cf.* dactylicum metrum, dimoeron, hexameter
equa equabus 427, 7
er finita adverbia 224, 26. nomina 232, 14
ergo 28, 26
es finita nomina 220, 5. 223, 24. 233, 4. 476, 5. 478, 14. 479, 6. 480, 10. nomina gentium 221, 1
est detracta e littera 22, 14. 67, 4
etymologia 275, 14
eu 339, 467
Euander 23, 14. 194, 61
Eumenides 462, 13
euphemia 461, 23
eupolidium metrum 81, 23. 144, 7. 145, 36. 536, 10
eurhythmos 282, 22
euripidium metrum 85, 23. 98, 13. 105, 20. 302, 21. 529, 7. 538, 8. 621, 12
Eutychius 11, 2
ἐξηγητική 4, 3
exemplum 468, 33
existimo 22, 7
exoche 470, 8

F 6, 4; 24. 7, 14; 23. 18, 15. 23, 26. 34, 9. 332, 226. 349, 825. pro ph 451, 12
facilis, s littera 7, 29
facio 433, 32
famul 56, 10
fascia 15, 19
faunius versus 139, 1
femur 18, 11
fere 237, 12*
fero 200, 15. 491, 13
fervo ferveo 38, 25
fidicen fidicina 474, 11
figurae dicendi 228, 2. verborum 228, 3. 451, 24. sententiarum 228, 4
filia filiabus 427, 7
finales litterae nominum 7, 16. 196, 12. 276, 10. finales syllabae 231, 4. 240, 12. 625, 7. indifferenter positae in metris 31, 13. 36, 28. 37, 20. 63, 2. 67, 21. 209, 1. 219, 26. 284, 14. 240, 18. finales syllabae metrorum indifferentes 62, 28. 71, 18. 152, 28. 208, 27. 284, 13. 636, 17
fio 430, 31
flecto flexo 491, 30
forcipes 26, 11
formae verborum 200, 1
formum 26, 11
forus 26, 12
Franco 475, 9
frequentativa *v.* verba
frugi 9, 13
fuat 489, 14
fuit *producta* u 561, 4
funus fonus (?) 12, 2
fussus 8, 6
futurum tempus in am et in bo 199, 5

G 7, 24. 12, 19. 23, 26. 33, 21. 331, 197. geminatum 19, 20. pro c 12, 22. 24, 11. g et n 8, 11. 16, 13. 19, 11. gn 9, 6. G littera graeca 12, 21. 23, 26
Gaianus 496, 8
Gaius 24, 12
galeatus 201, 12
Galli sacerdotes 95, 24. 154, 26
galliambus, galliambicum metrum 46, 25. 95, 24. 154, 18. 261, 28. 271, 22. 290, 4. 410, 2887. 615, 5*
gaudeo 430, 34
genera verborum 198, 4. 429, 27
genetivus singularis 190, 10. 234, 6. primae declinationis in ai 14, 4. 449, 2. 561, 2. secundae declinationis in i et ii 221, 7. 473, 32. quartae declinationis in i 9, 2. in os 9, 4. in uis 9, 2*. in uos 9, 4*. quintae declinationis 483, 8. in ius correpta et producta i 626, 1. pluralis 235, 12. tertiae declinationis 190, 25. 427, 12. quintae declinationis 427, 19. neutrorum in ium et orum 276, 19
gentium 202, 5
genua 222, 5
git 482, 28. 483, 7
Glycerium 7, 20
glyconium metrum 74, 20, 118, 12. 119, 8. 144, 25; 28. 145, 4. 147, 1. 151, 14. 152, 2. 163, 5. 168, 6. 172, 6. 291, 25. 292, 8. 297, 27. 299, 24. 306, 4. 515, 11. 537. 20; 25. 544, 16. 592, 7. 629, 14
gnarus 9, 7
gnatus 9, 7
gnavus 9, 7
Gneius 24, 13
gnosco 9, 7
Gorfo 475, 13
gradus 189, 26
graecisso 431, 23
grammatica ars 3, 15. 188, 1
griphus 462, 19
guberna gubernacula 56, 11
gummi 473, 14
gyla 20, 2

H 5, 27. 6, 3. 7, 4; 24. 9, 1. 21, 20. 24, 8. 27, 21. 34, 3. 193, 26. 196, 1. 229, 14. 230, 11. 241, 22. 242, 4. 275, 3. 331, 213. 348, 784. 451, 7. 490, 31
hactenus hacetenus 9, 18
harena 22, 1
harmonica 609, 6
hastatus 201, 12
haud, hau 15, 21
heccedecasyllabum sapphicum metrum 167, 25. 172, 7. 181, 6. 302, 6
Hector 273, 21

hem 205, 1
hemiastaton 469, 31
hemidexium trimetrum dactylicum 514, 28. 544, 15
hemiepes 73, 10. 119, 4. archebulium 544, 11
hemiolius numerus *v.* sescuplum genus
hemistichium 53, 13. 54, 8
hendecasyllabus 116, 17. 120, 16. 139, 16. 142, 8. 144, 14. 148, 1; 9. 156, 12. 161, 5. 163, 6. 171, 33. 172, 3. 258, 12. 266, 23. 283, 10. 297, 1. 298, 21. 300, 30. 301, 22. 305, 17. 306, 16. 383, 1945. 401, 2545. 535, 9. 590, 21. 591, 2; 8. 614, 17
hephthemimeres dactylicum 384, 1957. *cf.* caesura
heri 237, 14
heroum metrum 50, 11. 64, 33. 69, 12. 70, 20. 151, 5. 209, 16. 283, 27. 374, 1644. 502, 15. 589, 20. 611, 24. 623, 5. 633, 1. herous pentameter 127, 5. 264, 8. 268, 14. 292, 23
hesternum 15, 15
heteromeres sapphicum metrum 290, 14
hexameter, hexametrus 209, 7. hexameter dactylicus herous 50, 11. 52, 26. 64, 31. 69, 12. 151, 5. 274, 12. 372, 1580. 611, 24. 633, 1. spondiazon 500, 14. iambo terminatus 68, 1. hexametri schemata 72, 12. 211, 18. 499, 25. 502, 23. 634, 10. virtutes 505, 15. vitia 636, 28. hexametrum heroum perissosyllabes 117, 19. 163, 25. 172, 9. 268, 30. 271, 8. 294, 13. 299, 2. versus ex hexametro ducti 107, 5. 141, 12. 146, 20. 616, 7. *cf.* dactylicum metrum. hexameter iambicus 209, 16. 372, 1580. 527, 14. 633, 15. *cf.* iambicum metrum
hic 27, 7. 30, 27. 36, 6. 230, 21. 242, 15. 587, 22. hice hicce 9, 18. 16, 2. 22, 17. 375, 1660. hoic pro huic 12, 2. huiusce 16, 1
hippius 41, 18. 48, 12. 89, 31. 167, 29. 307, 12. 367, 1397
hipponactium metrum 84, 17. 155, 1. 257, 1. 263, 17. 266, 8. 293, 3. 518, 22. 519, 22. 520, 17. 522, 15. 523, 3; 10. 531, 5. 540, 12. 545, 21. 559, 5. 594, 7; 10. 613, 3. 622, 19
hirmos 455, 25. 459, 13
hiulcatio 454, 19
hodie hocedie 9, 18. 237, 12*
ὁμοειδές 64, 28
homoeon 459, 24
homoeosis 463, 31
homoeoptoton 459, 6
homoeoteleuton 459, 3
homonymia 455, 4
honos 7, 32
Horatiana metra 160, 21. 174, 1. 266, 17. 278, 11. 294, 7
Hylas 196, 5
hymenaicum metrum 517, 4. 623, 8
hymni 59, 26. 498, 8. 502, 18
hypur 232, 11*
Hypate *Musa* 610, 2. *sonus* 610, 3
hyperbaton 23, 4. 466, 4. 568, 19
hyperbolaeos 610, 7; 16
hyperbole 465, 27
hypercatalectus 61, 13. 163, 30. 281, 13. 501, 24. 533, 24
hypermeter 164, 2. 212, 18. 222, 10. 637, 7
hypermixolydius sonus 609, 22
hyphen 193, 28. 275, 3
hypodorius sonus 609, 18
hypolydius sonus 609, 19
hypophrygius sonus 609, 19
hyporchema 46, 5. hyporchematicum metrum 92, 25. prosodiacum 545, 11
hypozeuxis 456, 20
hysterologia 466, 10
hysteronproteron 466, 10

I 5, 17. 7, 16; 25. 15, 13. 17, 18. 24, 18. 27, 7. 30, 10; 27. 33, 2. 35, 30. 36, 6. 195, 5. 229, 8. 241, 12. 325, 119; 146. 331, 434. 336, 500. synalipha exclusum 28, 17. 212, 24. geminatum 24, 21. 27, 9. 31, 15. 35, 22. 197, 17. 229, 10. 230, 4. 241, 14. in genetivo singularis 10, 17. 221, 7. in nominativo pluralis 221, 8. i finita adverbia 237, 14. nomina 231, 6. 473, 11. nomina graeca 221, 3. i et ei 8, 14. i et e 14, 14. i et u 9, 3; 5. 10, 24. 19, 22. iota graecum 17, 13
iacio, obicio subicio 626, 34
Iambe 498, 10
iambelegus 145, 25. 543, 20
iambus 40, 19. 42, 16. 44, 26. 69, 15. 79, 29. 84, 9. 132, 7. 207, 14. 307, 5. 367, 1382. 390, 2181. 498, 9. in fine versuum anapaesticorum 75, 20. in antispasticis versibus 88, 34. in choriambicis versibus 88, 6. in trochaicis versibus 80, 23. 83, 25. 84, 16. iambica basis in antispasticis versibus 90, 10. 102, 14. 130, 26. in choriambicis versibus 90, 10. 94, 25. 101, 28. 102, 14. 127, 25. 130, 12. iambicum metrum 79, 7. 286, 1. 517, 25. 562, 11. 593, 1. 620, 2. 630, 1. dimeter acatalectus 137, 8. 141, 21. 143, 29. 169, 32. 173, 3. 398, 2439 dimeter hypercatalectus 166, 20. 172, 22. 178, 32. 179, 20. trimeter acatalectus 50, 22, 52, 31. 131, 30. 141, 14. 146, 23. 274, 13. 372, 1580. 390, 2181. 555, 22. 557, 19. 560, 10. 607, 4. 612, 17. 633, 14. 638, 22. integer 136, 2. ὀρθός rectus 31, 7. 136, 24. 257, 11; 21. 286, 17. 287, 11. purus 518, 3. trimetri iambici genera 81, 25. 182, 13. 557, 19. 612, 20. trimeter catalecticus 143, 26. 168, 33. 172, 11; 27. 177, 16. 270, 25. 271, 11. 294, 16. 299, 10. 397, 2429. curtus 302, 25. colon trimetron hypercatalecton 301, 27. iambicus decasyllabus 143, 20. tetrameter acatalectus 133, 35. 393, 2273. tetrameter catalecticus 134, 32. 155, 1. 257, 2. 263, 17. 266, 8. 620, 3. octametrum iambicum 82, 26. 564, 1. iambica poesis 312, 8. *cf.* choliambus, scazon
Ianthes 481, 21
iaspis 477, 21
ibi 237, 14
icon 465, 23
Idomena, nympha 608, 10
ille ollus 9, 19*
illic illice 9, 19

immanifesta metra 105, 27. 106, 17
immutabiles litterae 6, 18. 7, 26; 29. 32, 10
improles 20, 9
in 18, 23. 20, 6. 204, 15
incestus 10, 7
inchoativa *v.* verba
incolio inchoo 490, 30
incola 13, 22
inconexa metra *v.* asynarteta
indifferens syllaba in metris 31, 13. 36, 28. 37, 20. 62, 28. 63, 2. 71, 18. 108, 20. 110, 10. 152, 28. 208, 27. 284, 13. 636, 17
infinitivus pro finito 450, 16
infirma littera h 7, 4; 25
inpersonalia *v.* verba
insons 479, 18
interiectio 204, 19. 239, 11. 447, 1
interlunium 25, 6
internundinium 25, 6
intervallum 609, 9
intro intus 450, 17
Iolaus 344, 657
Ion 499, 19
ionici 42, 20. 47, 25. 64, 6. 89, 20. 91, 11. 94, 14. 129, 20. 154, 1. 370, 1497. 499, 19
ionicus a maiore, metrum ionicum a maiore 52, 35. 89, 16. 128, 12. 146, 1; 18. 208, 8. 274, 17. 289, 1. 308, 3. 370, 1499. 385, 2011. 409, 2866. 539, 25. 598, 20. trimetrum 261, 19. septenarius 613, 14
ionicus a minore, metrum ionicum a minore 53, 2. 93, 1. 129, 15. 146, 16. 169, 7. 181, 31. 208, 9. 274, 18. 289, 17. 303, 1. 308, 1. 312, 5. 370, 1511. 387, 2056. 539, 25. 599, 20. 613, 18. 616, 22. metrum anaclomenon 93, 23. 290, 7. anadiplumenon 290, 1. ionicus a minore in fine versuum anapaesticorum 75, 16
Iotacismus 454, 25
ir 483, 7
ir finita nomina 232, 15
Iris 478, 19
ironia 461, 13. 462, 8
is finita nomina 233, 11, 476, 12. 478, 18. 479, 12. 480, 15. 482, 14
Isis 479, 14
ἴσοι pedes 281, 8. ἴσος λόγος 70, 26
ison 459, 17
Italia 221, 21
ithyphallicus 62, 14. 85, 28. 92, 14; 25. 103, 8; 14. 104. 18. 118, 10. 128, 14. 145, 16. 146, 4; 8; 12. 148, 4; 17. 149, 21. 164, 6. 177, 10. 255, 5. 258, 30. 287, 25. 293, 17. 294, 3. 298, 20. 306, 10. 380, 1840. 529, 13. 531, 6. 621, 8. ithyphallicum antispasticum 538, 23. trimetrum ionicum maius 540, 20. logaoedicum archilochium 544, 19, *cf.* phallicum, phalaecium metrum
iudicium 188, 11
Iupiter 473, 1. 499, 4
ius finita nomina 10, 17. 190, 13. 221, 5

K 5, 26. 6, 5. 7, 7; 25. 8, 16. 24, 6. 33, 28. 195, 19. 331, 204. 349, 797. 473, 17. 491, 7
kadamitas calamitas 8, 15
κακοτεχνία 3, 14. 187, 9
Kapitolium Kapitodium 26, 3
κινητικοί pedes in pentametro 108, 11
κοινὰ κῶλα 74, 9

L 6, 18. 7, 26. 34, 10. 229, 12. 332, 226. 349, 825. geminatum 9, 24. 17, 9. 38, 28. 452, 2; 18. l et d 8, 15. 9, 17. 26, 1. l et r 25, 23. l finita nomina 473, 19
labdacismus 454, 25
labos 7, 32
labrum lavabrum 9, 20
lac lacte lact 234, 4 471, 24 lactes 472, 4
Lacedaemonii 77, 24
laconicum metrum 98, 22. 112, 10. 533, 30
lacrimae dacrimae 26, 2
lagarus versus 67, 20. 637, 4
lasar 232, 11*
latinitas 189, 1
latro 561, 6
laurus 479, 2
lavo 225, 16. 488, 28
lectio 188, 8; 13
lectus 480, 32
lecythion 621, 12
lens lendis 478, 3
lens lentis 478, 3
lepos lepus 477, 30
Liber 118, 23. 499, 6
lichanos 610, 4
ligo 475, 16
Lingones 221, 1
lingua dingua 9, 17. 26, 2
liquidae litterae 6, 20. 32, 10. 36, 33. 38, 9. 216, 5. 230, 8. 241, 16. 279, 10. 350, 832. geminatae 361, 1208
litterae 4, 24. 5, 5. 6, 2. 11, 5. 23, 14. 31, 17. 194, 9. 229, 5. 241, 7. 328, 85. litterarum inventores 12, 10. 23, 14. 32, 18. 194, 11
litteratura 4, 5
logaoedicum metrum archebulium 70, 18. 111, 26. 292, 26. 544, 6. archilochium ithyphallicum 544, 19
longus versus 284, 7
loquela 17, 11
Loucetios 12, 18
loumen 12, 18
lucto luctor 429, 34. 450, 9. 452, 10
lurcho 475, 25. 491, 1
lustrum 55, 4
luxurio 452, 10
luxus 482, 21
Lycambes 398, 2457. 594, 24
lydius sonus 609, 18
lyrica poemata 113, 5. lyrica poesis 274, 8. 312, 8. lyricae cantiones 294, 28. lyricum metrum 50, 25. 57, 3

M 6, 18; 26. 18, 15. 34, 12. 332, 226. 349, 825. 454, 22. elisum 22, 11. 66, 13. 230, 8*. m et n 16, 3. 18, 18. ms 21, 12. mt 21, 13. m finita nomina 232, 2. 473, 30
macrologia 454, 6
Maecenas 476, 2
Maenas 476, 5
magnes 477, 5
mango 475, 17
ματαιοτεχνία 3, 15. 187, 13
Mavors 452, 2
Maximus 496, 13
maximus maxumus 9, 3
meditari μελετᾶν 26, 5
Melampus 477, 32
Meline, Melia 183, 30
μέλισσα 184, 1
melos 54, 13. 183, 29. 274, 16. melice 608, 1. melica carmina 296, 1. melici poetae 272, 6. melicum metrum 50, 25
memini 200, 18. 431, 1. 434, 3
mentior 199, 12

Mercurius 194, 12
merismos 460, 4
Mese 610, 2
mesites 207, 18. 307, 17
mesodos 295, 11
mesozeuxis 456, 16
messeniacum metrum 77, 20
μεταβολικά poemata 56, 24
metagnosis 470, 1
metalempsis 467, 4
metanoea 470, 1
metaphora 463, 7. 466, 27
metaplasmus 451, 24
metathesis 452, 12
Metelli 139, 19. 266, 5. 294, 4. 400, 2515
μεθύμνια 59, 28
metonymia 467, 7
metrica 607, 2
metroiacon metrum 95, 26. 154, 25
metrum 41, 28. 50, 4. 51, 6. 55, 8. 56, 12. 83, 4. 206, 1. 264, 21. 265, 6. 282, 7. 374, 1632. 500, 5. 586, 3. 588, 25. 610, 22. 631. 15. 633, 7. in orationibus 493, 25. metra composita 53, 13. 543, 13. simplicia 500, 6. *cf.* prototypa
Mezentius 196, 9
mico 490, 14
μικτά poemata 56, 23
mimiambi 397, 2416
mimica poesis 274, 9. 312, 9
Minotaurus 60, 2
miurus versus 61, 12. 67, 25. 142, 9. 383, 1929. 524, 7. 533, 18
mixolydius sonus 609, 21
mixtum metrum 95, 8. 100, 3. mixtus versus 215, 1
modulatio 188, 21. 609, 15
modi verborum 199, 17. 432, 18. modus coniunctivus 199, 21. concessivus 199, 21. gerendi 199, 22. hortandi 199, 22. imperativus 199, 20. impersonalis 199, 22. indicativus 199, 19. infinitivus 199, 22. optativus 199, 20. percunctativus 199, 23. promissivus 198, 31. 199, 20
modus, *rhythmus* 609, 9
molossiambus 145, 10
Molossus Cretensis 498, 26
molossus pes 41, 9. 45, 11. 207, 21. 307, 11. 367, 1396. 498, 25. in ionicis versibus 89, 31. 94, 29. 95, 18. pro choriambo 86, 12. molossicum metrum 98, 19. 540, 7
monocolos 160, 34
μονοειδὲς metrum 64, 28. 102, 16
monometron 53, 30. 78, 8. 85, 15
μονοπερίκοπον carmen 59, 13
monophonos littera k 7, 7; 25
monopodia 53, 18. 61, 2
monoptota 428, 18
monostropha carmina 59, 6. 162, 1. 167, 18. 266, 26. 294, 24
monosyllaba 192, 24. 483, 6. 626, 7
mora 192, 11. 273, 3
moveo 225, 18
mula mulabus 427, 7
Musae 610, 2
musica 4, 18. 158, 8. 183, 23. 588, 8. 607, 1. 609, 4
mustus 481, 12
mutae litterae 5, 20. 7, 3. 32, 11; 29. 195, 17. 229, 7. 241, 10. 331, 186. 349, 804
Muthul 473, 27
Mygdones 221, 2
myotacismus 232, 4. 454, 22

N 6, 18; 27. 34, 13. 332, 226. 349, 825. geminatum 9, 24. 474, 8. n pro gn 9, 6. n et g similiter sonantia, ng et nc 8, 11. 16, 13, 19, 11. n et m 16, 3. 18, 18. ns 24, 23. n finita nomina graeca 474, 15
naptas 480, 3 naphthas 481, 20
narat 17, 12
narus 17, 12. gnarus 9, 7
natus gnatus 9, 7
navus gnavus 9, 7
necto nexo 491, 30
nefandum 204, 25
nefas 204, 24
νεῖκος 338, 444
nemo 9, 11
nepos 455, 5
nescio 626, 8
Nete *Musa* 610, 2. *chorda* 610, 6
nisi 238, 21
Nolanes 476, 7
nomen 231, 4. nomina adverbialia 202, 11. monoptota 428, 18. participiis similia 200, 27. 443, 36. 479, 23. 480, 20. 481, 9. participialia 201, 11 propria 220, 14. nomina attica 7, 20. nominum litterae finitivae 7, 16
nominativus 189, 22. singularis 231, 4. pluralis 235, 8. in ii 221, 8
nosco gnosco 9, 7
novensiles 26, 1
novi 200, 18. 431, 1. 434, 3
nountios 12, 18
nullus 9, 11
numeri verborum 198, 18. 432, 7
numerus, *rhythmus* 41, 27. 228, 1. 610, 22. in prosa oratione 368, 1439. 565, 10
numquam nunquam 16, 3
numquid nunquid 16, 3
nunciam 561, 3
nymphae 284, 9

O 6, 13. 7, 27. 11, 7. 13, 7. 24, 2. 28, 28. 33, 3. 329, 121. pro e 10, 22. pro u 11, 16. 14, 23. in fine nominum 28, 8. 67, 21. 231, 6. verborum 28, 8. 67, 21. 225, 5. 236, 20. 626, 6. adverbiorum 237, 15. o finita nomina 474, 27. graeca 475, 6. ω graecum 11, 7. 24, 1
ob 18, 15
oblivio oblivium 25, 11
obsidio obsidium 25, 11
obsono obsonor 430, 1. 488, 22
octametrum iambicum 82, 26. 528, 8. 564, 1
octonarius 55, 17. 133, 35. anapaestus 614, 5. iambus 613, 9
ode 183, 22
odi 200, 18. 431, 1. 434, 3. odio 225, 21
odiossus 8, 6
Oedipus Oedipodes 477, 31
oi diphthongus 12, 1. 17, 18. 24, 3
oinos unus 12, 2*
oi finita nomina 232, 1
olere 26, 3
ollus ille 9, 19*. 452, 11
on finita nomina 232, 8
onomatopoeia 467, 18
optimus optumus 9, 3
or finita nomina 232, 15. 233, 12
oraclum 452, 8
oratio 5, 2. 192, 1
oratoria ars 187, 9
Orchus Orcus 21, 20. 491, 1
organum 610, 1. organica 609, 6

Orion 29, 4. 220, 21
ὁριστική 4, 3
Ormizas 482, 24
Orpheus, Orphaeus 66, 28
orthographia 7, 35
ος finita nomina 233, 12. graeca 478, 21. 480, 17
Othrys 482, 5
ου diphthongus 12, 15. ου diphthongus graeca 11, 11. 12, 15. 24, 3. 33, 13

P 7, 27. 18, 15. 33, 15. 34, 6. 331, 186. geminatum 10, 1. additum post m 21, 12
paeones, paeonicus rhythmus 41, 9. 42, 26. 47, 30, 96, 10. 104, 30. 208, 14. 308, 19. 371, 1532. 397, 2405. 499, 21. paeon tertius in antispasticis versibus 88, 18. in ionicis versibus 93, 12. paeonicum metrum 96, 9. 264, 17. 274, 19. 283, 18. 290, 27. 542, 19. dimeter acatalectus 146, 14. trimeter catalecticus 146, 12. tetrameter catalecticus 53, 8. 124, 13. paeon duodenarius 614, 10
παιάν 50, 21. 59, 26. 215, 23
palam 429, 11
Palamedes 23, 16. 194, 14
paliambicum comicum trimetrum 522, 8
palimbacchius 41, 6. 45, 26. 96, 13. 207, 18; 25. 307, 13. 499, 7. 616, 4. *cf.* antibacchius
palintrochaicum trimetrum 530, 2
palus 234, 2*
Pan 474, 19
pancration metrum 621, 5
pango pepigi 490, 28. pepigi 431, 1
Panthys 482, 5
parabola 464, 1
paradigma 465, 19. 469, 16
paragoge 452, 3
paragoga metra 291, 4. 294, 10
paramese 610, 6; 16
paranete 610, 6
parauxesis chronice 43, 12. 49, 14. 83, 17. syllabice 43, 11. 83, 15
Parcae 461, 23. 462, 12
parco 433, 3
parenthesis 466, 6
parhomoeon 458, 29
pariambus 44, 13. 307, 4. 366, 1369. 639, 3
Parilia Palilia 25, 23
pario 488, 12
Paris 478, 19
πάρισοι pedes 281, 8
Parnasia nympha 610, 13
parodicum metrum 620, 3*
paroemia 462, 25
paroemiacum metrum 105, 16
paronomasia 458, 18
παρωρισμένον metrum 292, 16
participium 200, 26. 224, 16. 238, 4. 443, 16. verborum defectivorum 430, 32. impersonalium 431, 26. participia nominibus similia 200, 27. 443, 36. 479, 23. 480, 20. 481, 9. participia nominativa 201, 11. participalia nomina 201, 11
partio partior 460, 4. 488, 20
parypate 610, 4
πάθη 159, 11
patrisso 431, 23
Pelasgi 194, 17
pentameter elegiacus 57, 7. 65, 7. 105, 14. 107, 8. 127, 5. 142, 21. 145, 18 150, 23. 161, 2. 264, 8. 268, 14. 291, 7. 296, 2. 376, 1721. 509, 15, 612, 11. 616, 12. 624, 3. 638, 15. 639, 13
penthemimeres dactylicum, elegiacum, epicum 169, 20. 170, 32. 173, 6. 183, 5; 8. 291, 15. 296, 3. 375, 1673. 624, 7. penthemimeres tome dactylica, elegiaca 142, 20. 145, 22. 148, 34. iambica 145, 22. 149, 1. *cf.* caesura
pepigi 431, 1. 490, 28
percunctativus modus 199, 23
περικοπή 59, 12
periodus 54, 1. 55, 1. 58, 13. 59, 7. 76, 28. 165, 14. 228, 1. 295, 9. 567, 6. 570, 16. δυωδεκάσημος 73, 33
periphrasis 467, 20
περισσοί pedes 281, 8. περισσαὶ χῶραι 80, 8
perissologia 454, 3
perissosyllabes hexametrum 117, 19. 163, 25. 172, 9. 268, 30. 271, 8. 294, 13
permutatio metrorum 271, 5. 294, 11
Perses 479, 8
personae verborum 198, 24. 432, 14
pertermine 14, 21
pes, pedes metri 40, 14. 43, 8. 207, 4. 280, 9. 307, 1. 365, 1340. 497, 6. 588, 1. 589, 4. 610, 23. 641, 1. 646, 1. pedes pentasyllabi et hexasyllabi 48, 24. 499, 23. 588, 2. pedum divisio 40, 23. 42, 7. 366, 1350. 372, 1567. 644, 18. pedales figurae 70, 14
ph pro f 451, 12. φ 12, 10
Phaethon 66, 20. 147, 29
phalaecium metrum 115, 25. 117, 13. 118, 6; 10. 120, 17. 121, 11. 124, 2. 127, 4. 128, 10. 139, 21. 142, 13; 28. 143, 2. 148, 6; 17. 156, 21. 258, 12. 260, 32. 261, 18. 266, 23. 283, 8. 293, 4. 300, 30*. 381, 1884. 537, 4. 539, 7. 590, 21. 614, 17. 616, 18. 629, 9. *cf.* ithyphallicum, phallicum, philicium, metrum
phallus 293, 21. 380, 1847. 529, 20. φαλλοφόροι, φαλλῳδοί 293, 23. phallicum metrum 115, 25. 117, 13. 139, 21*. 142, 28*. 143, 2*. 168, 26. 266, 9. 268, 30. 401, 2555. 402, 2594. 412, 2942. *cf.* ithyphallicum, phalaecium metrum
Phemonoe 284, 7. 633, 2
pherecratium metrum 74, 22. 119, 20. 144, 27. 145, 6. 151, 14. 152, 6. 164, 35. 172, 13. 177, 27. 292, 8. 297, 28. 299, 23. 538, 12; 16. 592, 4. 629, 16. ἀτελές 88, 26. trimetrum symptycton 515, 21
Philaenis 476, 15
philicium metrum 86, 16; 27. 127, 4*. 263, 22. 381, 1884. 536, 18 *cf.* phalaecium metrum
Phoebus 473, 2
Phoenices 194, 12
phrygius sonus 609, 18
phrynichium metrum 87, 20. 97, 24. 534, 16
pilum 18, 3
pindaricum metrum 535, 4. 545, 3. 629, 18
πλανήτης 60, 11
plasma 282, 19
platonicum metrum 145, 14
pleonasmus 454, 1

poema 276, 27. poema, poesis 56, 19. 274, 1. 312, 7
poeta 56, 16. 159, 24
poetice 56, 18. 274, 3. 608, 1
polleo 200, 22
polluo 200, 22
πολυπερίκοπον carmen 59, 14
polyptoton 455, 22
polysyndeton 455, 31
Pompeius 461, 30
pompicus 45, 27. 207, 18
poplus, populus 62, 4. 130, 15
porca praecidanea, praecidaria 25, 16
porrum porri 473, 16
positio syllabarum 27, 1. 29, 20. 35, 6. 197, 9. 216, 7. 231, 1. 242, 20. 279, 27. 341, 545. 355, 1019. 364, 1320. 587, 5
positio, *thesis metrorum* 280, 10. 281, 6
positura 273, 1
posquam 22, 11
post 203, 26
potisso 431, 24
P. R. praetor, populus Romanus 23, 7
praecidaria, praecidanea, praesentanea porca 25, 16
praegnas 477, 4
praepositio 203, 13. 239, 3. 428, 28. praepositiones cum adverbiis 202, 16. pro adverbiis 203, 22
praesepes, praesepe 472, 25
praesidium praesilium 9, 18
praetextata fabula 274, 8. 312, 9
pratum 463, 26
praxillium metrum 91, 30. 129, 7. 538, 20
priapeum metrum 50, 33. 119, 7. 144, 28. 150, 32. 165, 3. 215, 5. 260, 12. 268, 1. 283, 10. 291, 23. 297, 29. 299, 23. 406, 2752. 408, 2812. 510. 12. 516, 3. 615, 11. 617, 5. priapeus versus bucolicus 292, 12. priapeum sapphicum antispasticum 539, 10
privilegium 21, 18
pro in compositis verbis 626, 33
pro *interiectio* 204, 26
probatio 468, 30
proceleusmaticus 47, 12. 101, 19. 147, 16. 208, 7. 264, 26. 307, 20. 369, 1460. 499, 11. 624, 1. in anapaesticis versibus 78, 4. 546, 2. in dactylico hexametro 222, 5. 452, 25. 546, 2. cum dactylico penthemimeri 623, 29. proceleusmaticum metrum 52, 23. 70, 2. 96, 14. 98, 16. 101, 19. 264, 26. 283, 18. 290, 20. 452, 21. 500, 20. tetrameter catalecticus 53, 10. 147, 17. 369, 1462. 532, 16
prolempsis 456, 7
prologi 78, 24
promesozeuxis 456, 29
promiscue 10, 8
promissivus modus 198, 31. 199, 20. 432, 21. 435, 20
pronomen 236, 3
pronuntiatio 188, 17
proodos 295, 10*. proodicon 57, 17. 163, 11. 165. 23. 168, 23. 176, 19. 178, 20. 181, 24
prosa oratio 113, 1. 368, 1439
proslambanomenos 610, 3
προσῳδίαι 43, 26
prosodiacum metrum 124, 3. 625, 1. hyporchematicum 545, 11
protheseon parallage 458, 9
prothesis 451, 30
prototypa metra 52, 21. 69, 6. 93, 18. 96, 14. 100, 4. 104, 26; 30. 160, 22. 167, 24. 274, 11. 283, 4. 291, 3. 312, 14. 500, 6. 588, 21. 600, 25
proxumus, proxymus 20, 3
προῦμνια 59, 28
prozeuxis 456, 25
ψ 12, 12. 20, 12
ψευδοτεχνία 3, 14. 187, 11
psile 193, 25
pulcher 22, 1. 491, 1
punctum v. distinctio
pungo 490, 28
puppes 477, 12
pus 483, 7. 477, 29
pygnomus 45, 9. 207, 17. 307, 10
pyrricha 44, 21, 366, 1366. 497, 17
pyrrichius 40, 17. 44, 13. 69, 17. 207, 12. 307, 2. 366, 1359. 497, 16. 615, 15
Pyrrichus Cydonius 497, 19
Pyrrus, Achillis filius 497, 21
Pythagorei 333, 250
pythium metrum 50, 19. 69, 19. 215, 16
Pytho, pythius draco 50, 19. 215, 18. 284, 8. 373, 1586. 633, 23
Q 5, 26. 6, 5. 7, 28. 8, 16. 9, 1. 12, 19. 13, 3. 16, 1. 23, 26. 33, 28. 195, 19. 331, 205. 346, 696. 349, 800. 488, 9. 491, 20. Graecorum littera 12, 19. 23, 26
quadratus versus 78, 26. 109, 28. iambicus 134, 5. 263, 17. 266, 8. 393, 2274. paeonicus 264, 18. trochaicus 134, 16. 288, 4. 393, 2280. 613, 6. 622, 6. 641, 2
quadrupes δυωδεκάσημος περίοδος 73, 33
quaeso 491, 26
quaestus 481, 13
quamquam quanquam 16, 3
quando 237, 17*
quatenus quatinus 14, 14
querela 17, 11
questus 481, 13
qui. cuius, quoius 13, 10. cui 345, 674. quis, quibus 427, 10. 428, 12; 21
quicquam quidquam 13, 24
quicquid quidquid, quocquod quodquod 13, 24
quis 449, 24
quot quod 10, 10
quum qum quom 13, 3

R 6, 18. 7, 12; 28. 34, 6; 15. 229, 12. 332, 226. 349, 825. geminatum 10, 1. 17, 9. r pro d 9, 16. pro l 25, 23. pro s 7, 31
rapio 488, 8
ratio 189, 4. 275, 13
reboo 491, 4
reciproci versus 113, 11
redduxi 38, 31
regnatus 201, 7
relligio 452, 18
reliquiae leriquiae 452, 13 relliquiae 38, 28. 452, 2; 19
rettuli 38, 29
rhapsodia 56, 20
rhetorica 227, 26. 228, 5
Rhinthonica fabula 274, 9. 312, 9
rhopalius versus 505, 28
rhythmopoeia 43, 3
rhythmus 41, 22. 44, 6. 49, 12. 60, 5; 29. 89, 24. 92, 24. 93, 7; 21. 96, 15. 98, 11. 113, 1. 183, 27. 206, 7. 264, 21. 265, 6. 274, 19. 282, 16. 374, 1632. 586, 3. 588, 25. 608, 10. 609, 7. 631, 13. rhythmorum genera 40, 17. 42, 7. 366, 1350. 372, 1567.

644, 18. rhythmicae modulationes 39, 13. rhythmica 609, 6
rigidae litterae 7, 11; 22; 23; 24; 28
rursus rursum 448, 13. 449, 12

S 6, 24. 7, 29. 34, 16. 72, 29. 229, 13. 230, 12. 241, 19. 242, 7. 332, 226. 352, 908. 356, 1056. geminatum 8, 5. 10, 2. in fine vocabulorum omissum 28, 3. 216, 12. 448, 8. 561, 8. in r mutatum 7, 31
sacratus 10, 6
sal sale 473, 23
salve salveo 433, 7. 490, 21
Samnis 18, 8. 224, 13
sanguis sanguen 474, 22
sapio 488, 8
sapphicum metrum, sapphicus versus 51, 2. 70, 18. 105, 9. 107, 9. 110. 35. 116, 17. 130, 30. 144, 14. 146, 1: 13. 156, 12. 161, 17. 163, 6. 167, 25. 171, 33. 172, 3; 7. 181, 6. 266, 23. 290, 14. 297, 1. 300, 30. 302, 6. 305, 17. 401, 2547. 412, 2943. 511, 25. 517, 4. 535, 9 539, 10; 16. 591, 8. 629, 21
sarcasmus 462, 4
Saturnalia 276, 18
Saturnia urbs 283, 14. 293, 25
saturnius versus 138, 30. 143, 29. 265, 7. 283, 13. 293, 24. 399, 2497. 531, 3. 594, 4. 615, 7
Saturnus 499, 5
Satyri, satyrici chori 82, 2. 99, 19. satyrica fabula 274, 8. satyricum metrum 151, 26. trimetrum iambicum 81, 37. 182, 20. tetrametrum trochaicum 85, 5. 622, 15. tetrametrum colurum 526, 11
Saxon 474, 18
scazontes versus 81, 5. 84, 13. 118, 25. 135, 32. 136, 13. 137, 33. 155, 1. 164, 14. 257, 3. 258, 5. 283, 12. 293, 2. 299, 12. 396, 2371. 397, 2400. 557, 27. 559, 30. 562, 19. 622, 18. scazon elegius 111, 21. *cf.* hipponactium metrum
schema 471, 9
schemata *figurae* 455, 3. σχήματα ποδικά 70, 14.
schemata hexametri heroi 72, 12. 211, 18. 499, 25. 502, 23. 634, 10. anapaestici metri 531, 22. iambici metri 527, 1. trochaici metri 529, 1
schesis onomaton 458, 25
scio 28, 17. 199, 8. 626, 8.
scisco 17, 7
scolius 307, 17
sed sedum 10, 13
sella 26, 3
σημεῖον 43, 25
semipes 65, 5
semitonium 610, 17
semivocales 5, 20. 6, 16. 32, 9; 29. 195, 11. 229, 7. 241, 9. 332, 222. 349, 812
senarius versus 55, 17. 79, 8. 132, 10. 138, 35, 209, 17. 274, 13. 286, 14. 391, 2192. 556, 19. 612, 17. 633, 15
senati consultum 9, 2
sententia 191, 24
septenarius iambicus 555, 5; 16. 556, 15. 613, 12. ionicus 613, 14
sepulcrum 21, 23
Serapis 477, 21
sero 237, 17*
servio 199, 11
sescuplum genus numeri 40, 29. 42, 27. 47, 30. 366, 1352 372, 1577. 645, 12
sica 18, 4
Sicco 475, 9
sicilicus 8, 3. 23, 3; 7
signum 469, 13
simmium metrum 511, 7
simonidium metrum 73, 16
Simplicius 496, 14
simul semol 9, 20
sinapi sinapis 473, 14
sinciput 482, 29
sinistri pedes 182, 15. versus 108, 24
soleo 430, 31
soloecismus 449, 15
soni musici 609, 17; 610, 3
sons 479, 19
sorbeo sorbo 485, 24. 490, 11
sorix saurix 26, 7
sotadeum metrum 51, 1. 77, 32. 84, 23. 91, 22. 131, 1. 144, 10. 153, 12. 255, 2. 261, 16. 263, 4. 271, 22. 274, 17. 283, 8. 289, 14. 370, 1509. 540, 6. 541, 20. 622, 4 sotadeus, sotadicus 128, 13. sotadii pedes 47, 2
sotericum metrum 115, 25
spero 453, 15
spiritales litterae 7, 9; 22; 28; 29
spondaulae 44, 23
spondeus 40, 18. 44, 21. 207, 11. 307, 4. 366, 1375. 498, 6. in hexametro 70, 24. 71, 18
spondiazon versus 72, 4. 112, 7. 209, 19. 211, 20. 215, 20. 284, 23. 500, 17. 503, 1. 532, 23. 615, 17. 616, 6; 8. 637, 10. spondiazon, spondiacus 112, 8. spondiadeus 500, 11. 637, 26
sponte 472, 31
stasimum 76, 28
stellae erraticae 60, 6
stesichorium metrum encomiologicum 543, 26
στίχος *v.* versus. κατὰ στίχον 56, 23
strideo strido 486, 2
strophe 52, 16. 58, 5. 295, 2. tetracolos 405, 2707. *cf.* monostropha carmina
structor 493, 8
structurae 192, 5. 308, 30. 492, 27. 568, 23. 627, 1
suadela 17, 11
sub 18, 25
sublatio, *arsis* 280, 10. 281, 5. 286, 24
subligar 232, 11
subdistinctio 192, 13. 273, 5
suffio 487, 28
sumptus 481, 8.
sumus simus 9, 5
sus 476, 27. 480, 1
susarionium metrum 545, 7
sustollo 491, 12
Suthul 473, 27
συγκεχυμένα metra 105, 27. 106, 17
Sylla 20, 3
syllaba 5, 12. 6, 10. 34, 25. 26. 15. 29, 16. 31, 21. 196, 18. 229, 16. 241, 27. 279, 21. 364, 1314, 586, 12. 609, 13. syllabae communes 27, 11. 36, 9. 63, 4. 72, 23. 217, 17, 219, 9. 230, 7. 242, 1. 340, 512. 587, 17. coniunctae 218, 3. *cf.* finales syllabae, positio syllabarum
συμπάθεια metrorum 90, 13. 102, 8
symptycton trimetrum pherecrateum 515, 21
synaeresis 453, 1. 449, 4, συναίρεσις metrorum 46, 30
synalipha συναλοιφή 66, 7.

133, 29. 211, 7. 212, 24. 218, 14; 17. 219, 1. 221, 9. 448, 4. 453, 4
synaphia 91, 9. 129, 30. 131, 4. 370, 1516
syncope 448, 1. 452, 7
synchysis 466, 19
synecdoche 468, 1
synecphonesis 66, 18
synemmenos 610, 5; 13
synlempsis 457, 1
synonymia 455, 8
σύνθετα metra 114, 15
συστηματικά carmina 56, 23. 296, 1
systole 452, 15
syzygia 47, 6. 51, 9. 281, 1. 500, 31

T 7, 29. 33, 24. 34, 6. 331, 201. geminatum 10, 2. 38, 29. t et d 10, 10. t finita nomina 234, 3. 482, 27. ϑ Graecorum 12, 10
tabernaria fabula 271, 8. 312, 9
tabes tabo 472, 31
taedet taedeo 450, 13
Tanaquil 232, 1
Tarri 478, 25
tautologia 454, 8
tautopodia 47, 5. 281, 2
Tecmessa Tecumessa 8, 7. 9, 21
teliambos 68, 2
τελικά κῶλα 74, 9
tempora syllabarum 29, 16. 31, 21. 35, 15. 39, 6. 43, 25. 51, 32. 609, 12
tempora verborum 199, 24. 432, 10
tergeo tergo 486, 8. 490, 24
Tethys 482, 5
tetracolos, tetracolia 160, 35. 165, 13. 178, 31. 294, 28. 505, 20
Teutones 221, 2
theologicum metrum 502, 15
Theseus 60, 1
thesis 40, 5. 41, 25. 47, 6. 280, 10. 281, 6. 286, 25. 366, 1345
thesmophorion metrum 145, 19
tibicen tibicina 474, 11
Tiresias 609, 2
Titan 474, 19
Titus Genetius Cyrus (?) 273, 11
tmesis 39, 1. 449, 7. 466, 25
tollo 491, 12
τομή v. caesura
tonos 610, 17
toreuma 276, 26
tragoedia 274, 8. 312, 8. tragici chori 115, 13. 121, 17. 272, 6. tragica metra 50, 29. 57, 13. 80, 9. 81, 28. 85, 5. 132, 16. 134, 33. 182, 14. 518, 21. 622, 10. *cf.* tragici poetae
tria trina 22, 22
trias 58, 18. 267, 2. 295, 9
tribrachys 40, 28. 45, 8. 207, 16; 21. 307, 8. 367, 1394. 369, 1447. 498, 24
tricola carmina 160, 35. 294, 28
trieteris 55, 4
trimeter trimetrus 209, 10. *cf.* iambus
trimoeron epicon 161, 30
trini, terni 22, 24
tripenthemimeres 108, 14. 142, 23
trisyntheton 142, 24
trochaeus 40, 19. 42, 16. 44, 29. 207, 13. 307, 5. 367, 1384. 369, 1447. 498, 13. in fine hexametri dactylici 71, 16. 75, 23. 208, 25. 218, 15 284, 13. in iambico metro 80, 17. 81, 1. 132, 24. trochaica basis in ionicis a maiore 90, 10. 91, 30. 93, 14. 102, 17. 129, 6. 130, 20. 154, 6. 255, 4. caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον 65, 17. 153, 3. 240, 6. 284, 28. 375, 1685. κατὰ τέταρτον τροχαῖον 65, 23. 375, 1695. trochaicum metrum 83, 23. 274, 14. 287, 16. 528, 20. 594, 27. 621, 1. dimeter catalecticus 168, 23. 172, 25. 181, 24. 302, 20. trochaicum trimetrum dactylicum 516, 10. tetrameter catalecticus 52, 33. 134, 7. 144, 4. 145, 35. 162, 4. 267, 3. 393, 2280. 396, 2371. 622, 5. 640, 30. claudus 136, 31, 258, 5. 622, 18. *cf.* scazontes
trochieus 307, 9
tropi 460, 20
tropica artis musicae 183, 23
Turia 471, 15. 480, 7
tus 480, 25
tutela 17, 11

V 5, 17. 7, 14; 30. 12, 8. 15, 3. 18, 16. 23, 29. 30, 10. 33, 8. 35, 30. 195, 5. 229, 8. 241, 12. 329, 138. 336, 370. 341, 520. u et e in modo gerundi 10, 23. u pro i 9, 3; 5. 10, 24. 19, 22. pro o 14, 23. u finita adverbia 237, 17. nomina 231, 8. 482, 29
vas vadis vasis 482, 7
Vascones 221, 2
vates 56, 17. 159, 24
ubi 237, 14
Veneti 344, 655
ver 344, 651
verbum 197, 23. 225, 1. 236, 15. 429, 14. verborum coniugationes 198, 27. 433, 9. formae 200, 1. 429, 20. genera 198, 4. 429, 27. modi 199, 17. 432, 18. numeri 198, 18. 432, 7. personae 198, 24. 432, 14. species 442, 4. tempora 199, 24. 432, 10
verba activa 198, 5. 429, 29
communia 198, 10. 430, 9
composita 198, 20. 432, 3
defectiva 200, 4. 430, 29
deponentia 198, 13. 429, 31. 631, 24
frequentativa 200, 2. 431, 11
inchoativa 200, 1. 430, 20
inpersonalia 200, 9. 429, 23. 431, 25
meditativa 200, 1
neutra 198, 8. 430, 7
passiva 198, 6. 429, 30
perfecta 200, 1
vergo 490, 27
verna 471, 16. 480, 6
Verres 479, 12
versura 56, 2
versus 54, 5. 55, 10. 83, 10. 104, 1. 184, 12. 274, 10. 631, 20. vitia versuum 67, 12. 71, 33. conclusio versuum 60, 26. versus in oratione 113, 3. 573, 4. 12. *cf.* metrum
vesper 344, 650
Vesta, vestis 344, 651
Vettius 10, 2
vigilandus 201, 7
viere vimen vitis vietor 56, 17
viola 344, 656
vis 344, 652. 482, 11
vixet 452, 8
ul finita nomina 231, 14. 232, 2
umquam unquam 16, 3
unguo ungo 485, 19. 489, 16
unus oinos 12, 2*
vocales 5, 16. 6, 9. 32, 25. 31, 17. 195, 2. 229, 5. 241, 7. 336, 354. 364, 1300 geminatae 8, 13. inter se cognatae 18, 13.

dichronae 31, 19. 219, 8. 279, 6. 336, 357. 364, 1306.
vocativus singularis 234, 12. i finitus 474, 2. 625, 18.
vortit 10, 22.
voster 10, 22.
vox 4, 13. 32, 21. 189, 8.
ur finita nomina 233, 1.
Vranius 496, 6.
us finita nomina 233, 15. 478, 26. 479, 20.
Vulcanus 21, 20.
Vxama 61, 6*.

X 5, 22. 6, 5; 23; 30. 8, 16. 12, 13. 20, 17. 23, 26. 34, 16. 195, 14. 229, 13. 241, 20. 332, 226. 353, 934. 492, 19.
x finita nomina 483, 4.
ξ 12, 12. 20, 12.

Y 5, 28. 7, 30. 8, 12. 11, 1. 12, 5; 14. 20, 2. 33, 9. 196, 3. 329, 135. 333, 247. 336, 369.

Z 5, 23. 6, 6; 23; 31. 8, 12. 10, 26. 30, 1. 34, 20. 196, 3. 229, 14. 230, 23. 241, 21. 242, 18.
zephyrus 196, 5.
zeugma 456, 14.

CORRIGENDA ET ADDENDA

8, 8 Iulius Caesar Vopiscus, qui et Strabo et Sesquiculus dictus est *conieci ind. lect. Hal. aest. 1874 p. IX coll. excerpt. Vat.*
9, 13 item bonae frugi quoque, nos, quamvis nullum nomen *sqq. ib. p. X*
17 scribimus *pro* scribamus *recte exc. Vat.*
11, 2 Eutychius] Eurytus *conieci l. c. coll. exc. Vat.*
13, 11 ut quum, si fuerit adverbium temporis, per q et u sive unum sive duo scribatis, ut qum vel quum primum et qum vel quum hoc facerem; at si fuerit praepositio, ut cum Gaio, cum Lucio, per c scribi debeat *conieci l. c. p. XI*
22, 13 et breviter] *Verg. Aen. II 11*
26, 7 quia et tarditate *recte exc. Vat.*
26, 2 *l.* [ut eaedem
41, 17 *corr.* existimatur
47, 31 *corr.* existimantur
51, 19 hexametrum] *cf. fragm. Berol. 633, 5*
62, 19 tunc] *cf. p. 103, 9. fragm. Bob. 622, 27*
72, 12 incipit] *cf. fragm. Berol. 634, 12*
74, 31 hexametrum] *corr.* metrum
79, 7 DE IAMBICO METRO] *cf. fragm. Berol. 633, 14*
18 quid ais] *cf. fragm. Sangall. 639, 8*
84, 21 tetrametrum] *cf. fragm. Bob. 622, 1*
24 sub idem] *corr.* subinde
25 *corr.* trochaeum
86, 1 o cate] *Septimio Sereno tribuit Terentianus 1894*
96, 10 *l.* creticum
103, 9 tunc] *cf. p. 62, 19. fragm. Bob. 622, 27*
104, 12 excitavit] *corr.* excogitavit *coll. fragm. Sangall. 639, 16*
107, 5 considerantibus] *cf. fragm. Sangall. 639, 14*
109, 12 *l.* o fortunati: *cf. Verg. Aen. I 437*
18 Tiphys] *cf. fragm. Sangall. 640, 9*
116, 19 *not. l.* 117, 11 *pro* 117, 5
123, 5 *not. l.* 1811 *pro* 1801
133, 34 versus trimeter] *cf. fragm. Sangall. 640, 30*
136, 12 imitatus] *corr.* mutuatus
137, 8 ex trimetro] *cf. fragm. Sangall. 640, 12*
140, 1 *cf. [Censorin.] de metr. 615, 9*
152, 28 *l.* Pyrra)
159, 7 *corr.* instructione
189, 15 fractasque] *Verg. Aen. III 556*
201, 14 *corr.* qua adiecta verbo manifestior et planior oratio redditur
211, 18 hexameter] *cf. fragm. Berol. 634, 10*
263, 26 est acri salis] et sacris aris *coniecit Hauptius Herm. v. VIII p. 247*
285, 6 *l.* tetrametrum
287, 15 pavidumque] *Hor. epod. 2, 35*

LECTIONES CODICIS VATICANI 2725 IN EXCERPTIS MARII VICTORINI DE ORTHOGRAPHIA

p. 7, 35 Nunc res admonuit ut non absurdum uideretur

p. 8, 1 ut his anius luculus memmius et coetera his similia | 2 litteram *om.* | 3 scilicet *om.* | 4 idque erat] erat autem | ueteribus adhuc | 5 sono huius lrz. s. dicuntur ut ausus | 6 per duo ss scribebantur iuxta autem non imponebant cm deinde nec alcmenam dicebant nec tecmsam sed alcumenam inde alcumeo et alcumena tragoediae donec iulius caesar uopiscus et strabo qui et sesqueculus dictus est primus de tecmsa inscripsit tragoediam suam et in tragoedia (*corr.* scena) | 11 idem] item | 12 in libro suo retulit quia quę ante | 13 et cum] quum | ponebant, *ut videtur* | 14 littera inciderant | scribebant Cn | 15 Magnus *om.* | cadamitatem pro calamitatem |

p. 9, 1 litteram non esse | 2 litteram | scribit | 3 optumus (*corr.* optimus) maxumus | 5 ut nos *om.* | 6 scripserunt quaedam *om.* | 7 natus *om.* | 10 qum dicatur | 13 nullus | bone fruges quęque nos bone frugi quia nullum | 15 per casus i litteras terminat tamen | 16 sed et nos | 17 per t (et r *in marg.*) scribimus | 18 et praesidium per d potius] praesidium q, potius per d | 19 hac et tenus et hoccedie et illum potius quam illo | 20 semol] semel | 21 et alcmeonem potius quam alcumconem tecmesam potius quam tecumesam interposita u | 22 percutiat | in his sabbatis | 23 saccie] sams | macellus nullus pallas pallium | 24 sic per

p. 10, 1 lappa | uarrum | 2 duo ss | Cassium] cassum | duo tt attius uettius (*sic*) | 5 nominavi] memoravi | in libris eorum reperire possumus | 6 scribi] dici | 7 per se et non per sa sicut et | 9 perduci (*an* produci?) debet | 10 quot quotiens (*sic*) nūm significat per t scribendum erit non per d ut tot et quot sic et quotiens erit ad ut | 12 te *om.* | si erit — 25 per u *om.* |

p. 11, 1 scribere debemus | per y sicut exigit ratio potius per y | 2 Eutychius] berytus | 3 est *videtur esse in codice* | 6 u *om.* | habent | 7 nam i et y postea sunt ab illis repertae Sed i et o | 8 eos] illos | et item] i autem | 9 sonat | similiter cum i longam et breuem faceret syllabam exprimeret | 11 *ov* sic — Graecos ut *om.* | 13 graeca | ita et *om.* | 14 foederunt et ex legu qui etsi | 16 ponitur ut pro populos romanus ibi populus ubi piaculum ibi piacolon pro funus fonus |

p. 12, 3 coniunctum] circū | optinet uim | 5 eademque *corr.* eidemque | 8 cum graece — pro longa *om.* | 12 ξ autem | ψ *om.* | 13 ex quibus nostri ξ] quibus nostri ξ | 15 recisa *om.* | sic quod] sicq | 16 syllabam. *v.* nostri | 17 scribenda *om.* | et ipsi u *om.* | 18 lucetios mautios | 20 fungi] functi | 21 G autem — 13, 11 custodite ut *om.*

p. 13, 11 qum autem si fuerit | q et u *est in codice* | 12 ut qum uel quum uel quum primum quum facerem at si fuerit coniunctio per c ut cum gaio cum lucio (18) Quoddam | 18 attamen] at cum | loquutus sequutus *corr.* locutus secutus | 19 qumuis | 20 locuttis | et ideo *om.* | 21 quamvis] cum | 25 superponite c ne duae partes integrę esse uideantur. (15, 1) Vultus et uulua et similia per duo v scribenda sunt. (15, 15) Externum producte dici debet. (16, 4) Non nunquam nunquam nunquid quanquam unquam per n scribenda sunt. (18, 19) B F S P M V incipiente dictione precedentis praepositionis litteram mutant in m ut combit comfert compellit commemorat cōuellit et quotiens uerbum sequens ab l. r. n commutat eam a qua uox incipit sequens ut illic et corripit irruit. Perdit uero · n · litteram si sequens uerbum a uocali incipit ut coequat coemit coquit. (23, 14) Qui ferunt litterarum repertores · Repertores

p. 23, 15 e h i k l] G K L | u] X | 16 quasdam Palamedes a Palamede adiectas et alias a Symonide adiectas | 17 xxiiii] uiginti trium | in comoedia — en illum *om.* | 22 inde (? *discrepantia scripturae non adnotata est*) | transtulerunt. (24, 3) Aduerbia uero cum n scribenda sunt ut totiens quotiens. (26, 7) Sorix uel (*vel* aut) saurix

p. 26, 7 quia et tarditati et | 9 est *post* noctis *om.* | quia] iam | 10 est *om.* | 11 id est calidum ut fornaces *om.* | 12 ut forcipes *om.* | forus] foris | 13 — i *ΑΕΝΟΙ.*

latini ex recensione H. Keil
vol. 6 pt. II # 8057

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA.

8057